

1918



D. IO. GEORGII ROSENMÜLLERI
SCHOLIA
IN
NOVVM TESTAMENTVM.


T O M V S V.

CONTINENS


PAVLI EPISTOLAS AD TIMOTHEVM, TITVM, PHILEMONEM, ET HEBRAEOS; EPISTOLAM IACOBI, VTRAMQVE PETRI, EPISTOLAS IOANNIS, EPISTOLAM IVDAE ET APOCALYPSIN IOANNIS.



EDITIO SECVNDA
AVCTIOR ET EMENDATIO.



NORIMBERGAE,
IN OFFICINA FELSECKERIANA.
MDCCLXXXVIII.





SCHOLIA

IN

EPISTOLAM I. AD TIMOTHEUM.



De *Timotheo* lege Act. XVI, 1 - 3. Fuit Euangelista, et Pauli comes in multis itineribus, relictus deinde ab eodem *Ephesi*, 1 Tim. I, 3. ut non tantum coetui Christianorum praeesset, sed et Presbyteros constitueret, eosque manuum impositione ordinaret. 1 Tim. V, 19. 22. Quum autem *Ephesi* essent, qui *Timothei* auctoritatem agnoscere nollent, Paulus hanc Epistolam scripsit, quae non tantum *Timotheo*, sed et *Ephesiis* scripta esse, recte dici potest, ut mox patebit legenti Epistolam. Instruit uero Apostolus *Timotheum* ad rem apud *Ephesios* bene gerendam, ostendit quid docere, quid uitare, quid sequi debeat, quomodo agendum cum uariae conditionis hominibus, secus docentes redarguit, et uaria praecepta dat. De tempore, quo scripta sit Epistola certo non constat. Ecclesiam *Ephesinam* per *Essenos* fuisse turbatam, ostendere conatur Ill. *Michaelis* in Introductione, qui omnino hic legendus §. 169. — 172. Paulus igitur et *Timotheum* et *Ephesios* in fide religionis confirmat.

Caput I.

1. Κατ' ἐπιταγὴν Θεοῦ, σωτῆρος ἡμῶν) *Ex mandato Dei, sospitatoris nostri.* Dei et Iesu Christi auctoritate se esse constitutum Apostolum, statim ab initio Epistolae dicit Paulus, quo maior sit dictis eius auctoritas. Nonnullae Editiones cum codicibus quibusdam habent: Θεὸς πατὴρ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦς χριστὸς. Mutarunt, qui meminerunt, nomen σωτῆρος plerisque in locis tribui Christo. Sed tribuitur idem nomen etiam Deo Patri, qui Christum ad Salutem nostram misit. Luc. I, 47. 1 Tim. IV, 10. Tit. II, 10. Iudae u. 25. Loca V. T. in quibus Deo id nomen tribuitur citavit Grotius. Potest et uox σωτῆρος connotare, peculiarem istam curam, qua Deus etiam in uita hac et singulos et uniuersos tuetur. Itaque non male σωτῆρος uertas *sospitatoris.* τῆς ἐλπίδος ἡμῶν) *Qui nobis spem salutis fecit.* Ἐλπὶς, *auctor spei.* De eodem Col. III, 4. ἡ ζωὴ ἡμῶν, et Eph. II, 14. ἡ εἰρήνη ἡμῶν.

2. Τιμοθέω, γνησίω τέκνω ἐν πίστει) *Discipulo in doctrina christiana.* Πίστις, *religio.* Quum Timotheus a prima aetate commendatus Paulo fuerit a matre, ut eius exemplis instrueretur, 2 Tim. III, 10. uidetur ei adfuisse, ante quam is Lystram ueniret, quanquam ibi primum Timothei meminit Lucas, Act. XVI, 1. sqq.

3. καθὼς παρεκάλεσα — ἑτεροδιδασκαλεῖν) *Quoniam proficiscens in Macedoniam rogavi te, ut maneres Ephesi, fac ut praecipias quibusdam (quos nosti,) ne aliter doceant, quam nempe nos docuimus.* Καθὼς, *quum, quoniam, quandoquidem.* Act. VII, 17. Rom. I, 28. 1 Cor. I, 6. Verba :

ba: ἵνα παραγγείλῃς, apte apodofin inchoare possunt, ut ante illud ἵνα suppleatur βλέπε, cura. Τισὶ, quibusdam, quos nominare haud opus erat, quia Timotheus eos nouerat. Terent. Eunuch. III, 2. *Quod quidam fecit*; ubi Donatus: *quidam recte etc. et contemptum indicat hoc uerbum.* Ἐπεροδιδασκαλεῖν, docere falsa, uel quae non pertinent ad religionem, sed ab ea sunt aliena.

4. μηδὲ προσέχειν — ἀπεράντοις) *Nec attendant fabulis et genealogiis inutilibus.* Προσέχειν est *animum attendere, operam dicare et studium.* Μύδοι, *fabulae, i. e. res leues et inanes, similes fabellarum.* Exempli loco nominantur γενεαλογίαι, et quidem ἀπεράντοι, *infinite, uel ut alii malunt, inutiles, αἷς ἔδὲν περαίνεται, ueluti ἔδὲν χρησιμον, utilitatem nullam habentes, ut Chrysofomus explicat.* Πέρας est *finis, scopus, unde περαίνω, scopum attingo, profum, et ἀπεράντων, quo nihil efficitur.* Hinc λόγοι ἀπεράντοι philosophis sunt Syllogismi, in quibus conclusio non sequitur ex praemiis, quos λόγοις περαντικῶς opponit Diogenes Laërtius, L. VII, c. 1. §. 49. At λόγους ἀπεράντους uocant quoque quoslibet *sermones fictos et inutiles.* Sic Strabo L. II. sententiam eorum, qui Tanaim ab occasu per Borysthenem et Hypanim in Maeotim fluere perhibeant, πλεσθὺν καὶ ἀπεράντων λόγον uocat. Quatenam sint istae nugae et genealogiae, quarum studium reprehendit Apostolus, de eo interpretes ualde dissentiunt. Nam alii eorum intelligunt fabulosas angelorum et aeonum genealogias, quas finxerunt sibi olim Esseni; alii fabulas Cabbalisticas, alii Gnosticorum nugae, alii genealogias proprie sic dictas. *Iudaeos* fuisse, qui hic reprehenduntur, patet ex u. 7.

ubi uocantur νομοδιδάσκαλοι. Hos magno studio stemmata familiarum suarum confecisse, et in hac re laudem et gloriam quaesuisse, uerum quidem est. Sed non apparet, quomodo Paulus hoc ut ἑτεροδιδασκαλίαν reprehendere potuerit, nisi dicas, Iudaeos per has genealogias se iactare uoluisse aduersus reliquos Christianos ex gentibus, quasi iis essent meliores; hoc enim aduersatur religioni Christianae, quae non quaerit, utrum aliquis natione sit Iudaeus an ethnicus. Poteuit etiam Paulus intelligere αἰώνων γενεαλογίας, quibus operam dabant Orientales philosophi, inprimis Iudaei graece loquentes, uel Alexandrini. Vid. Grot. ad h. l. et Vitring. in obseruatt. sacr. T. I. p. 339. Quicquid sit, uideamus inde, iam Apostoli aeuo fuisse, qui pro religione inutiles quaestiones proponerent. Tales omnibus temporibus fuerunt, et nunc etiam sunt doctores; qui utinam perpendere, quam grauer peccent, quod summa religionis optima et utilissima neglecta, auditoribus commenta humana, nihil ad uirtutem et salutem profutura, inculcare solent.

αἵτινες — οἰκοδομὴν (uel οἰκονομίαν) θεῷ τὴν ἐν πίσει) Οἰκοδομὴν praeter Codicem Claromont. a prima manu habent Syr. Erp. Iren. gr. apud Epiph. Vulg. clar. boern. Hilarius, Ambrosiast. Iren. int. Aug. Pelag. Οἰκονομίαν uero Cod. Al. Augiensis, Boerner. graeco-lat. alique plurimi. Ed. Copt. Syr. p. Ar. pol. Syr. in m. Chrysof. Theodoret. Damasc. et alii. Vtra harum lectionum sit uera, difficile dictu est. Mihi tamen οἰκοδομὴν praeferenda uideretur, quia testes pro ea sunt uetustiores, et haec lectio contextui est aptior.

Quae efficiunt quidem disceptationes, non autem eam mentis emendationem, quae Deo placet, et ex religione oritur.

Priscaeus explicat: μᾶλλον ἢ οἰκοδομὴν ἐν τῇ εἰς τὸν θεὸν πίσει,
ut

ut uox θεῶ non subiectiue sed obiectiue sumatur. Tum uero scribendum fuisset : οἰκοδομὴν τὴν ἐν πίστει θεῶ. Οἰκοδομή, ὠφέλεια, Rom. XIV, 19, et h. l. *mentis emendatio*. Si alteram lectionem praeferas, οἰκονομία erit ministerium, quod Deo praestamus, ut religionis doctores. Non efficiunt illae disputationes οἰκονομίαν θεῶ, i. e. non efficiunt, ut sis idoneus minister Dei ἐν πίστει, in tradenda religione. Πίστις et hic est religio. Ζητήσεις hic sunt quales 2 Tim. II, 23. μωρὰς καὶ ἀπαιδέυτους ζητήσεις uocat apostolus noster. μᾶλλον ἢ hic ponitur pro καὶ ἔ, ut et 2 Tim. III, 4. Suidas de uoce μᾶλλον: Τίθεται ποτὲ θετικῶς καὶ ἀναιρετικῶς. ὡς ὅταν λέγομεν, ὅτι μᾶλλον ἢ ἀρετὴ ὠφελεῖ ἢ βλάπτει. σημαίνομεν γὰρ ὅτι ὠφελεῖ, βλάπτει δὲ ἔ.

5. τὸ δὲ τέλος — πίστεως ἀνυποκρίτως) *Scopus autem religionis est amor, qui oritur e sincero animo, et bona mente, et fide non simulata.* Παραγγελία, *praeceptum*, religio, quae uaria praecepta complectitur, uel etiam *institutio*; nam παραγγέλλειν saepe est *docere, instituere*. Τέλος, *finis, scopus*, quem religio in his terris intendit. Ἀγάπη de amore Dei et proximi dicitur, Matth. XXII, 37-40. Καθαρὰ καρδία, *animus sincerus*, malitiae omnis, scelerisque expers. Συνείδησις ἀγαθὴ, *mens bona*. Συνείδησις h. l. uix esse potest *conscientia*, uel indicium de nostris recte factis; ex hac enim non oritur amor. Mens bona autem non differt ab animo sincero. Πίστις ἀνυπόκριτος, *fides haud simulata*, fiducia in Deum, qua firmiter credimus, Deum, quam maximum, optimum, mentium inspectorem, remuneraturum esse nostra charitatis opera.

6. ὧν τινες — ματαιολογίαν) *A quibus quidam aberrantes, deflexerunt ad uaniloquium.* Ἀσχεῖν proprie est a scopo aberrare, h. l. autem a consilio et officio aberrare. Genitiuus ἄν respicit ad uirtutes com. 5. commemoratas. Hae sunt τέλος, scopus totius doctrinae christianae. Ab hoc scopo aberrabant isti fallaces doctores, dum neque ipsi animi puritatem et conscientiae fideique integritatem seruabant, neque doctrina sua aliis haec praecipue inculcare studebant. Εκτρέπεσθαι, *deflectere de uia*, h. l. *aliorum deflectere.* Antoninus de rebus suis L. I. §. 7. τὸ μὴ ἐκτραπήναι εἰς ζήλον σοφιστικόν, *quod ad ambitionem sophisticam non declinauerim.* Ματαιολογία est fere, quam supra u. 4. μύθεσ, et infra VI, 20. βεβήλως κενοφωνίας uocat. Glossae: ματαιολογία, *uaniloquium*, ut et hic Vulgatus uertit.

7. θείλοντες — διαβεβαίενται) *Volunt existimari legis doctores quum tamen non intelligant, nec quid dicant, nec quid argumentis confirmant.* Ἔναι hic est φαίνεσθαι, *censeri, existimari.* Διαβεβαίεσθαι, *pro certo affirmare*, et quidem argumentis. Νομοδιδάσκαλοι, *legis (Mosaicae) doctores.* Intelliguntur hic doctores Iudaici, qui sibi persuadebant, se intelligere legem Moysis, quum tamen non intelligerent. Legem dicebant obseruatu necessariam, et eam non obseruabant. Affirmabant multa, quae ex nullo habebant certo sensu aut reuelatione.

8. οἶδαμεν δὲ — χρῆται) Καλὸς ὁ νόμος, Rom. VII, 12. 14. 16. Intelligenda est lex Mosaica. Haec in se, et ex Dei consilio est semper utilis, siue bene siue male ea utan-

tur

tur homines. Hoc autem loco Apostolus de doctore christiano loquitur, et dicit, in erudiendis ad pietatem hominibus legem Mosaicam usui esse posse, *εάν τις αὐτῷ νομίμως χρήται*, si quis usum eius et finem semper consideret, et inculcet; si doctor perpendat, seueram illam legis Mosaeicae disciplinam non pertinere ad probos Christianos, qui sponte a uitii abstinere sed ad improbos et malos, ut statim pluribus dicit u. 9.

9. *εἰδώς — ἔ κείνται*) Si hoc cogitauerit, probo uiro legem non latam esse. In explicando hoc loco mirifice a se inuicem dissident et discrepant interpretes. Vid. b. *Christ. Guil. Francisci Walchii diff. de lege iusto non posita*. Goettingae 1776. Sed omnia sunt facilia, si animaduertas, νόμον h. l. non esse in uniuersum legem moralem de officiis agentem, (haec enim uiris etiam probis lata est,) sed seueram illam legis Mosaeicae disciplinam cum suis poenis, e. g. non interficiendos esse parentes, non esse caedes patrandas, non committenda esse furta, adulteria etc. Νόμος τεθεῖς ἢ κείμενος τινι dicitur, qui ad aliquem pertinet, siue in gratiam illius datus est. Sic Dionys. Hal. Ant. L. XI. τὸς ὑπὸ τῆ δῆμος τεθέντας ἐν ταῖς Φυλετικαῖς ἐκκλησίαις νόμους, ἅπασιν κείσθαι Ρωμαίοις ἐξ ἴσου, *leges a populo tributis comitiis latas, omnibus Romanis ex aequo latas esse debere*. Demosthenes adu. Timocrat. τῶν νόμων — οἱ κείνται τοῖς ἐνέα ἀρχασι, *legum, quae ad nouem archontes pertinent*. Dicitio autem, uiro bono leges non esse latas, est dicitio uitae communis, et fere in prouerbum abiit. Vir bonus nempe sponte recte agit; ergo non opus habet lege. Sic Antiphanes apud Stobaeum: ὁ μηδὲν

ἀδικῶν ἔδειξαι δεῖται νόμῳ. *Xenocratis* dictum de Philosophis refert Laërtius: Μόνοι ποιῶσιν ἐκείσῳ, ἢ ποιῶσιν ἄκοιτες οἱ λοιπεὶ διὰ τὸν νόμον. Dio Chrysostramus Differtatione LXXVI: εἰ γὰρ ἅπαντες ἦσαν ἀγαθοί, δηλονότι τῶν ἐγγράφων (νόμων) ἡμῶν ἐκ ἂν ἔδει. ἀνόμοις δὲ καὶ ἀνυποτάκτοις) *Improbis et immorigeris*. Ἄνομοι, qui nullam sibi ipsis figunt legem, nempe ex usu rationis. Glossae: ἀνομος, illex, iniustus etc. Ἀνυπότακτοι sunt, quales *contumaces, refractarios, contemtores magistratum ac legum, eorumque per quos publica administrantur*, Seneca initio Epistolae 73 uocat. In Glossis: ἀνυπότακτος, *indomitus*. Chrysostramus Homil. 35. in Ioannem ait, leges humano generi impositas, ut freni ἀνυποτάκτοις ἵπποις, *ad irrationales eius impetus compescendos*. ἀσεβεῖσι καὶ ἀμαρτωλοῖς) *Impiis et flagitiosis*. Hesychius: ἀσεβῆς, ἄθεος, ἀμαρτωλός. Sic et 1 Petr. IV, 18. ἀσεβεῖς et ἀμαρτωλοὶ iuncti. Ἄσεβεῖσι contrarii θεοσεβεῖς, καὶ τὸ τῷ θεῷ θέλημα ποιῶντες, Io. IX, 31. Glossarium: *Noxius, ἀμαρτωλός*. Suidas: ἀμαρτωλοὶ, οἱ παρανομία συζῆν προσιρέμενοι, καὶ βίον διεφθαρμένον ἀπαζόμενοι. ἀνοσίους — ἀνδροφόνους) In Glossario: *Sceleratus, ἀνόσιος* etc. In uetere Onomastico: *Nefarii, ἀνόσιοι*. Βέβηλος, *profanus*. Πατραλώης μητραλώης, *patricida, matricida*; nam ἀλοῖ- ἄν, τύπτειν. Tales pro modo facinoris etiam apud Romanos puniti; L. I, ff. de obsequ. parent. etc. et a talibus apud ipsos inferos exactas poenas ille maximus Poëtarum memorat. Ἀνδροφόνους, in quos lex Exod. XXI, 12. Deut. XIX, 11.

10. πόρνοις — ἀντίκειται) Ἀρσενοκοῖται, *qui cum masculis nefandam libidinem exercent*. In Glossis: ἀρσενοκοίτης,

κοίτης, *masculorum concubitor*. Ἀνδροποδισαί, *plagiarii*, qui homines ingenuos et liberos alliciebant, eosque deinde in remotis locis ut seruos uendebant. Seruos etiam aliorum alliciebant, et uti suos uendebant. Maximum est furti genus, hominem liberum furari. ψεύσεις, hominibus in mendaciis conuictis, fraudumque et perfidiarum plenis, ut A. Gellius XIV, 2. loquitur. Ἐπίβροκεις, quales sunt, *qui nil metuunt iurare, nihil promittere parcunt*. Catull. Merito autem Apostolus *periuros post mendaces posuit*; a mendaciis enim ad periuria progressus facilis. Cicero in Orat. pro Q. Roscio: *Nihil interest inter periurum et mendacem: nam qui mentitur, peierare consuevit*. Ὑγιαίνουσα διδασκαλία, *sana doctrina, est doctrina uera, incorrupta, nullo uitio laborans*. Sic Plutarch. de liberorum educat. commendat παιδείαν ἀδιάφθορον καὶ ὑγιαίνουσαν, *institutionem incorruptam et sanam*. Λόγον ὑγιῆ, *sermonem uerum* uocat Dionys. Hal. Ant. L. I. Idem L. II. habet δόξας ἕχ ὑγιεῖς, *falsas opiniones*. Haec aliaque scelera, inquit Apostolus, ita contraria sunt Euangelio, et officiis quae Euangelium praecipit, ut nemo Christianorum sit, qui ea non detestetur. Itaque non opus est lege Moisaica iis qui christianam religionem profitentur. Sunt magis erudiendi ex Euangelio.

II. κατὰ τὸ εὐαγγέλιον — ἐπιστεύθη ἔγω) *Quae (doctrina sana) continetur in Euangelio excellentissimo beatissimi Dei, cuius praedicatio mihi est concredita*. Κατὰ τὸ εὐαγγέλιον, refer ad uerba τῆ ὑγιαίνουσα διδασκαλία, et κατὰ τὸ εὐαγγ. pro ἐν τῷ εὐαγγελίῳ intellige. Δόξα, כבוד, quicquid est laude dignum, et in suo genere praestans,

excellens. Vocatur igitur εὐαγγέλιον τῆς δόξης, ob suam praestantiam. Μακάριος uocatur Deus, quia ipse sibi sufficiens est ad beatitudinem, nec indiget nostri. Ὁ εἰς εὐθην ἐγὼ, est loquendi genus graecum, de quo diximus ad Rom. III, 2.

12. καὶ χάριν — εἰς διακονίαν) *Et gratiam habeo ei, qui mihi uires largitus est Christo Iesu, Domino nostro, qui satis fidum me habuit, cui demandaret hoc munus. Vires, inquit, largitus est mihi Christus, i. e. instruxit me, ut scirem quid docerem, et ut libenter et constanter docerem. Πιστός, hic eodem sensu sumitur, quo Hebr. III, 2. Θεμενός εἰς διακονίαν, i. e. ὅτι ἐθέτο με εἰς διακονίαν, sc. τῆς καινῆς διαθήκης, ut 2 Cor. III, 6. Digressio haec a u. 12. ad 17. non cohaeret cum officiis, quae Paulus Timotheo in superioribus praescribit.*

13. τὸν πρότερον — ὑβριστήν) Βλάσφημον, nempe κατὰ τῆς οὐδὲ τῆς ἀληθείας, 2 Petr. II, 2. Glossae: βλάσφημος, *maledicus*. Plutarchus in Pyrrhi uita: κακολόγον καὶ βλάσφημον. Διώκτην, Gal. I, 13. Καὶ ὑβριστήν, Act. VIII, 3. Vulg: *Contumeliosum*. Ita in uetere et optimo Onomastico (cum Glossariis excuso) *contumeliosus, ὑβριστής*. Ostendit magnitudinem beneficii e statu suo priore. ἀλλ' ἦλθέην — ἐν ἀπισίᾳ) Ἠλέθηην, *ueniam peccatorum consecutus sum*. Ἀγνοῶν ἐποίησα, quia tum temporis nondum cognoscebam praestantiam religionis christianae. Ἐν ἀπισίᾳ, i. e. ἐν χρόνοις τῆς ἐμῆς ἀπιστίας, quum nondum essem Christianus. Ita 2 Petr. II, 12. ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν, *quum tempus exitii eorum aduenerit*.

14. ὑπερεπλήροσσε — ἐν χριστῷ Ἰησοῦ) *Sed non tantum hanc maximam beneuolentiam mihi exhibuit, Dominus noster, sed etiam ad religionem et amorem erga Christum me perduxit.* Ἡ χάρις, *beneficium*, de quo u. 13. sermo fuerat, nempe uenia peccatorum. Πίστις, *religionis scientia* in uniuersum. Ἐν χριστῷ, *erga Christum*, ut 1 Io. IV, 9. Col. I, 3. uel amor, qualem postulat Christus; amor Christianus.

15. πιστὸς — ἀξιός) *Certissima est doctrina, et quam amplectamur dignissima.* Πιστὸν, *certissimum*, de quo minime dubitandum. Ita Hesychius: πιστὴν γνώμην, βεβαίαν. Ἀποδοχῆς ἀξιόν, *dignum quod amplectamur.* Hinc τὰ λεχθέντα ἀποδέχεσθαι, apud Plutarchum in Alexandri uita. Dicitur etiam ἀποδοχῆ de laude, fauore, reuerentia, ex usu uerbi ἀποδέχεσθαι, quod saepe significat *laudare, comprobare aliquam rem.* Philo de praem. et poen. p. 912. B. μόνος δ' ἀποδοχῆς ἀξιός, ὁ ἀναθεὶς τὴν ἐλπίδα θεῶν. ὅτι χριστὸς — πρῶτος εἰμι ἐγώ) Io. I, 9. III, 31. Ἀμαρτωλὲς σῶσαι, *ut saluti peccatorum consuleret.* Matth. IX, 13. XVIII, 11. Ἔνν πρῶτος εἰμι ἐγώ. Vult dicere, ut Luc. XIII, 2. ἀμαρτωλὲς παρὰ πάντας. Est autem dictum hyperbolice ex summa modestia.

16. ἵνα ἐν ἐμοὶ — μακροθυμίαν) Ἐν ἐμοὶ πρῶτῳ ἢ ἀμαρτωλῶ, ex u. 15. Alii legunt πρῶτον, quod esset pro πρότερον. In me Christus prius quam in aliis, qui a me erant conuertendi, ostendit summam suam lenitatem. Potest uero etiam sensus esse: *in me imprimis.* Est nempe in his uerbis aliqua allusio: Ego sum peccator primus, ergo mihi primo condonauit. Τὴν πᾶσαν μακροθυμίαν, *sum-*
man

nam lenitatem, ut apud Plutarchum in Aemilii uita, ἀλιήν πασαν ἐνδείκνυσθαι. Sic 2 Tim. IV, 2. ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ. πρὸς ὑποτύπωσιν — αἰώνιον) *Exemplo omnibus in eum credituris, ut uitam aeternam consequantur.* Ἐποτύπωσις hic sumitur pro exemplo. Simile Rom. IV, 23. 24. ubi de Abrahamo agitur. Hesychius, ex hoc Apostoli loco : πρὸς ὑποτύπωσιν, πρὸς σημεῖον. Τὸ εἰς hic notat finem quo fides tendit, nempe ζωὴν αἰώνιον, 1 Petr. I, 9.

17. τῷ δὲ — ἀφθάρτῳ) *Omnium uero temporum Regi immortalī.* Erumpit animus in laudes Dei ob maximum hoc beneficium. Βασιλεὺς τῶν αἰώνων, Rex, qui per omnia tempora regnat, et cuius imperium non habet finem. Ἀφθάρτος, ὁ ἀθανάσιον ἔχων, infra c. VI, 16. Distinguit Deum hoc attributo Apostolus et a terrenis regibus, qui φθαρτοὶ dicuntur, et item a diis fictitiis. ἀοράτῳ, μόνῳ σοφῷ θεῷ) Ἀοράτῳ, qui non conspicitur nisi ex operibus, et per fidem, Rom. I, 20. Σοφῷ deest in plurimis et optimis codicibus, Versionibus et Patribus graecis et latinis; habent Arab. pol. Nyff. Naz. aliique. Legendum itaque uidetur μόνῳ θεῷ. Ceterum bonum sensum habet recepta lectio, siue uera sit, siue spuria; nam solus sapiens dicitur Deus, quia hominum sapientia nihil est ad diuinam. Phocylides : εἰς θεός ἐστι σοφός, i. e. θεός μόνος σοφός ἐστι. Socrates in Platonis Phaedro : τὸ σοφὸν καλεῖν ἐμοίγε μέγα εἶναι δοκεῖ, καὶ θεῷ μόνῳ πρόκειται.

18. ταύτην — γρατείαν) Sensus est : *Hoc tibi quammaxime iniungo, ut secundum praedictiones praecedentes, te concernentes optime fungaris munere tuo.* Ἡ παραγγελία, praeceptum. ἵνα transpositum est, ut sit constructio talis :

talis: ἵνα στρατεύῃ τὴν καλὴν στρατείαν κατὰ τὰς προαγέσας ἐπὶ σὲ προφητείας, uerbis ἐν αὐταῖς redundantibus. Huiusmodi transpositio est etiam 2 Cor. II, 4. Col. IV, 17. Ἐν αὐταῖς, iuxta illas praedictiones. Ἐπὶ σε, ἡδύ, de te, quod ad te pertinet. Vaticinia illa autem edita esse putant nonnulli a quibusdam Presbyteris, iisdemque etiam Prophetis, eo tempore, quum Paulus Timotheum constitueret Euangelistam. Sed uidentur potius hic intelligi praedictiones, sermones illorum, qui praedicebant, hunc fore uirum bonum et praeclarum. Vocat autem Paulus προαγέσας has praedictiones, quia iam eo tempore, quo Timotheus ordinabatur, haec fuerant bona omnia hominum adstantium. Στρατεύειν καλὴν στρατείαν non solum notat, omni conatu, et studio ardentissimo pietatis christianae officii satisfacere, sed et munere suo strenue defungi; στρατεία enim speciatim munus notat, cui in militia aliquis praefectus est. Perapposite lib. de *Maccabaeis*, quem Iosepho tribuunt, c. 9. dicitur: ἱερὰν καὶ εὐγενῆ στρατείαν στρατεύσασθε περὶ τῆς ἠουσεβείας, defungamini strenue sacro et ingenuo de pietate certamine.

19. ἔχων — συνείδησιν) ἔχων, pro κατέχων. Πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν, i. e. πίστιν ἐν καθαρᾷ συνείδησει, infra c. III, 9. ueram religionem, cum bona conscientia coniunctam. ἦν τινες — ἐναυάγησαν) Quam nonnulli neglexerunt, et ad errores delapsi sunt. Ἀπόσασθαι, reiiicere, abiicere, repellere bonam conscientiam, est, eam parui facere et negligere. Ἐναυάγησαν, h. l. ad errores delapsi sunt; a uero deflexerunt; proprie naufragium fecerunt. Diogenes Laërtius L. I, c. I. §. 7. nauem dicit

περὶ τὴν Κεῖαν θάλασσαν ναυαγῆσαι. Apposite sensu improprio apud eundem auctorem L. V, c. 2. §. 14. dicitur: ἐν τοῖς ἰδίοις μάλᾳ νεναυαγῆκῶς, qui magnam opum suarum fecit iacturam.

20. ὧν ἕστιν — ἀλέξανδρος) *Hymenaeus* resurrectionem mortuorum in fine seculorum negavit, 2 Tim. II, 17, 18. Videtur resurrectionem allegorice intellexisse de propagatione Euangelii, per quam spiritualiter mortui ad uitam reuocantur. An *Alexander* sit idem, cuius fit mentio 2 Tim. IV, 14. Act. XIX, 33. non liquet. Ὡν ἕστιν etc. Quum multi essent, insigniores enumerat. ἕς παρέδωκα τῷ Σατανᾷ.) Vide quae annotauimus ad locum 1 Cor. V, 5. ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν) *Vt discant falsa non disseminare, μὴ πονηροῖς λόγοις φλυαρεῖν*, quod solent qui ab aliorum communione se separant, 3 Io. 10. et 2 Petr. II, 2. ubi et βλασφημεῖν, quod h. 1. est *male de religione dicere, eam erroris accusare et mutare*. Ἴνα παιδευθῶσιν etc. est inter genera loquendi prouerbialia. Phaedrus: *ne quis discat prodesse improbis*.

Caput II.

1. Παρακαλῶ — ἀνθρώπων) Docet Apostolus, quae officia doctor religionis auditoribus debeat inculcare. Πρῶτον πάντων, hic ut Luc. XII, 1. et 2 Petr. I, 20, πρῶτον est sine ἀνταποδοτῶ dictum, qua forma et saepe apud Lucretium uox *principio* occurrit. Alii: *inprimis*. Grotius: *Hoc primum, inquit, praescribo; nam praescribet deinceps et alia*. Δεήσεις, προσευχαλ, ἐντεύξεις, pro Synonymis possunt haberi. Vulgo ita distinguunt, ut δεήσεις sint *depre-*

deprecationes pro malis auertendis; προσευχαί, preces ad bona nobis obtinenda; ἐντέυξεις preces pro aliis. Πάντας, hic intellige, siue infideles sint, siue inimici.

2. ὑπὲρ — ἐν ὑπεροχῇ ὄντων) *Pro Regibus eorumque summis ministris.* Est autem h. 1. βασιλεὺς κατ' ἐξοχήν *Imperator Romanus.* Cyprianus ad Proconsulem: *Hunc (Deum nempe) deprecamur — pro nobis et pro omnibus hominibus, et pro incolumitate ipsorum Imperatorum.* ὑπερέχειν, uel ἐν ὑπεροχῇ εἶναι praecipue dicuntur Reges et Monarchae. Hinc I Petr. II, 13. τῷ βασιλεῖ, ὡς ὑπερέχοντι. Hoc autem loco τὸς ἐν ὑπεροχῇ ὄντας intellige summos Imperatorum ministros, qui gladii ius habeant in Prouinciis. Hesychius: ἡγεμόνι ὑπεροχικῶς ἄρχοντι. Tertullianus in Apologetico: *Oramus etiam pro Imperatoribus, pro ministris eorum et Potestatibus.* Non summae autem tantum, sed et secundae potestates recte ὑπερέχειν dicuntur. Glossar: ἐξοχή, ἢ ὑπεροχή, *excellencia, eminentia.* Post πάντων ἀνθρώπων hic diuersos hominum status designare, minus erat necesse; frequenter autem apud utriusque linguae Scriptores a generalibus ad specialia descendendi solet. ἵνα ἡρεμεύωμεν — διάγωμεν) *Vt uitam placidam et tranquillam agamus,* tuti a barbarorum inuasionem et a latronibus. *Vt pace serena Publica securis exsultent otia terris.* Διάγειν ἐν ἡρεμίᾳ, Plutarchus in Timoleone dixit; et βίον μεθ' ἡσυχίας διάγειν in Othone. Hesychius: ἡσυχία, γαλήνη, ἡρεμία. Passim Scriptores laudant Reges, ob securitatem, non unius alteriusne, sed gentium, totorumque populorum, eorum beneficio adeptam. Ob meritum istud quietis, quo nil melius subditi, nil maius possunt

possunt populi capere, pro Regibus hic Paulus ait preces fundendas. ἐν πάσῃ — σεμνότητι) *Pie atque decore*, Σεμνότης, *decorum*, ubi omnia fiunt sicut decet, sine turpitudine. Hoc obiter addidit, ut officii sui Christianos admoneret. Non ideo, inquit, nos tranquillitatem et securitatem publicam optamus, ut ea abutamur ad commestationes et libidines; sed ad sacros coetus, ad probos pudicosque mores.

3. τῆτο γὰρ — θεῷ) Hoc nempe, ut oremus pro reipublicae rectoribus. Καλὸν, *pulcrum, honestum*, quod nos decet. Ἀπόδεκτον ἐνώπιον αὐτοῦ est, quod Hebr. XIII, 21. ἐνώπιον αὐτοῦ εὐάρεσον. Hesychius, hunc Apostoli locum respiciens, ἀποδεκτὸν, ἐπαινέτῳ. Deus uult omnium hominum salutem, u. 4. decet igitur et nos omnibus hominibus bene precari. De uoce σωτήριος cf. supra c. I, I.

4. ὅς πάντας — σωθῆναι) *Qui omnes homines uult felices fieri.* Cf. 2 Petr. III, 9. Io. III, 17. καὶ εἰς — ἐλθεῖν) Ἀλήθεια hic est *religio*, ut saepius. Vt homines omnes felices reddantur, uult eos peruenire ad religionis christianaee cognitionem. Debemus itaque et nos dare operam, ut omnibus innotescat ueritas, et ei labori preces pro omnibus adiungere.

5. εἰς γὰρ θεός — Ἰησοῦς) *Vnus Deus*, sc. omnium hominum, cuiuscunque sint gentis et conditionis. Rom. III, 30. Μεσίτης, ὁ εἰρηνοποιός, ut Suidas explicat. Christus ita uocatur, quia primum id obtinuit, ut Deus hominibus, in graui peccata lapsis condonare uellet; deinde per doctri-

doctrinam suam effecit, ut homines fauorem Dei optarent, et quaererent; quod beneficium est generale, et totius humani generis donum. Ἄνθρωπον hic intellige σχήματι ἑυρηθέντα ὡς ἄνθρωπον. Phil. II, 8.

6. ὁ δὲ δὲς — πάντων) Ἀντίλυτρον, cf. Matth. XX, 28. Ipse se morti obtulit, ut nos a poenis liberaret. τὸ μαρτύριον καιροῖς ἰδίαις) Non cohaerent haec uerba cum praecedentibus. Videtur igitur post πάντων periodus puncto esse finienda, et oratio sic continuanda: *Haec est doctrina temporibus suis reseruata*, quae suo tempore in omni terrarum orbe tradetur. Μαρτύριον enim h. l. est *doctrina*, cuius breuem summam Apostolus modo proposuit.

7. εἰς ὃ — ἀπόστολος) Ad quam praedicandam et nunciandam ego constitutus sum. Sic 2 Tim. I, 11. διδάσκαλος — ἀληθής) *Doctor gentium fidelis et uerus*, πιστὸς καὶ ἀληθής, nil falsum, nil adulterinum admiscens.

8. βέλομαι — τόπῳ) Merito dicit ἐν παντὶ τόπῳ, nam et Deus θέλει πάντας σωθῆναι, (u. 4.) et Christus ὑπὲρ πάντων ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ἔδωκεν, (u. 6.) Gregorius Naz. de precibus loquens, Epist. ad Euseb. ἄς οἶδα μὴ τόποις δριζομένας. Est autem hic sermo de precibus publicis, quas uiri in coetibus sacris facere debent, non mulieres. Cf. u. 11, 12. ἐπαίροντας ὁσέως χεῖρας) Ἐπαίροντας, in coelum nempe. Apuleius de Socratis Deo: *Hic habitus orantium est, ut manibus in coelum extensis precemur*. Χεῖρες ὁσίοι autem sunt, quas καθάρως καὶ ἀμιάντως uocant alii Scriptores. Optime ergo *puras* uertebat uetus Interpres. Ita *puras manus* T. Liuius dixit. Contrariae,

sacrilegae et impiae manus, in Ciceronis Philippicis. Symbolico hoc ritu Apostolus ipsam rem significatam describit, nimirum puritatem animi et actionum, quam docet esse necessariam, ut Religio nostra Deo accepta sit. χωρὶς — διαλογισμῶ) Nec in proximum simultate peccantes, nec in Deum diffidentia; id enim hic διαλογίζεσθαι. Vide Iac. I, 6. Matth. V, 24.

9. ὡσαύτως — κοσμεῖν ἑαυτὰς) Repetendum est post ὡσαύτως καὶ uerbum βέλομαι, ex comm. 8. et uertenda haec uerba sunt ita: *Similiter etiam uolo mulieres uestitu mundo, cum pudore et modestia se ornare.* Grotius post ὡσαύτως καὶ τὰς γυναῖκας minus commode supplet: *precari uolo.* Verum est quidem, utriusque sexus preces Deum audire; sed preces publicas in coetibus sacris non debent facere mulieres. Καταβολή saepissime apud Graecos de uestitu. Hesychius: καταβολήν, περιβολήν. Suidas: καταβολή, βολή. Seneca Controuers. 2. 7. *Matrona — prodeat in tantum ornata, ne immunda sit.* Xenophon Memorabil. II. τὸ σῶμα τῇ καθαρότητι κεκοσμημένην, τὰ δὲ ὄμματα αἰδοῦ, τὸ δὲ σχῆμα σωφροσύνη. Αἰδῶς, uerecundia uultus, parciloquio comitata; σωφροσύνη tam apertas actiones quam secretas complectitur. μὴ ἐν πλήγμασιν — πολυτελεί) *Non cincinnis, aut auro, aut margaritis, aut pretiosis uestibus.* Ἐν πλήγμασιν hic est, quod ἐν ἐμπλοκῇ τριχῶν uocat Petrus I Ep. III, 3. Bene Versio uulgata: *non in tortis crinibus.* Sic crines in nodum tortos Martialis. Suidas de Caesyra Polystrati uxore: πολλοῖς ἐκέχρητο καλλωπίσμασιν — καὶ τοῖς τῆς κεφαλῆς πλέγμασιν. Ἡ χρυσῶ) In Epistolis Ouidianis: *Veste tegor uili, nullum est*
in

in crinibus aurum. Ἡ μαργαρίταις, non ἐν λίθων διαυγίαις, ut apud Suidam quis locutus. Seneca matronarum Romanarum luxum exagitans, de Beneficiis VII, 9. *Video uniones, non singulos singulis auribus comparatos — iunguntur inter se, et insuper alii aliis superponuntur.* Ἰματισμῷ πολυτελεῖ, qualis Luc. VII, 25. ἰματισμὸς ἔνδοξος. Quum autem haec sint adiaphora, i. e. nec bona nec mala in se, sensus est: mulieres non tam debere ornare se auro, quam recte factis, ut statim u. 10. dicitur.

10. ἀλλ' ὃ πρέπει — ἀγαθῶν) Bene sensum expressit Syrus: *sed per opera bona* (nempe se ornent, ex praecedentibus) *ut decet feminas pietatem* (christianam sc.) *professas.* Ὁ πρέπει, pro ὡς πρέπει. Θεοσεβείαν ἐπαγγέλλεσθαι, pietatem profiteri hic, et γυνῶσιν ἐπαγγέλλεσθαι infra VI, 21. locutiones sunt bene graecae. Sic Ioannes Antiochenus et Plutarchus, φιλοσοφίαν ἐπαγγέλλεσθαι. Anonymus apud Suidam, μαντικὴν ἐπαγγέλλεσθαι.

11. γυνή — ὑποταγή) Ἐν ἡσυχίᾳ, in silentio. Non debent interrogare in publico conuentu, si quid non intellexerint. Cf. 1 Cor. XIV, 35. Praeceptum hoc ex Synagoga est, ubi mulieres seclusum a uirorum aspectu locum habent, et cum silentio, quae praeleguntur, aut dicuntur, auscultant, Ἐν πάσῃ ὑποταγῇ, cum summa obedientia. In hac etiam re se postponant uiris.

12. γυναῖκα — ἐπιτρέπω) Virilibus officiis feminas fungi, prohibet et Romanum ius, L. I. ff. de postul. εἰδὲ αὐθεντεῖν ἀνδρὸς) Non auctoritatem sibi sumere in uirum, nec

fumere sibi munus, quod uirorum est. Vocem *αὐθέντης* dicit Phrynichus iam suo tempore usurpari coepisse in significato *δεσπότης*. Hinc *αὐθέντεῦν* est *ἐξουσιάζειν*. In uersu graeco: *γυναικὶ δ' ἄρχειν ἔ δίδωσιν ἢ φύσις*. Apuleius 9. *Sed nec aequitas patitur, plus iuris habere uxorem quam maritum*. Similia praecepta habes in libro Hebraeo *Musar*. *ἀλλ' εἶναι ἐν ἡσυχίᾳ*) Sc. *βέλομαι, γνώμην δίδωμι*, aut quid simile. Volo *eam esse in otio*, i. e. non fungi publico munere.

13. Ἄδὰμ γὰρ πρῶτος ἐπλάσθη) Quod signum eminentioris in uiro dignitatis, cf. 1 Cor. XI, 8. 9.

14. καὶ ἄδὰμ ἐκ ἡπατήθῃ) Nempe prior, quod repeti debet ἀπὸ κοινῆς ex superioribus: aut non fuit seductus a serpente. Argumentum ab imbecillitate sexus desumptum, cuius documentum ingens iam ab initio datum. Aequum autem est, id quod est imbecillius, parere ualentiori. ἡ δὲ γυνή — γέγονε) Ἐν παραβάσει γέγονε, in culpa fuit. Sirac. XXV, 24. ἀπὸ γυναικὸς ἀρχὴ ἀμαρτίας.

15. σωθήσεται δὲ — σωφροσύνη) Consequetur autem salutem cum procreatis liberis, si permanferint in fide et amore et sanctitate uitae cum temperantia. Τεκνογονία h. l. significare uidetur ipsam sobolem, progeniem, procreatos liberos, ut hebr. *לְבָנִים*. Sic etiam Syrus intellexisse uidetur. Confirmatur haec sententia eo, quod in plurali numero sequitur *ἐὰν μένωσιν*, cuius constructionis uix ratio potest reddi, nisi uerbum referas ad mulierem et liberos procreatos. Διὰ autem cum Genit. interdum poni pro *οὖν, ἐν*, (ut Rom. II, 27. IV, 11.) uix est, ut moneam. Sensus

sus igitur est, mulierem in matrimonio uiuentem, omnino salutis compotem fieri cum suis liberis, si eos sic educauerit, ut sint et maneant boni Christiani. Non debere mulierem salutem suam procurare docendo, sed potius liberos educando. Nam educatio paruulorum usque ad pueritiae annos ad matres paene solas pertinet. Aliorum interpretationes, easque plurimam partem contortas, iam non commemoro.

Caput III.

1. Πιστός ὁ λόγος) Certissimum ac uerissimum est, quod dicam. Chrysostomus et Theophylactus haec ad proxime praecedentia retulerunt; sed connectenda sunt potius cum sequentibus. εἰ τις — ἐπιθυμεῖ) Si quis Episcopi munus quaerit, grauissimam functionem optat. Ἐπισκοπῆς ὄρεγέσθαι, ut apud Diodor. Sic. L. XIV. ἡγεμονίας ὀρέγέσθαι. Apud Plutarch. de amore frat. πορφύρας καὶ διαδήματος ὀρέγέσθαι. Ἐπισκοπή, ΠΥΡΞ, inspectionem et praefecturam qualemcunque significat, et in specie ecclesiae inspectionem. Ἐπίσκοπος h. l. est quilibet doctor et antistes. Ἐπιθυμεῖ, quaerit, optat. Neque id tunc ambitionis erat, sed maximae fortitudinis, eo quod presbyteri munus non tantum cum grauissimis laboribus, sed et cum summis periculis esset coniunctum, ideo quod hi maxime ad poenas raperentur. Καλῶς ἔργα dicit, non καλῶς ἀξιώματος, ut ostendat, illud muneris non ob honorem expetendum, sed ob ministerium eius. Ἔργον h. l. functio, ministerium.

2. δεῖ δὲ — ἀνεπίληκτον εἶναι) Oportet episcopum talem esse, ut in eo nullus pateat reprehensioni locus. Vocem

ἀνεπίληπτος e *palaeſtra* ſumtam eſſe, docet *Krebsius* ad h. l. Proprie enim dicitur de pugili, qui omnes corporis partes ita tutas ab aduerſarii iētibus praefat, ut feriri non poſſit. Hefychius : ἀνεπίληπτον, ἀμεμπτον, ἀκατάγνωστον. Euripides : Orefte : ἀνεπίληπτον ἡσκηκῶς βίον, ubi uetus Scholiaſtes : ἀναμάρτητον, ἀδιάφθαρτον, ἀβλαβῆ, ἐκ ἄξιον ἐπιπλήττεσθαι. μιας γυναικὸς ἄνδρα) Non facile eſt intel- lectū, quis dicatur uir unius uxoris hic et u. 12. et Tit. I, 6. et quae ſit *uxor unius uiri*, c. V, 9. Hoc facile patet, non eſſe ſermonem de polygamia; eam enim prohi- beri uix opus erat, quia illo tempore non fuit uſitata. Vi- detur itaque iuberi, ut epiſcopus tantum ſemel matrimo- nium ineat, neque ſecundas nuptias celebret. Pro hac ſen- tentia militat, quod nuptiae ſecundae apud omnes gentes minus honoratae eſſent; alicubi et poenis nonnullis coër- citae. Neque uero Chriſtiani in ulla laudis parte cedere debebant gentibus, apud quarum multas ad feminina ſacer- dotia nonniſi admiſſae uniuirae, ut *Tertullianus* nos docet de *Monogamia*, et ad uxorem L. I. et exhortatione ca- ſtitatis. Vide *Grotium*, et *Wetſenium*. Cauſſae uero, cur iteratum matrimonium uituperandum eſſe putarent, fuerunt fere hae : Fidem defuncto coniugi datam fallere exiſti- mabatur ſuperſtes coniux, ſi ad ſecunda uota progredere- tur; res periculofa eſſe uidebatur, nouercam introducere in familiam, eique liberos prioris coniugis tradere; denique etiam libidinofiore eum putabant, qui alterum contrahe- ret matrimonium. Paulus igitur ſe attemperat moribus iſtorum temporum, nec ſcribit legem omni tempore obser- uandam. Ex aliorum opinione a Paulo is dicitur eſſe aut fuiſſe uir plurium uxorum, qui poſt *repudiatam* uxorem duxerit

duxerit aliam, seu quacunq̄ue de caussa, seu etiam propter prioris adulterium, quae est Hammondi inprimis sententia. Camerario *μῖᾱς γυναικὸς ἀνὴρ* est Periphrasis honesti mariti; qui caste cum uxore sua uiuat, una contentus; et infra c. V, 9. *uxor unius mariti* est, quae cum suo marito caste uixit. Ceterum haec uerba Apostoli non exigunt, ut Presbyter uxorem habeat, aut habuerit, sed id permittit, dum ne plures una habuerit. *νηφάλιον* — *διδασκτικόν*) *Νηφάλιος*, *sobrius*. Gellius XII, 18. *Apud Lacedaemonios, illos sobrios et acres uiros*. Sic *uirum sobrium* dixit Cicero in Orat. pro Coelio. *Σώφρονα*, *modestum*, ad uitae tenorem pertinet, *κόσμιον* ad mores. Plutarchus Praecept. Polit. de Liuio Druso: *ἦν ἀνὴρ σῶφρων καὶ κόσμιος*, Herodian. I. *κόσμιος τῶν τρόπων, καὶ σώφρονος τῶν βίον*. *Φιλόξενον*, *hospitalem*. Erat et hoc Presbyterorum, aduenientes aliunde Christianos domi suae excipere. *διὰ τὴν πρὸς τοὺς ξένους φιλανθρωπίαν*, Galilaeorum (i. e. Christianorum) *θησαυρίαν* magnum incrementum cepisse ait Apostata Iulianus. *Διδασκτικόν*, qui aptus sit aliis instituendis, uel etiam, qui doceat assidue, quod Vulgatus, qui *δοκτορ* uertebat, sagaciter affectus est.

3. *μὴ πάροινον* — *αἰσχροκερδῆ*) Per *πάροινον* h. l. alii *uinofum*, *uinolentum*, alii petulantem, *iniuriosum*, *ὕβρισην* intelligunt, cui posteriori significationi ipse contextus fauet; in aprico enim est, *πάροινον τῷ ἐπιεικῇ, πλῆκτην τῷ ἀμάχω*, et *αἰσχροκερδῆ τῷ ἀφιλαργύρω* opponi. *Πάροινος* uocari posset *iniuriosus*, contumeliosus, etiam qui absque uino talis est. Hoc sensu Plutarchus Lib. an Seni ger. reip. Aridaeum regem hominem dicit fuisse, *ὕπὸ τῶν ἀεὶ*

κρατύντων παροινύμενον, *ab iis, qui plus ualebant, contumeliose tractatum*. Deinde παροινία auctore Hesychio, uel eo potius, unde is eam glossam hausit, est, ἡ ἐκ τῆς οἴκῃς ὕβρις καὶ οἷα δὴποτε ἀμαρτία. Cf. Κυρκε, Krebs. Loesn. ad h. l. Μὴ πλήκτην, *non percussorem*, non manu promittum, qualis ille apud Gellium, XX, 1. Plutarchus in Catone maiore τῇ χειρὶ πλήκτην. Aut, non qui acerbo clamore corripiat et castiget, non μάχιμον, ut exponit Hesychius. Μὴ αἰσχροκερδῆ, deest in codicibus plurimis, Verfionibus et Patribus, probante Griesbachio omissionem. ἀλλ' ἐπεικῆ, ἄμαχον, ἀφιλάργυρον) Ἐπεικῆ, cf. Eph. IV, 5. Ἄμαχον, *non litigiosum*, ἀφιλόνηκον.

4. τῷ ἰδίῳ — προζάμενον) Τῷ ἰδίῳ οἴκῳ i. e. τῶν οἰκείων, bonum et diligentem patremfamilias hunc decet esse. Male enim committuntur aliena ei, qui sua negligit. *Domum uniuscuiusque*, teste Seneca epist. 74. *Romani ueteres puffillam rempublicam esse iudicauerunt*, et Chilo apud Plutarchum (Conuiu. Sapient.) δεῖν βασιλευμένη πῶλει τὸν οἶκον προσοικέειναι dixit. Plutarchus in Coniug. praeceptis, εὐ ἡρμοσμένον τὸν οἶκον εἶναι δεῖ τῷ μέλλοντι καὶ ἀγορᾶν καὶ φίλους ἀρμόζεσθαι. τέκνα — σεμνότητος) Τέκνα ἐν ὑποταγῇ, i. e. ὑποταγμένα, ὑπήκτα. Ἐν πάσῃ σεμνότητι, *cum omni modestia*. Intelligenda est modestia *liberorum*, non parentum.

5. εἰ δὲ τις — ἐπιμελήσεται;) Εἰ δὲ hic ualet εἰ γὰρ. Cicero ad Atticum suum X, 7. de Caesare: *Iam, quibus utatur uel sociis, uel ministris, si ii Prouincias, ii Rempublicam regent, quorum nemo duos menses potuit patrimonium suum gubernare?* Augustus Caesar apud Senec. Clement. I, 9. ad Cinnam, qui in se consilium inierat: *Quo*
hoc

hoc animo facis? ut ipse sis Princeps? domum tueri tuam non potes.

6. μὴ νεόφυτος) *Non nouitium.* Syrus: *Ne sit puer, recens discipulatu suo.* Intelligitur recens factus Christianus. Sic et Gellii XVI, 7. *nouitii ac semidocti*; metaphora a plantatione desumpta. Φυτάριον de homine minus solide instructo dixit et Arrianus IV, 8. in Epictetum. ἵνα μὴ — τῷ διαβόλῃ) *Ne superbia inflatus incidat in iudicium conuictatoris,* ne hominibus occasionem praebeat, male de se iudicandi. Τυφῶσθαι est *uano stolidoque fastu laborare.* Ioseph. c. Apion. I, 3. πῶς ἔν ἐν ἄλλογον τε τυφῶσθαι τὰς Ἑλλήνας ὡς μόνους ἐπισαμένους τὰ ἀρχαῖα; *quis igitur non uideat, Graecos uano stolidoque fastu laborare, quasi soli rerum antiquarum cognitionem teneant?* Διάβολος significat *maledicum, calumniatorem,* et κρίμα *iudicium,* quod de alio statuimus. Alii intelligunt *Satanam,* et uertunt: *ne simili modo ut Satanus puniatur.* Sed prior interpretatio et rei et contextui est aptior.

7. δεῖ δὲ — ἔξωθεν) *Μαρτυρία, laus.* Οἱ ἔξωθεν, pro οἱ ἔξω, non-christiani, Iudaei et Gentiles, Col. IV, 5. et alibi. ἵνα μὴ — τῷ διαβόλῃ) *Ne ei macula grauis uitae praesentis aut prioris a calumniatoribus obiici queat.* Possunt tamen duae Phrases distingui, ut ἐμπίπτειν εἰς ὀνειδισμὸν sit *incurrere in aliorum uituperium,* ἐμπίπτειν εἰς παγίδα τῷ διαβόλῃ autem, *insidias diaboli experiri.*

8. διακόνες — προσέχοντας) *Διακόνες ὡσαύτως, sc. χρηεῖναι. Σεμνῆς, graues. Μὴ διλόγους, non mendaces, non bilingues.* Virgilius: *Tyriosque bilingues.* Vbi-Ser-

uius, fallaces. Μὴ οἶνον πολλῶν προσέχοντας, non multo uino deditos. Προσέχειν, *delectari aliqua re*. Philo de Prof. p. 472. Ε. ἐνὶ προσέχουσιν ἀνδρὶ, καὶ τὴν ἐνδὲ ἑκέρβαν ἀγαπῶσαν, *uni deditam marito, et unius consortio contentam*. Plutarch, Quæst. Rom. ἢ θεμιτὸν τῷ ἱερεῖ μεθύσκεσθαι.

9. ἔχοντας — συνειδήσει) *Retinentes Christianam doctrinam, et puram conscientiam*. Ἐχειν h. l. pro κατέχειν. Μυστήριον τῆς πίστεως, idem quod Col. IV, 3. τὸ μυστήριον τῆς χριστοῦ, *occulta religionis doctrina*. Sic uocatur christiana doctrina, quia Paganis occulta fuit iis temporibus.

10. καὶ ἔτοι — διακονείτωσαν) *Hi autem explorentur priusquam muneri admoueantur*. Non intelligitur exploratio scientiæ, sed uitæ. Vox δοκιμάζεσθαι defumta est ex iure Attico. Pollux. VIII, 6. Δοκιμασία δὲ τοῖς ἄρχουσιν ἐπιγγείλετο, καὶ τοῖς κληρωτοῖς, εἴτ' ἐπιτήδειοί εἰσιν ἄρχεσθαι, εἴτε μὴ. At mos ea uoce designatus, non apud Graecos tantum obtinuit, sed et Hebraeos Romanosque. Seneca Controuers. I, 2. *Ambitiosa lex est, ad sacerdotium notae sanctitatis admittit, inquit in mores — in uitam*. Moris erat apud Christianos, ut a presbyterio publicarentur nomina eorum, qui ipsi huic muneri uiderentur idonei, ut si quis in ecclesia haberet, quod culpet in iis, id proferat. Cf. Grotium ad h. l. ἀνέγκλητοι ὄντες) *Postquam apparuerit, nihil illis posse obiici*. Nam saepe esse dicitur id, quod palam apparet.

11. γυνάικας — διαβόλους) Γυνάικας, sc. αὐτῶν, Diaconorum. Chrysostomus, Theophylactus, et post eos recentiores *diaconissas* exposuere; sed de iis agitur infra c. V.

Sunt

Sunt igitur hic intelligendae uxores Diaconorum. Σεμνὰς, *graves*. Ita grauem feminam Apuleius in Apologia dixit. Μὴ διαβάλλεις, *non detrahentes*, ut Vulgata habet.

12. διάκονοι — ἰδίων οἴκων) Cf. supra com. 2. 4.

13. οἱ γὰρ καλῶς — ἐν χριστῷ Ἰησοῦ) *Qui enim laudabiliter perfunguntur ministerio, gradum sibi (ad presbyteratum) parant, et magnam libertatem dicendi in docenda religione.* In uoce βαθμὸν alludit ad secularem militiam. Hadrianus Imp. in sententiis excus. cum Glossariis: ἐὰν καλῶς στρατιώτης γένη, τρίτῳ βαθμῷ δυνήσῃ εἰς πραιτώριον μεταβῆναι. Παρηγοσία, libertas in dicendo; et πίστις doctrina ipsa.

14. ταῦτά σοι — τάχιον) *Haec tibi scribo, sc. aliquanto restrictius, quia spero, me breui futurum tecum.*

15. ἐὰν δὲ — ζῶντος) 'Εὰν δὲ βραδύνω, *si quid interuenerit autem, quod me cito affore prohibuerit.* ἵνα εἰδῆς, ut his litteris monitus, noris ea, quae alioqui coram fueram dicturus. Οἶκος Θεοῦ, statim explicatur per ecclesiam Dei; quae cur ita uocetur, patet ex Eph. II, 21. 22.

16. σῦλος καὶ — μυστήριον) *Firmissimum fundamentum, quo nititur religio, et omnium confessione maximi momenti est haec reuelata religionis doctrina, quae nempe sequitur.* Comma hoc parum commode cum praecedentibus uerbis connectitur, quanquam Synedrium Magnum hoc titulo passim honestari ait Lightfootus; idem uero multo incommodius a sequentibus diuellitur. Nam particula καὶ, καὶ

ἀμολογημένως nouae periodi initio non congruit. Deinde frequens est in hac epistola, Timotheum confirmante et excitante, praefandi formula, qua Paulus rem quampiam mox a se dicendam commendat ut *ueram, bonam et salubrem*, e. g. c. I, 15. IV, 9. 6. Similibus loquendi modis utuntur Rabbinii. Ita R. Leui Barcelonita rationem, quare liberationis Israëlitarum e seruitute aegyptica, tot signa memorialia in XV praeceptis ad Pascha concurrentibus affiguntur, hanc affert: *quia fundamentum id magnum sit, et columna ualida legis ac religionis Iudaicae*. Maimonides: *Fundamentum fundamenti, et columna sapientiae haec est* etc. Στύλος καὶ ἐδραίωμα per Hendyadin: *firmissimum fundamentum*. Ἀλήθεια, et εὐσέβεια, *religio*, quia et uera est, et ad pietatem ducit. Μυσήριον h. l. non est uniuersa doctrina christiana; (consideratur enim ut pars ἀληθείας,) sed grauiissima pars illius doctrinae. Μέγα, quod grauissimum est, maximique momenti. Ὁμολογημένως, *omnium consensu et confessione*. Θεός ἐφανερώθη — ἐν πνεύματι) Pro Θεός alii legunt ζς, alii θ. Erasmus ad h. l. annotat: *Mihi subolet, Deum additum fuisse aduersus hereticos Arianos*. Camerarius: *Non est autem diuersus sensus, siue θ legatur, seu Θεός*. Decidendi rationes de hac uarietate Lectionis Griesbachius accuratissime exposuit. Codices uariant, aliis legentibus θ, aliis Θεός, paucis ζ. Sed codices solos nihil decidere, omnibus notum est. E Versionibus sola Arabica polygl. legit Θεός, ceterae omnes non Θεός, sed pronomen ζς siue θ. Patres latini omnes legunt *mysterium s. sacramentum quod manifestatum* etc. licet de Christo intelligant. A Patribus graecis, antiquissimis temporibus, rarissime excitatus est hic locus,

locus, ne contra Arianos quidem, initio controuersiae Arianae. Sic Cyrillus Alex. non prouocat ad hunc locum contra Iulianum, negantem, Iesum a Paulo unquam appellatum fuisse Deum; nec uocabulum Θεός opponit Nestorio. Re-ferunt quidem hoc dictum ad Christum, sed ex hoc non sequitur, eos legisse Θεός, nonnulli enim Christum ipsum *μυσήριον* nominare solebant. Θεός omnino legerunt Gregorius Nyssi. Chrysofomus, Theodoretus, Damascenus, Oecumenius, Theophylactus. Ὁς legerunt Cyrillus Alex. et Theodorus Mopsuest. Epiphanius, Gelasius Cyzizen. s. Macarius Hieros. apud Gelasium, teste Wetstenio. Praeterea sermo inter opera Chrysofomi Tom. X. p. 764. *δμολογημένως μέγα ἐστὶ τὸ τῆς εὐσεβείας μυσήριον. ὡφθῆ ἀγγέλοις, ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ — αὐτῷ ἢ δόξα.* Praeterea ὅς habuerunt codices eorum, qui Macedonium sub Anastasio Imp. ὅς in Θεός mutasse narrarunt. Ὁ occurrit apud Gelasium Cyzic. in Harduini Collect. Concil. T. I. p. 418. et in Serm. de incarn. inter opera Chryf. T. VIII. p. 214. Apud Cyrillum Scythopol. legitur: *ἐν ἱερουσαλήμ τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας ἐφανερῶθῆ μυσήριον,* et apud Nyssen. antirrhet. 2du. Apollinarem: *εἶτα ἐπάγει τοῖς εἰρημένους, ὅτι τὸ μυσήριον ἐν σαρκὶ ἐφανερῶθῆ καλῶς τῆτο λέγων, ἕτος δ' ἡμέτερος λόγος.* Licet ex unaquaque harum lectionum elici possit sensus bonus, imo isdem, uidetur tamen ὅς praefendum. Est enim haec lectio omnium difficillima, et ex ea uitio Librariorum facile oriri poterat ὁ uel ΘΣ. Si uera est lectio ὅς, colon ponendum est post *μυσήριον*, ut cum ὅς sensus incipiat, hoc modo: *ὅς ἰφανερῶθῆ ἐν σαρκὶ, ἐδικαιώθῆ ἐν πνεύματι (ille) qui conspicuus factus est in humana natura, filium Dei se esse ostendit eo, quod misit Spiritum.* Si legas ὁ, ponitur neutrum pro masculino,

sculino, et intelligitur Christus ipse eodem sensu. Πνεῦμα h. l. potest esse ipse Spiritus sanctus, uel etiam dona miraculosa Spiritus. His enim Christus ἐδικαιώθη, *iustificatus* est, i. e. declaratum est, Christum esse eum, qualem se haberi uoluit, nempe filium Dei. Ipse Christus Io. XVI, 8. 10. simile quid dixit, uerbis his: Ἐκεῖνος (Spiritus S.) ἐλέγξει τὸν κόσμον — περὶ δικαιοσύνης etc. conuincet homines, me iustam causam habere; me nempe esse eum, quem me esse dixi, filium Dei. Sensus est idem Rom. I, 4. quem locum et a nobis annotata uelim conferas. Idem sensus est, si πνεῦμα sumas pro ui illa diuina, per quam Christus miracula edidit. ὤφθη ἀγγέλοις) *Conspectus est angelis*. Hoc de ascensu Christi in coelum commode intelligi potest. Posses etiam uertere: *Cognitus est angelis*, quia, ut Grotius monet, *uidere* apud Hebraeos ad omnem cognoscendi modum transfertur. Post resurrectionem Christi, et Spiritus S. effusionem patuit angelis ratio et modus redemptionis humani generis, Eph. III, 10. 1 Petr. I, 12. Aliis ἄγγελοι h. l. sunt *Apostoli*; illis enim Christus in uitam redux saepius apparuit, ut essent testes resurrectionis. ἐκηρύχθη ἐν ἔθνεσιν) i. e. *Maiestas* pariter ac doctrina eius non inter Iudaeos tantum, sed et inter gentes alias praedicata est. ἐπιστεύθη ἐν κόσμῳ) *Fides ei habita est in toto terrarum orbe*, nempe a magna parte hominum. ἀνελήφθη ἐν δόξῃ) *Susceptus est in gloriam*. Ἐν pro εἰς. Δόξα autem hic uidetur esse ipsa *maiestas diuina*, et tota Phrasis significare idem cum Marc. XVI, 19. ἐκάθισεν ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. Cf. Act. III, 21.

Caput IV.

1. **T**ὸ δὲ — λέγει) *Spiritus autem propheticus diserte dicit.* Πνεῦμα hic est *Spiritus*, qui est in Prophetis et Apostolis. Hesychius: βητῶς, Φανερώς, *manifeste, diserte.* λέγει, sc. *per me*, Paulum. Reuelavit mihi Spiritus propheticus. ὅτε ἐν ὑσέροις — πίσεως) Ἐν ὑσέροις καιροῦς h. l. non est temporibus ultimis, sed secuturis, quo sensu ἐν χρόνῳ ὑσέρῳ Plato in Phaedone dixit. Ἀποσῆσονται τῆς πίσεως, deficient a christiana fide. Munit Timotheum aduersus ea, quae ipso adhuc uiuente, erant euentura, ut patet infra u. 6. προτρέχοντες — δαιμονίων) *Ita ut operamur fraudatoribus et doctrinis diabolicis.* Πνεύματα πλάνα, *doctores erronei*, qui alios a ueritate ad errores seducunt; nam πνεῦμα interdum significat Doctorem, qui impulsu Spiritus se loqui perhibet, ut 1 Cor. XII, 10. Πλάνος substantiue est *erro, seductor, impostor*; sed usurpatur etiam adiectiue, ut in Epigr. πλάνα δῶρα. Διδασκαλῖαι δαιμονίων *doctrinae diabolicæ, i. e. falsæ*; nam omnis error a diabolo repetitur, unde falsi doctores uocantur eius ministri, 2 Cor. XI, 15. Alii intelligunt *doctrinas de daemonibus*. Tales doctrinas, qui disseminarent, iam tum Ephesi fuisse uidentur, Act. XIX, 13.

2. ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγων) *Propter simulationem falsorum doctorum.* Nam ψευδόλογος h. l. est falsus doctor. Quia nempe hi fraudatores bonam speciem prae se ferebant, ideo alii iis habebant fidem. Beza censet, hoc loco esse ἀντίπτωσιν, pro ἐν ὑποκρίσει ψευδολόγοις, et sic etiam κηκουτηριασμένοις etc. Sumit enim ψευδολόγων adiectiue, et refert ad πνεύμασι πλάνοις, ut τὸ ἐν ὑποκρίσει significet modum

ψευδολογίας, quod nempe illa πνεύματα πλάνα per ὑπόκρισιν sanctae uitae et ueracitatis doctrinae maxime mentiantur. Sed non opus est. *κεκαυτηριασμένων — συνείδησιν*) *Qui habent conscientiam cauterio iustam, i. e. iniustam notis criminum, quorum sibi sunt conscii. Cauterio stigmata inuri solebant seruis fugitiuis, sacrilegis, aliisque facinorosis. Hinc improprie cauterio in conscientia iniusti uocantur, conscientia uulnerati, et grauiorum scelerum sibi conscii, talium praesertim criminum, quae quum ab hominibus non puniuntur, poenam tamen diuinam non effugiunt. Sensu non alieno ψυχαῖς καυτήρια προσάγειν, animis cauteria ad-mouere, i. e. illos uulnerare, excruciare dicit Diodorus Sic. L. XX, c. 55. Claudianus: *Pectus iniustae Deformant maculae uitaeque inoleuit imago.**

3. κωλύοντων — βρωμάτων) *Qui prohibent matrimonium inire, et iubent abstinere a cibis etc.* Ante ἀπέχεσθαι est Ellipsis Participii κελυόντων, *iubentium (abstinere a cibis,)* aut ποιόντων, quod addit Syrus. Similis fere ellipsis I Cor. XIV, 34. Haec figura, Synesis dicta in aliis quoque Scriptoribus reperitur. Sic Phaedrus: *Non ueto dimitti, uerum cruciari fame; supple: iubeo.* Oecumenius: ἐκ ἑς σφάλμα καλλιγραφικόν, τὸ ἀπέχεσθαι βρωμάτων, ὡς ἐνίοις ἔδοξεν, εἰδὲ παράγραμμα Ἀποστολικόν, ἀλλὰ καὶ ὀρθῶς, εἰς τῆν Ἀπθίδα συνήθειαν διαπεφρασμένον. ὥσπερ τὸ ἐκώλυσεν αὐτὸν μὴ ποιῆν τὰ ἄτοκα, ἢ λέγει, ὡς εἰς ἀτοπίαν αὐτὸν πρῆτρεπεν etc. Erasmus Schmidius uult ἀπέχεσθαι positum esse pro τῷ ἀπέχεσθαι, *abstinendo a cibis; dum abstinentiam a cibis urgent, tanquam coelibatus altricem et conseruatricem.* Βρώματα hic intellige ea, quae sunt ex animalibus. Eiusmodi

modi doctrinis, de abstinentia a nuptiis et ciborum parte potissima iam tum quodammodo fauebat Essenorum secta. Delapsi sunt etiam posthac Encratitae et aliae sectae in huiusmodi errores.

ἃ ὁ Θεὸς — τὴν ἀλήθειαν) *Quos Deus creauit, ut percipiantur cum gratiarum actione a Christianis, et ab iis qui ueritatem agnoscunt, eam nempe ueritatem, quam statim u. 4. commemorat. Εἰς μετάληψιν est ualde proprie dictum, nam μεταλαμβάνειν τροφῆς est uesci. Est etiam Hebraeorum mos uetus, ne cibus sumatur, nisi actis Deo gratiis, qui eos nostris usibus condidit.*

4. ὅτι πᾶν κτίσμα Θεοῦ καλόν) *Quicquid Deus creauit, est bonum. Κτίσμα Θεοῦ uidetur poni ὑπὸ Θεοῦ ἐκτισμένον. Ita Pf. CL, 6. πᾶσα πνοὴ ἐστὶν, πᾶν πνοὴν ἔχον. Restrinxenda autem est Apostoli locutio ad rem escariam, πᾶν βρωμα. καὶ ἕδεν — λαμβανόμενον) Prouerbiale erat apud gentiles, nihil ex donis a Diis datis ἀπόβλητον, spernendum esse. Homer. Iliad. γ. u. 65. ἔτε ἀπόβλητ' ἐςὶ Θεῶν ἐρικίδεα δᾶρα. Fundatur ueritas ista in uerbis Dei ipsius, Gen. I, 30. Cf. Rom. XIV, 6. 1 Cor. X, 30.*

5. ἀγιάζεται — ἐντέλειως) *Est enim purum et licitum per doctrinam diuinam et preces. Ἀγιάζεσθαι, purum, licitum esse. Cibi autem liciti sunt per doctrinam christianam, quae illud discrimen ciborum tollit, admonetque uerum Dei cultum non esse in rebus externis. Preces etiam faciunt, ut cibum quemuis, non in se noxium, sine metu sumere possimus.*

6. ταῦτα ὑποτίθεμενος τοῖς ἀδελφοῖς) *Hoc Christianos docens. Nam ὑποτίθεσθαι est docere, monere, instituire,*

praecipere, sed amice et leniter, non seuerè et coacte, ut Iosephi et Philonis loca probant apud Krebsium et Loesnerum. Hesych: ὑποτίθεται, συμβαλέει, ὑποθήκη, παρά-νεσις, διδασκαλία. καλῶς — χριστῶ) Ἔση, i. e. ostendes, te talem esse. ἐντρέφόμενος τοῖς λόγοις τῆς πίστεως) *Innutritus doctrinis fidei*. Ita apud Plutarchum in Pyrrhi uita: ἐντρέφουσαι τοῖς ἔθεσιν, apud Arrianum IV, 14. in Epictetum: τοῖς διαλογισμοῖς ἐντρέφουσαι. Sic Seneca c. 21. ad Polybium: *liberalibus disciplinis innutritus*, et epist. 2. *ingeniis certis immorari et innutriri*. Cf. etiam Loesnerum ad h. 1. ἡ παρηκολέθηκας) *Quam es affectus* nimirum sensu et intelligentia. Apud Platonem passim ἐπακολυθεῖν sic dicitur.

7. τὰς δὲ — παραιτῶ) Affanias procul habe a te eorum, qui uel ex Paganismo uel Iudaismo ad Christi cultum transierunt. Fabulas istas, uel inanes doctrinas, de quibus supra c. I, 4. uocat *profanas*, quia nulla Dei reuelatione nituntur; deinde *aniles*, i. e. absurdas, non minus quam illas, quas aniculae puerulis recitant. Aniles ineptias dixit Cicero in Tusculanis. Tales apud Gellium XVIII, 7. *res inanes et friuolae, tanquam mulierum uoces praeficarum*. Παραιτεῖσθαι est ἀποσρέφουσαι. γυμνάζε — εὐσέβειαν) *Exerce te potius ad ueram pietatem*. Γυμνάζειν proprie est exerceri in Gymnasiis. Inde coepit transferri ad omnia, quae agendo discimus. *Exercere se ad pietatem* commode dicitur; uirtutes enim (i. e. habitus uirtutum,) citra iugem et assiduam exercitationem nequaquam acquiruntur. Sic πρὸς ἀρετὰς γυμνάζουσαι Arrianus III, 22. in Epictetum. Hesychius: γυμνάζεται, ἀσκεῖται. Γυμνασία, ἀσκήσις, μελέτη.

8. ἡ γὰρ σωματικὴ — ὠφέλιμος) *Corporea enim exercitatio ad breue tempus utilis est.* Per σωματικὴν γυμνασίαν nonnulli abstinentiam a coniugio, uino, cibis melioribus etc. alii uero corporalem exercitationem, qualis athletarum, pugilum etc. intelligunt; non ut Timotheum illi operam nauasse, at Paulum ex occasione uerbi γυμνάζειν metaphorice positi, de γυμνασίᾳ proprie sumpta locutum existiment. Vtriusque generis exercitatio intelligi potest. Oppositione et sententia non dissona apud Stobaeum Pythagoraeus ille, Serm. I. ἰσχύειν τῇ ψυχῇ μᾶλλον ἢ τῷ σώματι αἰρεῖ. Ὀλίγον pro ὀλίγα accipi potest, ut sensus sit: *Corporealis illa exercitatio ad pauca confert*, puta, futilis certaminis uictoriam, paucorum dierum sermones, coronam frondeam, et similia; uel πρὸς ὀλίγον, ut Iac. IV, 14. intellige χρόνον. Ita sensus erit: ad modicum temporis spatium exercitatio corporis uitam et uiriculas fouet, quum nempe senectus et mors uel robustissimos obruant. Seneca c. XI. Consolat. ad Marciam: *Quam bene (homo) lacertos exercuit, cuiuslibet ferae pabulum, cuiuslibet uictima.* ἡ δὲ εὐσέβεια — ὠφέλιμος ἐστίν) Πρὸς πάντα hic, ut I Cor. XIII, 7. Phil. IV, 13. et saepissime in his libris, intellige *fere omnia*, uel *pleraque omnia*. Facit enim pietas permultum ad laetam atque tranquillam negotiorum administrationem, et reddit nos idoneos felicitati illi aeternum percipiendae. Possis etiam πρὸς πάντα subintelligere χρόνον, *in omne aeuum.* ἐπαγγελίαν — μελλίσσης) *Cui praemia promissa sunt et huius praesentis et futurae uitae.* Τῶν ὧν ζωὴν exponas animi pacem et tranquillitatem, bona uitae huius etc. Luc. XVIII, 30. Matth. VI, 33. Seneca Epist. 79. Nulli non uirtus et uiuo et

mortuo gratiam retulit, si modo illam bona fecutus est fide.

9. πισθς — ἀξίος) Cf. supra I, 15. Referunt quidam ad sequentia. Ego ad praecedentia referre malim. Omnino enim omnium Christianorum uel maxime interest scire, uirtuti parata esse praemia.

10. εἰς τὸτο — θεῶ ζῶντι) Κοπιῶμεν καὶ ὀνειδιζόμεθα, *perferimus labores ac contumelias*. Pro ὀνειδιζόμεθα, alii legunt ἀγωνιζόμεθα, *molestias perferimus*. Ἠλπίκαμεν, enallage pro ἐλπίζομεν. Ideo libens, inquit Apostolus, laboribus maceror, obloquiis et conuiujs laceror, quia in Deo confido, nimirum, uitae huius meae perpeffitiae in illa altera rationem ab eo habitum iri. Cicero, ut nil maius tamen, aut optabilius existimans, ad nudam nominis immortalitatem acquirendam labores tolerandos dixit. Tusculan. I. *Nescio quomodo inhaeret in mentibus quasi saeculorum quoddam augurium futurorum: quo quidem demto, quis tam esset amens, qui semper in laboribus et periculis uiueret?* et in Catone maiore: *Quis tantos labores diurnos nocturnosque domi militiaeque susciperet, si iisdem finibus gloriam quibus uitam esset terminaturus?* ὅς ἐστι — πισθῶν) i. e. ὅς ἐστι σωτὴρ πάντων μὲν ἀνθρώπων, μάλιστα δὲ τῶν πισθῶν. De uoce σωτὴρ cf. c. I, 1. Vult quidem Deus omnes homines aeternum felices reddere, sed Christianos certissime felices reddet. Hierocles: *μισεῖ μὲν ἕδῶνα ἀνθρώπων, τὸν δὲ ἀγαθὸν διαφερόντως ἀσπάζεταιται.*

12. μηδέεις σε — ἐν ἀγνείᾳ) Μηδεὶς καταφρονεῖτω, *effice, ne quis contemnat uel contemnere possit tuam iuuentutem;*

tutem ; ne praebeas occasionem etc. Ἐν λόγῳ, ἐν ἀναστροφῇ, non in doctrina solum, sed et uita et conuictu. Lactant. IV, 23. Homines malunt exempla, quam uerba. Seneca Epist. 6. *Longum iter est per praecepta, breue et efficax per exempla.* Ἐν ἀναστροφῇ, ἐν βίῳ, ἐν πολιτείᾳ, in conuersatione, ut bene Vulgatus et Glossarium. Im Umgang. Ἐν πνεύματι, deest in multis codicibus et Patribus, et in uersionibus antiquis plerisque. Si genuina uerba sunt, intelligi uidetur *sensus christianus*. Adhortaretur Paulus Timotheum, ut huic sensui christiano accommodate uiuat. Πίστις h. l. est *bona fides in omni uiuendi ratione*; nam sermo hic est de officiis uitae communis.

13. ἕως ἔρχομαι — τῇ διδασκαλίᾳ) Πρόσεχε τῇ ἀναγνώσει, assiduus esto in legendis prophetis, psalmis, aliisque libris. Intellige lectionem in publicis conuentibus. ἕως ἔρχομαι, tum nempe ego te plenius instruam. Solatur eius laborem.

14. μὴ ἀμέλει — τῶ πρεσβυτερίῳ) *Fac, ut recte utaris dono, collato tibi ex praedictionibus pronuntiatis tui, quum manus tibi a presbyteris imponerentur.* Μὴ ἀμέλει, noli negligere, i. e. recte utere. Χάρισμα, h. l. est donum docendi, cohortandi, constantia, amor ueri. Διὰ προφητείας, *ui praedictionis*. Cf. c. I, 18. Paulus ipse Timotheo manus imposuerat, 2 Tim. 1, 6. sed mos erat, ut etiam, qui adessent Presbyteri, una cum coetus sui principe, manus imponerent. Fuit autem manuum impositio semper coniuncta cum precibus, quibus expetebantur a Deo dotes homini necessariae. Vult dicere Apostolus : Dispensator es; collator exacturus est omnis optimi tibi dati rationem.

15. ταῦτα μελέτα, ἐν τέτοις ἴσθι) Arrianus I, 1. in Epietctum: ταῦτα ἔδει μελετᾶν — ἐν τέτοις γυμνάζεσθαι. Hesyehius: μελετᾷ, ἀσκεῖ, γυμνάζεται. μελέτη γὰρ ἀσκησις. Ἐν τέτοις ἴσθι, i. e. in his totus occupatus esto. Aelian. Var. Hist. L. IV, 8. ἐν τέτοις ἦν, et IX, 4. de Polycrate: ἐν Μύσαις ἦν. Horatius: omnis in hoc sum. ἴνα σὺ — πᾶσιν) *Vt de profectu tuo inter omnes constet.* Προκόπτειν et προκοπή de discipulis dicuntur. Hoc loco dicitur de profectibus in munere recte administrando. Ἐν πᾶσι, inter omnes, apud omnes. Alii neutraliter accipiunt, in omnibus rebus.

16. ἔπεχε — διδασκαλίᾳ) *Animum attende tibi ipsi, quomodo uiuas, et doctrinae, institutioni, quomodo doceas.* Ἐπέχειν hic ponitur pro προσέχειν, animum intendere. ἐπίμενε αὐτοῖς) *His esto intentus.* Ἐπίμενε, hic est, quod 2 Tim. IV, 2. ἐπίσθι, quod apud Hesyehium ἐπίκεισο. Vulgatus *insta illis*, nempe tibi ipsi et doctrinae tuae. Cf. 2 Tim. III, 14. τέτο γὰρ — ἀκούσάς σε) Tu ipse seruaberis, et alios ad salutem aeternam adduces. Emendationem et salutem aliorum tuum lucrum facies. Aristoteles Nicomach. IX, 9. de uiro bono: αὐτὸς ὠνήσεται τὰ καλὰ πράττων, καὶ τὰς ἄλλας ὠφελήσει.

Caput V.

1. Πρεσβυτέρῳ μὴ ἐπιπλήξῃς) Vox πρεσβυτέρῳ h. l. non ad dignitatem et ordinem, sed ad aetatem refertur. D. Halicarnass. 2. Πρεσβυτέρως καὶ τὰς ἀρίστως καὶ τὰς γέροντας εἰώθεσθαι οἱ παλαιοὶ λέγειν. Μὴ ἐπιπλήξῃς, ne increpa, ne obiurga, mone cum ea qua decet, reuerentia. ἀλλὰ παρακάλει

καλεῖ ὡς πατέρα) Sic πρὸς τὰς γονέας καὶ πρὸς τὰς πρεσβυτέρους σωφροσύνην Demosthenes contra Aristogit. coniunxit. Plutarchus de Apollonii filio: ἀιδέμενος τὰς πρεσβυτέρους — ὡς πατέρας. Cicero Famil. V, 8. de P. Craffo iuvene: *Me sicut alterum parentem obseruat.* νεωτέρως ὡς ἀδελφῶν) Apte et hoc praecipit Paulus, quia iuuenis Timotheus; nam *frater* benigna appellatio parium inter se.

2. πρεσβυτέρα — ἀγνεία) Vult idem discrimen aetatum in feminis obseruari, sed plus est cautionis, ne aut amori aut suspicioni qua pateat fenestra ex blanditiis. Quapropter addit Apostolus: ἐν πάσῃ ἀγνεία, *cum summa castitate.*

3. χήρας — ὄντως χήρας) Beneficiis adiua uiduas etc. Nam recte τιμᾶν h. l. exponitur *sustentare, beneficiis adiuuare*, ut Matth. XV, 4. 5. quo sensu et Latini interdum hoc uerbum usurpant. *Vere uiduae*, hic sunt, non nomine tantum uiduae, sed et congrua uirtute conspicuae. Sic apud Hieroclem in Pythag. carm. ὁ ὄντως πατήρ. Hesychius τὸ ὄντως, τὸ ἀληθῶς. Secundum alios *uere uiduae* sunt aliena ope destitutae, quae nec liberos habent, nec cognatos.

4. εἰ δέ τις — εὐσεβεῖν) *Si qua uidua autem liberos et nepotes habeat, discant prius hi pietatem exercere in suos.* Debent nempe liberi et nepotes alere matrem, nec turbare diaconos, et eleemosynas expetere. Ἐκγονα, τέκνα τέκνων, nepotes. Μανθανέτωσαν nonnulli pro μανθανέτω positum existimant, ut fit transitus a singulari ad numerum pluralem. Sed rectius de liberis uiduarum haec intelliguntur. Nam εὐσεβεῖν τὸν ἴδιον οἶκον proprie est uenerari,

colere familiam suam, i. e. sustentare, ut τιμᾶν u. 3. Οἶκος, *familia*, et omnes qui ad eam pertinent, matres etiam et auiae. Paulo aliter, sed eodem sensu, Chrysostomus: *μανθαιέτωσαν δεῖν πρῶτον τὸν ἴδιον οἶκον εὐσεβεῖν, i. e. εὖ ποιεῖν τὰς προγόνους, sciant, oportere primum omnium propriam cuiusque familiam debere pietatem colere erga maiores suos.* καὶ ἀμοιβὰς — προγόνους) Ἀμοιβὰς ἀποδιδόναι, *gratiam referre, beneficia beneficiis rependere.* Sic apud Euripidem in *Oreste* u. 467. Orestes de auo suo et auia, qui paruulum se educauerant, dicit: οἷς ἀπέδωκ' ἀμοιβὰς ἔκαλᾶς.

5. ἡ δὲ ὄντως — καὶ ἡμέρας) Μεμονωμένη, *derelicta, ope destituta, cognatis et liberis carens.* Plutarchus de malignit. Herodis: *Λακεδαιμονίης μονωθέντας καὶ γενομένους συμμάχων ἐρήμους, derelictos et a sociis destitutos.* Terentius Andria: *Haec sola 'st mulier; ubi Donatus: Sine auxilio, sine defensoribus.* Ἠλπικεν ἐπὶ τὸν θεόν, καὶ προσμένει, i. e. ἐλπίζουσα ἐπὶ τ. θ. προσμένει etc. Duplex Hebraismus; Praeteritum pro Praesenti, et uerbum cum copula uice Participii. Νυκτὸς καὶ ἡμέρας, *assidue.* Cicero Tuscul. 2. *Quae meditare quaeso dies et noctes.*

6. ἡ δὲ — τέθνηκε) *Lasciua autem, in deliciis agens, uiua instar mortuae est.* Glossarium: Σπαταλῶ, *delicias ago.* Aliud Glossarium: *Delicatus, σπάταλος. Deliciae, σπατάλαι.* Cf. Loesnerum. Ζῶσα τέθνηκε, *mortua inter uiuos uiuit, nulla officia ab ea expectari possunt; de hac desperandum est.* Seneca Epist. 77. de luxuriosa uita: *Ista uita non mors est?* Epist. 60. *Hos itaque — animalium loco numeremus, non hominum: quosdam uero*

ne animalium quidem, sed mortuorum. Et statim: mortem suam antecesserunt.

8. εἰ δέ τις — ἀπίστου χείρων) Grauter accusat liberos et nepotes diuites, qui sinebant ecclesiae oneri esse eos, quos ipsi alere debebant. Ἰδιοί, iuncti sanguine. Οἰκεῖοι, qui ad familiam pertinent, sunt praecipue parentes; cf. u. 4 consanguinei Graecis, οἱ κατὰ γένος προσήκοντες. Οὐ προνοεῖ, non prospicit. Hesychius: προνοεῖ, ἐπιμελεῖται. Τὴν πίσιν ἤρνηται, religionem contemnit, factis nempe eam fidem destruens, quam uerbis asserit. Καὶ ἔστιν ἀπίστου χείρων, *Ethnico peior*, quia Ethnici suas primum domos tutantur, suasque necessitudines fouendas omnibus modis censent. Galgacus apud Tacitum: *Liberos cuique ac propinquos Natura carissimos esse uoluit*. Cicero in Epist. ad Capitonem: Suos quisque debet tueri.

9. χήρα — γυνή) *Eligatur*, admittatur in numerum earum, quibus ex oblationibus alimenta praebentur. Videntur hae uiduae simul fuisse diaconissae, quarum munus in ecclesia uetere est notum. χήρα igitur h. l. est honoris nomen, ut in Epist. Ignatii ad Smyrn. ἀσπάρομαι τὰς παρθεύουσας τὰς λεγομένας χήρας. Ἐλαττον h. l. aduerbialiter sumitur: *non minor sexaginta annorum*. Γεγονυῖα ἕνος ἀνδρός γυνή, quae in casto matrimonio uixit. Cf. supra c. III, 2. Intelligitur ergo mulier, quae fidem marito suo seruauit.

10. ἐν ἔργοις καλοῖς μαρτυρεμένη) *Quae laudem habet uirtutis, et uitae honestae.* εἰ ἐτεκνοτρόφησεν — ἐπιχολεύσῃ) Τεκνοτρόφῃς, *liberos alere et educare*. Gentes liberos ob paupertatem exponere solebant. Sunt uero

mulieres, quae liberos educauerunt, patientes laboris. *Εἰ ἀγίων πόδας ἐνίψεν*, i. e. *si hospitalis fuit*. Nam *pedes lauare* in illis regionibus fuit pars hospitalitatis. Intelliguntur autem commoditates, quae praebentur peregre uenientibus. *Εἰ θλιβομένοις ἐπήρκεσεν*, *si afflictis opem tulerit*. Hesyfchius ex hoc Apostoli loco: *ἐπήρκεσεν*, *ἐβοήθησεν*. Idem *ἐπαρκεῖ*, *χορηγεῖ*, *βοηθεῖ*. Pollux III, 23. Πολύδωρος τοῖς δεομένοις ἐπαρκῶν. Apud Pindarum legitur *ἐπαρκεῖν φίλοις*. Ἐπακολυθεῖν hic est, occasiones benefaciendi sectari, curare ne elabantur.

II. νεωτέρας δὲ χήρας παραιτῆ) Νεωτέρας h. l. intellige minores sexagenariis. Παραιτησθαι, recusare, h. l. est non admittere neque referre in numerum earum, quibus ex ecclesiae opibus alimenta praeberentur. Cf. comma 9. ὅταν γὰρ — θέλῃσιν) Ὅταν κατασρηνιάσωσι τῷ χριστῷ, i. e. ὅταν σρηνιάσωσι κατὰ τῷ χριστῷ (ut καταγνώσκων τινος pro γινώσκων κατὰ τινος,) *quum enim in uitam dissolutam prolapsae fuerint contra Christi praeceptum*. Στρηνιάων, *luxuriose, in deliciis uiuere*. Designantur mulieres, quae de eleemosynis uiuebant delicate ac suauius, abusus ecclesiae alimentis ad uoluptates. *Volunt nubere*, quia nempe taedet eas seruitutis et operae, quam ecclesiae promiserant.

12. ἔχεται — ἠθέτησαν) *In eo damnandae, quod primam fidem (ecclesiae datam) irritam fecerunt*. Damnandae ut milites desertores; nam uerbis *πίσιν ἠθέτησαν* ad secularem militiam alludere uidetur Apostolus. Frangunt illam fidem, quam ecclesiae dederant, professae se ei soli seruire uelle.

13. ἄμα δὲ — τὰς οἰκίας) *Simul autem consueſcunt otioſae eſſe et ambulatrices.* Ἄργαλ μανθάνουσι, pro ἀργίαν μανθάνουσι, uel ἀργὰς εἶναι μανθάνουσι. Talis constructio in his *Luciani* uerbis; (Charonte) τὰς κεφαλὰς ἀπότεμνε — ὡς εἰδῶσιν ἄνθρωποι ὄντες, pro ἀνθρώπους εἰαυτὸς εἶναι. Prou. VII, 11. ἔ μόνον — μὴ δέοντα) Est Epanorthosis; quasi dicat: parum est quod dixi, eas esse otiosas; fuerat enim id tolerabilius. Satius enim est, otiosam esse, quam male agere. φλύαροι, *leues, futiles, et importunae locutrices*, ut Gellius loquitur. Bene et hoc uitium, ut otiositati, ita et discursationi coniunctum. Euripides Phoenissis: ἡδονὴ δέ τις γυναικῶν ἕδὲν ὕγιές ἀλλήλαις λέγειν. Περιεργοί, *curiosae*, i. e. de alienis negotiis sciscitantrices. Seneca de Tranquill. animi, c. 12. *Ex hoc malo (otiosam per aliorum domos discursationem intelligit,) dependet illud teterrimum uitium, auscultatio, publicorum secretorumque inquisitio, et multarum rerum scientia, quae nec tuto narrantur, nec tuto audiuntur.*

14. βάλουμαι ἐν — οἰκοδεσποτεῖν) Vult Apostolus, iuniores uiduae ut nubant, ne quaesitum aliunde uagentur. Plutarchus de Educat. de matrimonio loquens: Λεσμός ἐστις τῆς νεότητος ἀσφαλές αὐτός. Τεκνογονεῖν. Claudianus: *Nascitur ad fructum mulier, prolemque tuendam.* In L. II. Cod. de indicta uiduit. *Mulieres ad hoc Natura progenuit, ut partus ederent.* Verbum οἰκοδεσποτεῖν significat ius illud, quod in recens nuptas transibat, quum primum domos maritorum ingrederentur. Hinc οἰκοδέσποιναί Graecis, et *Dominae* apud Latinos. Apud Apostolum autem τὸ οἰκοδεσποτεῖν non nudam tantum matrumfamilias potestatem,

testatem, sed et eiusmodi potestati curam adhaerentem designat. μηδευίαν — χάριν) *Nullam dare praetextum inimicis ad maledicta.* Ἀφορμὴ, *praetextus, uel occasio rumorum fabularumque.* Apud Senecam *Controuers. II, 6.* ille: *Vxorē mature duxi — quod ad omnem me tutum fabulam praestitit.* Ὁ ἀντικείμενος hic non est Diabolus, sed e Iudaeis uel Gentibus obtrectator quispiam. In Glossis, ἀντικείμενος, *aduersarius, obtrectator.*

15. ἤδη — Σατανᾷ) i. e. *defecerunt a christiana religione*, quum nempe uiderent, uitam istam otiosam et dissolutam Christianis improbari. Ἐκτρέπεσθαι Paulo est declinare a uia recta. Ὅπισω τῷ Σατανᾷ, *secutae sunt Satanam*, i. e. ad idololatriam redierunt; nam ὀπίσω, ἦν uel ἰῆν uerbis eundi et similibus additum, significat *sequi*. Σατανᾷς hic consideratur ut ὁ θεὸς τῷ αἰῶνος τέτῃς, 2 Cor. IV, 4.

16. εἰ δὲ τις — ἐπαρκέσῃ) Πιστὸς ἢ πισή, *Christianus aut Christiana.* Ἐχει χήρας, nempe in sua affinitate, propinquitate sanguinis ad se pertinentes. Ἐπαρκέσω αὐταῖς, *subueniat illis*, ut u. 10. Καὶ μὴ βαρεῖσθῃ ἡ ἐκκλησία, *ne oneretur ecclesia*, nempe sumtibus. ἵνα ταῖς ὄντως χήραις ἐπαρκέσῃ, ut ecclesia habeat, unde subueniat iis, quae ita uiduae sunt ut aliena ope indigeant.

17. οἱ καλῶς — ἀξιώσθωσαν) *Qui munere suo bene funguntur Presbyteri, plus stipendii accipiant.* Προεσῶτες sunt, qui 1 Thess. V, 12. προισάμενοι. Τιμὴ h. l. est *praemium*. Sic Sirac. XXXVIII, 1. τίμα τῶν ἰατρῶν, et statim: δόμα λήφεται. Matth. XV, 6. Eodem sensu Cicero scribit: (Epist. famil.) curasse se, ut medico honos habere-

haberetur. Διπλή τιμή est plus stipendii, maius stipendium quam illud, quod accipiebant uiduae, quae etiam publicis sumptibus iuuandae erant. Διπλή igitur sumitur indeterminate; nam ut numerus determinatus intelligatur, uix patitur uox μάλισα. Si omnes duplum accipere debebant, ii sane, qui doctrinae Euangelii uacabant, nihil retulissent amplius. Διπλῆς hoc sensu habes Ies. XL, 2. Ierem. XVI, 18. Vxorem deformem διπλῆν κακὸν, duplex malum, i. e. multo maius malum uocat Achilles Tatius L, I. μάλισα — διδασκαλία) Repetendum in contextu: τιμῆς διπλῆς ἀξίωσθωσαν. Οἱ κοπιῶντες ἐν λόγῳ καὶ διδασκαλίᾳ, qui aliis instituendis dant operam, οἱ τῇ τῷ λόγῳ διακονίᾳ προσκαρτερῶντες, ut Actor. VI, 4. Plures unius coetus tum erant inspectores, quorum nonnulli publicam tantum curam ecclesiae habebant, alii etiam docebant populum.

18. λέγει — φημῶσεις) Vide notata ad I Cor. IX, 9. ἄξιος — αὐτῷ) Matth. X, 10. Est sententia inter Hebraeos trita. Verba non extant in V. T. sed Paulus haec de suo addidit.

19. κατὰ πρεσβυτέρους — μαρτύρων) Πρεσβυτέρους nomine hic alii intelligunt eum qui est prouecta aetate, alii πρεσβύτερον honore, quod praecedentibus uerbis est conuenientius. Lege Mosis nemo damnari poterat criminis, nisi caussa probata per testes duos. At poterat ad unius testis dictum uir plebeius capi, aut contra eum inquisitio incipi; non ita autem contra senatorem, cui aequiparatur presbyter. Ratio est facilis. Solent nempe, qui aliorum crimina corrigunt, multorum patere odiis, et totius populi
pro

pro presbytero, quum electus est, iudicium, facile uni testi praeponderat.

20. τῶς ἀμαρτάνοντας — ἔλεγχε) Ἀμαρτάνοντας intellige uitis conspicuis notabiles, et quorum exemplo alii ad peccandum trahuntur. Ἐνώπιον πάντων, adstante et audiente plebe. Seneca de Ira III, 19. *Animaduersiones, quo notiores sunt, plus ad exemplum emendationemque proficiunt.* ἵνα καὶ — ἔχωσι) Nam poenarum tres sunt fines: ut melior fiat is, qui lapsus est, et ut honos aliorum laesus refarciatur, et ut alii exemplo absterreantur.

21. διαμαρτύρομαι — προκρίματος) *Obtestor te per Deum* etc. i. e. grauissime te hortor. Ἐκλεκτοὶ, quos Deus diligit, qui et alibi ἅγιοι. Χωρὶς προκρίματος, *sine praedicio*, quod locum habet, ubi inauditum aut indefensum iudex damnat. μηδὲν — πρόσκλισιν) *Nihil propensione faciens*, i. e. in gratiam uel eius, cuius causa agitur, aut collegae, aut commendantis.

22. χεῖρας — ἐπιτίθει) i. e. neminem ordina, nisi prius uitae et aptitudinis exploratis rationibus. Gellius I, 9. de Pythagora: *Eum, qui exploratus ab eo idoneusque (compertus) fuerat, recipi in disciplinam iubebat.* μηδὲ — ἀλλοτρίαις) Per ἀμαρτίας possumus hic metonymice poenas intelligere, ut Num. XVI, 26. et Apoc. XXIII, 4. Ita sententia esset: Poenarum a Deo infligendarum iis, nolito te participem efficere; id enim facere uidetur is, qui indignos ordinat. σεαυτὸν ἀγνὸν τήρει) Sc. ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων ἀμαρτιῶν. Alii ad castitatem corpo-

ris haec uerba referunt, ita ut cum praecedentibus non cohaereant.

23. ἀλλ' ὀίνῳ — ἀσθενείας) Per ὄινον ὀλίγον uinum non uile, sed modicum intellige. Artemidorus Onirocrit. I, 58. ὄινον πίνειν ὀλίγον ἀγαθόν. Plutarchus de Heliopolitanis Aegypti sacerdotibus: ὄνον οἱ μὲν ἐκ εἰσφέρουσι τὸ παράπαν εἰς τὸ ἱερὸν — οἱ δὲ ἄλλοι χρῶνται μὲν. ὀλίγῳ δε. Διὰ τὸν εὐμαχόν σου, propter imbecillitatem uentriculi tui. Recreandae eiusmodi debilitati uinum propinari solitum. Recte iudicauit *Heinsius* in Exercit. sacr. ad h. l. haec uerba uideri non esse posita suo loco; nec cum praecedentibus, nec cum sequentibus cohaerent.

24. τινῶν — εἰς κρίσιν) Plerisque interpretibus Apostolus redire uidetur ad illud de ordinationibus, quod ueri est simile. *Tam manifesta*, inquit, *sunt quorundam hominum peccata, ut ipsa quasi ducant ad iudicium*, (de iis ferendum,) eos nempe non esse ordinandos. τισὶ δὲ ἱτακολεθῆσιν) *Quosdam autem subsequuntur*, i. e. peccata eorum manifesta fiunt, postquam iam sunt ordinati. De talibus non tenetur ordinator.

25. ὡσάντως — πρόδηλά ἐσι) Aliorum hominum uirtutes adeo conspicuae sunt, ut omnia bona de iis in praefens praedicare liceat, et in futurum praedicere. καὶ τὰ — δύνανται) *Et quae (uirtutes) non sunt manifestae, latere tamen non diu possunt.*

Caput VI.

I. **Ο**σοι — δῆλοι) *Quicumque sunt sub iugo seruili, i. e. in potestate dominorum, Non-christianorum.* Nam de iis

iis esse sermonem, docet u. 2. ἵνα μὴ — βλασφημηῆται)
Ne honori Dei et religionis detrahatur. Βλασφημηῆται,
 intellige ἐν τοῖς ἔθνεσι.

2. ἀλλὰ μᾶλλον δελευέτωσαν) *Sed eo impensius illis ser-
 uiant.* Leges ciuiles nihil praecipiebant seruis, quia do-
 mini fati cogebant eos facere, quod ex usu dominorum
 esset. Nunc quum per Euangelium facti essent domini
 multo leniores, praecepta etiam seruis danda fuere.
 ὅτι — ἀντιλαμβάνομενοι) *Quia Christiani sunt, et amore
 digni, qui beneficia iis praestant,* i. e. eos uestiunt, pa-
 fciunt, ab iniuriis defendunt. Ἀντιλαμβάνεσθαι, *operam
 dare.* Sic saepe Graeci dicunt ἀντιλαμβάνεσθαι φιλοσοφίας.
 Photius Epist. 166. haec uerba cum praecedentibus con-
 nescit, et putat hic traiectionem esse, ac si ordo esset:
 ἀλλὰ μᾶλλον οἱ τῆς εὐεργεσίας ἀντιλαμβάνομενοι,
 (serui nempe) δελευέτωσαν, ὅτι πισοὶ εἰσι καὶ ἀγα-
 πητοὶ, ipforum heri nempe. Εὐεργεσίας, enallage pro
 εὐεργεσιῶν, uictus scilicet, uestitus, et similibus commo-
 dum. Potest etiam ἀντιλαμβάνεσθαι hic esse ἀμοιβὴν
 λαμβάνειν, beneficia s. εὐεργεσίας a Dominis pro ipforum
 ministerio accipere.

3. εἴ τις — διδασκαλίᾳ) De uerbo ἕτεροδιδασκαλεῖν
 uid. supra c. I, 3. Καὶ μὴ προσέρχεται — χριστῷ, *nec
 accedit ueris doctrinis de Domino nostro Iesu Christo.*
 Non est cur pro προσέρχεται substituamus προσέχε-
 ται cum Bentleio et aliis nonnullis; nam προσέρχεσθαι
 est *accedere.* Sic Philo de Gig. p. 289. A. habet προ-
 σελθεῖν τῷ γνώμῃ, et 3. Vit. Mos. p. 671. E. ἐγγυτέρω
 τις ἀληθείας προσερχόμενος εἶποι, *propius quis ad ue-
 ritatem*

ritatem accedens dicat, Latini eodem sensu, dicunt, *accedere sententiae, opinioni*. Ὑγιάνοντας λόγους appellat Apostolus, quos supra I, 10. ὑγιάνουσάν διδασκαλίαν appellauerat. Philo 2. Allegor. p. 104. Β. ὁ διαφθείρων τὸν ὑγιῆ κανόνα τῆς ἀληθείας, *corrumpens rectam ueritatis regulam*. Ita sana ratio est *recta* ratio. Καὶ τῇ κατ' εὐσεβείαν διδασκαλίᾳ, *doctrinae nempe, quae ad pietatem ducit*. Nam καὶ hic, ut saepe est ἐξηγητιδν.

4. τετύφωται — λογομαχίας) Τετύφωται, siue uertus *inflatus est*, siue ignorantia laborat, nil refert; nam *inflatus* est de eo, qui stolido agitur fastu. Cf. supra III, 18. Μηδὲν ἐπισάμενος, nihil sciens, nempe earum rerum, quae maximam uim habent ad pietatem. Aptissime *inflationem* uel superbiam Apostolus facit ignorantiam comitari. Hinc in Plutarchi libro de fuga ὁ φρένας ἔχων opponitur τῷ τετυφωμένῳ. Ἄλλὰ νοσῶν — λογομαχίας, *sed inutilibus quaestionibus, et disputationibus de uocabulis male operam dat*. *Er uerdirbt die Zeit mit unnützen Fragen* etc. Emphatice hoc additum est post λόγους ὑγιάνοντας. Est uero νοσεῖν τι, uel περὶ τι non infrequens apud Graecos metaphora. Plutarchus in Catonis uita, περὶ πολυτελείας νεοσηκόντων. Lucianus in Pseudomante, τὰ περὶ θεῶν πάνυ νοσῶν. Cicero Tusculan. IV. *Quemadmodum quum sanguis corruptus est, aut pituita redundat, aut bilis, in corpore morbi aegrotationesque nascuntur: sic prauarum opinionum conturbatio — sanitate animum spoliatur, morbisque perturbatur*. ἐξ ὧν — πονηραὶ) *E quibus (quaestionibus) gignuntur inuidia, contentiones, maledicta, opiniones malae*. Ἰπρόνοιαι, opiniones malae in naturalibus et moralibus,

praecipue in diuinis. Sirac. III, 24. postquam ἐαυτῷ χαλεπώτερα μὴ ζητεῖν consilium dederat, addit, πολλὰς γὰρ ἐπλάνησεν ἢ ὑπὸ βλαψῆς αὐτῶν, καὶ ὑπόνοια πονηρὰ ὠλίσθησε διανοίας αὐτῶν. Veritatem huius et Paullini dicti uniuersa comprobat haereson historia.

5. διαπαρατριβαλ — τὸν νῦν) *Simultates hominum prauorum.* Διαπαρατριβαλ, pro quo alii legunt παραδιατριβαλ, omnino uera est lectio, quam exhibent Codices plurimi, et Patres graeci haud pauci. Διαπαρατριβαλ, i. e. *simultates*, et hoc quidem loco *simultates*, quae oriri solent ex disputationibus. Alias διατριβή, *disputatio*, uox est propria Philosophorum. Παρὰ autem non raro in compositione id significat, quod non est rectum; ergo παραδιατριβαλ sunt inutiles et uanae disputationes. Διαφθαρῆναι τὸν νῦν h. l. est *intellectu corrumpi et erroribus imbuī.* Dionys. Hal. Ant. L. VII. μὴ διαφθαρῆτε τὰς διανοίας ὑπὸ τε μεγέθους καὶ πλήθους ἀγαθῶν, ne nimia felicitate animis corrumpamini. καὶ ἀπεσερημένων τῆς ἀληθείας) *Et destitutorum cognitione ueritatis euangelicae.* Sic in Phaedone Platonis, τῆς ἀληθείας καὶ ἐπιστήμης σερηθῆναι. Ἀληθείας, *ueritatis euangelicae*, quae tenebris Philosophicarum nugarum obducta suum lumen non exserit. νομιζόντων — εὐσεβείαν) *Existimant, religionem suo quaestui seruire debere.* Volunt docenda religione aliquid lucrari, et sibi comparare uictum.

6. εἶσι δέ — ἀυταρκείας) *Religionis cultus cum animo paucis contento coniunctus maxima commoda nobis praestat.* Glossae: πορισμὸς, *acquisitio.* Onomasticon uetus: *Quaestus*, πορισμὸς, κέρδος. Cicero: ἀυτάρκεια est, quae
paruo

paruo contenta omne quod redundat, respuit. Idem Paradox. 6. Contentum suis rebus esse, maximae sunt certissimaque diuitiae.

7. εἰδὲν γὰρ — δυνάμεθα) Seneca Epist. XX. *Nemo nascitur diues: quisquis exit in lucem, iussus est lacte et panno esse contentus.* Hesych: δῆλον ὅτι φανερόν ἔστι. Vulg: *haud dubium quod etc.* Seneca Epist. 102. *Excudit Natura redeuntem sicut intrantem: non licet plus ferre, quam intuleras.*

8. ἔχοντες — ἀρκεσθησόμεθα) Per διατροφὰς intellige necessarium uictum, non lautitias. Σκεπάσματα sunt *tegmenta, domus, tecta*, aequae ac *uestes*. Siracides XXIX, 21. pari argumento ὕδωρ καὶ ἄρτον, ἱμάτια καὶ οἶκον habet. *His contenti simus*; nam omne, extra ista, desiderium, non ex inopia, sed ex uitio nascitur: quicquid illi congefferis, non finis cupiditatis erit, sed gradus.

9. οἱ δὲ — παγίδα) *Qui ditescere cupiunt, illecebris* (peccatorum) *illaqueantur*, in uariam peccandi occasionem incidunt. Εἰς πειρασμὸν καὶ παγίδα, pro: εἰς πειρασμὸν παγίδα. Lactantius de Opif. Dei c. I. de Diabolo: *Omnia quae illicere possunt, pro laqueis habet.* καὶ ἐπιθυμίας — βλαβεράς) Pro ἀνοήτους nonnulli hic legunt ἀνοήτους, forte quod insolentius uisum ἀνοήτους dici ἐπιθυμίας. Sed affectus hominum saepius ἀνόητοι dicuntur. Plutarch. discr. adul. et am. θυμὸν ἐντείνων ἀνόητον, *amentem incitans iram.* Sunt autem ἀνόητοι ἐπιθυμίας: cupiditates τῶν ἀνοήτων καὶ ἀφρόνων, *hominum dementium*, qui superuacua desiderant, et pro summo bono

D 2

habent.

habent. Easdem cupiditates βλαβεράς uocat Apostolus, ut in contrarium res iam uertat; nam illi lucrum quaerunt; sed inueniunt detrimenta. αἴτινας — ἀπώλειαν) Ὁλεθρον hic intellige, qui 2 Theff. I, 9. αἰώνιος ὀλεθρος. Βυθίζεσι, translatione eleganti. Apuleius in Apologia sua: Ad uiuendum, uelut ad natandum, is melior, qui onere liberior: *sunt enim similiter etiam in ista uitae humanae tempestate leuia sustentatui, grauia demersui.* Subinnuit βυθίζειν, *submergere*, infinita et ineluctabilia esse mala, in quae praecipites dantur auari. Seneca Epist. 8. de concitato in honores opesque cursu: *In praecipitia nos deducit;* imagine a terrestri naufragio, ut apud Apostolum a marino sumta.

10. ῥίζα — φιλαργυρία) i. e. Nullum est malum, quod non ex auaritia nasci possit. Rutilius Numatianus: *Auri coecus amor ducit in omne nefas.* Seruius ad Aeneid. VI. *ad quod flagitium homines non impellit auri detestanda cupiditas?* ἤς τινες — ἀπὸ τῆς πίσεως) *Cui quidam dediti a religione defecerunt.* Ὁρέγειν proprie quidem dicitur de rebus, (ut de pecuniis,) sed per translationem quandam de ipsis, quae amamus uitiiis. Πίσις hic est ipsa religio. καὶ ἑαυτὸς — πολλαῖς) Περιπέριρειν est *transfigere, transfodere.* Aelianus hist. animal L. XIV, 25. περιπαρεῖς ἀγκίσρω, *hamo transfixus.* Improperie Philo in Flaccum sub init. de Flacco dicit: *Quotquot autem potuit, uniuersos, ἀνηκέστοις περιέπειρε κακοῦς, insanabilibus transfixit malis.* Sic et hic: *Multis semet transfixerunt doloribus,* uel multis doloribus se implicuere. Primum enim magna est molestia in quaerendis pecuniis, deinde maior

ior in seruandis. Accedunt odia aliorum, saepe lites, interdum et poenae.

II. σὺ δὲ — πρῶτητα) Ἄνθρωπε τῷ Θεῷ, *serue Dei*, ut 2 Reg. I, 9. IV, 40. uel homo diuine, **וְהָאֱלֹהִים**. Sic uocatur, qui Dei mentem uoluntatemque uel ex interna reuelatione Spiritus, uel ex uerbo scripto hominibus patefacit. In priore significato accipitur Pf. XC, I. et alibi; hic uero in posteriore. Ταῦτα φεῦγε, alios mores sectare; aliam uiam insiste. Δίωκε δικαιοσύνην, *Omni, quo potest fieri studio, exerce iustitiam* erga omnes homines; εὐσέβειαν, *pietatem in Deum*; πίστιν, *fidelitatem, Treue*; ἀγάπην, *beneuolentiam in homines alios*, ὑπομονήν, *patientiam in aduersis*; πρῶτητα, *lenitatem in offensis*.

12. ἀγωνίζε — πίσειως) *Defende religionis bonam causam*. Philo de Legat. ad Cai. p. 1040. C. Libet commemorare hic et illa, quae uidimus, audiuiusque, μεταπεμφθέντες ἀγωνίσασθαι τὸν περὶ τῆς πολιτείας ἀγῶνα, *quando ad reipublicae nostrae causam agendam acciti sumus*. Ἀγῶνα ἀγωνίζεσθαι habet Plato Alcib. I. et in Socratis Apologia, Plutarchus, Arrianus et alii. Καλδὸν autem dixit Apostolus, ut a uanis apud Gentes certaminibus hoc certamen distingueret. ἐπιλαβῆ τῆς αἰώνιου ζωῆς) *Fac, ut obtineas aeternam felicitatem*. Ἐπιλαμβάνεσθαι notat *arripere, consequi, obtinere*, ut rem magni momenti et studiose quaesitam. Plutarchus de fortun. Rom. ἐπιλαβόμενος πολλῆς μὲν εἰρήνης, πολλῆς δὲ ἡσυχίας, *quum multam pacem, multam tranquillitatem nactus esset*. καὶ ὁμολόγησας — μαρτύρων) *Quando egregiam professionem*

fidei et spei edidisti, coram multis testibus. Potest hoc intelligi de professione in baptismo, et in ordinatione ad munus Presbyteri. Ὁμολογεῖν ἁμολογίαν dixit et Plato in Phaedone.

13. παραγγέλλω — τὴν καλὴν ἁμολογίαν) Παραγγέλλω, *denuncio, edico, praecipio*. Ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ, quasi dicat: memento, Deum audire, quae tibi nunc praecipio, cui olim redditurus es rationem. Πάντα hic intellige omnes homines, uel creaturas. Deus, qui omnibus creaturis dat uitam, et seruat, is tibi etiam uitam reddere potest, si pro Euan-gelio mors perferenda esset. Ἐπὶ, *coram*. Τῷ μαρτυρή-σαντος τὴν καλὴν ἁμολογίαν, quum nempe cum uitae periculo profiteretur, se esse Regem regni coelestis, ad hoc missum, ut ueritati testimonium perhiberet, Io. XVIII, 37.

14. τηρῆσαι — Ἰησοῦ χριστοῦ) *Vt purus a uitis, in-
teger uitae serues hoc praeceptum, dum se praebeat con-
spiciendum Dominus noster Iesus Christus*. Loquitur Pau-
lus ad Timotheum, tanquam qui uiuere posset ad tempus,
quo Christus ad iudicium uenturus esset.

15. ἦν καιροῦς — κυριεύοντων) Καιροῦς ἰδίους, *tem-
pore, quod ipse nouit*. Erat itaque tempus aduentus Christi
ignotum Apostolis. Δείξει, *procurabit*. Ὁ μακάριος καὶ
μόνος δυνάστης, *qui solus perfectissime est beatus et po-
tens*. Philoni de Victimis Deus est μακαριώτατος, καὶ πά-
σης εὐδαιμονίας ἀνάπλευς. Seruius ad Aen. I. *Felix dicitur,
et qui habet felicitatem, et qui facit esse felicem*; horum
Deo utrumque proprium. Δυνάστης, *potens*. Vox μόνος
additur,

additur, quia Dei dominium cum aliorum dominiis comparatum est solum uere dominium. Senec. 58. Epist. *Deus maior et potentior omnibus.* Ὁ βασιλευς — κυριευόντων, omnium Regum summus Rex, omniumque Dominorum summus Dominus.

16. ὁ μόνος ἔχων ἀθανασία) Nempe per se. Solus immortalitatem suo iure habet, a quo ad Angelos (qui et immortales) ut a fonte immortalitas fluit. Φῶς οὐκῶν ἀπρόσιτον) Sensus est: *Cuius maiestatem nemo comprehendere mente potest.* Sicuti eum, qui in incredibili splendore uersetur, nemo potest intueri, quia splendor nimius praestringit aciem oculorum: ita nos Deum, inaccessio quasi lumine circumfusum, non possumus intueri, i. e. comprehendere mente et animo; nam *uidere* Deum est eum *cognoscere*. In 3. Maccabaico: τὸ οἰκητήριόν σε ἔρανθς — ἀνθρώποις ἀνέφικτος, i. e. ut in Apostoli uerbis ἀπρόσιτος. ὃν εἶδεν — δύναται) 1 Io. IV, 12. Ὅυδὲ ἰδεῖν δύναται, *nec unquam poterit uidere*, i. e. plene cognoscere, et animo comprehendere. ὃ τιμὴ καὶ κράτος αἰώνιον) i. e. *Qui summo honore est dignus, et cuius imperium est aeternum.* Κράτος, ἰϋ saepe est *imperium*. Hesychius: κράτος, βασιλεία, ἰσχὺς, δύναμις.

17. Τοῖς πλεῖστοις — μὴ ὑψηλοφρονεῖν) Οἱ ἐν τῷ νῦν αἰῶνι πλεῖστοι sunt, quales τῆς νῦν πλεῖστος uocat Arrianus III, 22. in Epiet. et opponuntur diuitiae temporales diuitiis aeternis, Matth. VI, 20. XIX, 21. et aliis locis. Παράγγελλε μὴ ὑψηλοφρονεῖν. Aptius nil potuit dicere Apostolus diuitibus inculcandum; *diuitiae enim* (ut uere Seneca, Epist. 87.) *inflant animos, superbiae*

pariunt. Idem epist. 74. de uitae huius commodis, quae bona, sed improprie dicta, *Etiamsi apud nos sint, inter subiecta et humilia numerentur, propter quae nemo se attollere debeat.* μηδὲ ἠλπιέναι ἐπὶ πλείτε ἀδηλόγητι) Nec

fiduciam collocent in incertis diuitiis. Ἀδηλόγητα πλείτε i. e. ἀδηλον πλείτον Vulgatus uertit *incertum diuitiarum*, nec ineleganter nec insolenter. Est autem ἀδηλος πλείτος, *Qui puncto mobilis horae Permutat Dominos, et cedit in altera iura*, ut canit Horatius. Seneca epist. 66. *Pecunia, corpus et honores etc. possessionis incertae.* ἀλλ' ἐν τῷ θεῷ — εἰς ἀπόλαυσιν) Epitheton Dei est ὁ ζῶν multis in locis. Nec inaniter hic id positum. Diuitiae pereunt: ille manet. Diuitiae res inanimes: Deus uiuus et uitae causa. Παρέχειν uox apta argumento isti. Hesychius: παρέχει, δίδωσι, χρηγεῖ. Πλασσίως, pro *affluenter* uel *abundanter* utitur et in Alexandri uita Plutarchus. Εἰς ἀπόλαυσιν est, non ad uictum tantum, sed et ad sensum delectationemque hominum, ut Varro I, 23. de R. R. locutus. Seruius ad Aeneid. 7. *Fruitur, pascitur; quod de rebus tantum bonis dicitur.* Hesychius: ἀπολάυει, τροφᾶ.

18. ἀγαθοεργεῖν — κοινωνικῶς) Ἀγαθοεργεῖν, *beneficia conferre*, (quod facile diuitibus,) et quidem in cuiusuis fortunae homines. Πλαστῆν ἐν ἔργοις καλοῖς, non tantum in caducis opibus, de quibus praeced. commate. Luc. XII, 33. Ἐν μεταδότῃς εἶναι, *liberaliter dare, pauperibus nempe, τοῖς χρεῖαν ἔχουσι.* Restrungi non male potest haec uox ad rem escariam. Sic σίτων καὶ ποτῶν μετάδοσις apud Xenophontem: τροφῆς μετάδοσις, Sympos. 6, 4. apud Plutar-

Plutarchum. Κοινωνικὸς Theodoretus, Theophylactus et recentiores quidam interpretes intelligunt ὁμιλητικὸς, fortasse quia praecessit μὴ ὑψηλοφρονεῖν. Oecumenius: κοινωνικὸς, τετέσι πραεῖς, προσηνεῖς, ἀτύφως, συγκαταβατικὸς. Alii suppleunt τῆς τραπέζης, Luc. XIV, 13. Apud Pollucem ἀνὴρ κοινωνικὸς opponitur τῷ τῶν πλοῦτων θησαυρίζοντι.

19. ἀποθησαυρίζοντας — μέλλον) Cumulantes sibi bonum fundamentum in futurum. Durius paullo! Sensus est: *Cumulantes* sibi ipsis diuitias perpetuo duraturas, nec unquam interituras. Θεμέλιον καλὸν, appositione elliptica pro ἀποθησαυρίζοντας θησαυρὸν, θεμέλιον καλόν. *Fundamentum bonum* uocantur opera beneficentiae, quia firmiter manent, Deo beneficia olim remuneraturo. Ἰνα — ζωῆς) Pro τῆς αἰωνίης ζωῆς alii rectius legunt. τῆς ὄντως ζωῆς, *uerae uitae*, quae sola hoc nomine est digna. Cf. supra u. 12.

20. τὴν παρακαταθήκην φύλαξον) *Serua doctrinam acceptam*; persevera in conditione semel accepta. Permulti Codices et Patres graeci legunt παραθήκην, sensu eodem; nam utraque uox denotat depositum. Intelligitur autem h. l. doctrina, quae Timotheo tanquam depositum tradita erat. φύλαξον hic intellige cum fructu custodiendi, i. e. alios instruendi. ἐκτρεπόμενος — γνώσεως) *Ita ut declines profanas istas nugas et altercationes hominum illorum, qui maiorem se tenere cognitionem putant.* Hesychius: κενοφωνίας, ματαιολογίας. Suidas: κενοφωνίας, ματαιοφωνίας. Ἄντιθέσεις, *oppositiones, altercationes.* Τῆς ψευδωνύμου γνώσεως, *Vulgatus: scientiae falsi nominis,*

et recte; nam ψευδώνυμος est *mentiens nomen alicuius*. Est igitur falsa, opinata scientia, et hoc quidem loco intelliguntur homines, qui talem scientiam profitentur. Plurimi hoc exponunt de uerbosis Gnosticorum ad inuicem concertationibus, quod tamen dubium est. Vide *Tittmanni Vestigia Gnosticorum* in N. T. frustra quaesita.

21. ἢ τινες — ἠσέχισαν) *Quam* (scientiam) *quum nonnulli profiterentur, aberrarunt a scopo uerae religionis.* Ἐπαγγελλόμενοι, *professi*, ut supra II, 10. Περὶ τὴν πίσιν ἠσέχισαν, *a uera religione defecerunt; aberrarunt a scopo religionis.* Vid. supra c. I, 5. ἡ χάρις) *Nempe Dei Patris et Christi.*



SCHOLIA

IN

EPISTOLAM II. AD TIMOTHEUM.

Caput I.

1. **A**πόστολος — τῆς ἐν χριστῷ Ἰησοῦ) i. e. *Missus a Iesu Christo ex uoluntate Dei eum in finem, ut promulgarem, quae sit illa felicitas, quam promissam a Deo Christus Iesus nobis parauerit.* Κατ' ἐπαγγελίαν ζωῆς, propter promissionem felicitatis, ut edoceam homines de promissa ipsis felicitate. Κατὰ, propter, finem indicat, quem consequendum sibi proposuerat ex mandato Dei. Ἐπαγγελία ζωῆς, promissa aeterna felicitas, quae hominibus contingit ἐν χρ. I. per Christum Iesum.

3. χάριν ἔχω — καὶ ἡμέρας) *Gratias ago Deo, quem colo inde a maioribus (maiorum more) sincera mente, quod iustam causam habeam, in precibus meis semper mentionem faciendi tui.* Ἀπὸ προγόνων, maiorum exemplo. Eundem Deum colebat Paulus, quem coluerant maiores eius a Beniamine usque. Non enim alius Deus est Iudaeorum, alius Deus Noui Testamenti. Deum uerum colebant illi sub Lege, Paulus (insistens uestigiis eorum) sub Euangelio. Ὡς ἀδιάλειπτον ἔχω τὴν περιεχόμενάν μου, quod iustam

stanz

stam caussim habeo; semper mentionem faciendi tui, dum nempe audio te adeo strenue tuo munere fungi. Haud raro ὡς poni pro ἄτι, dubio carere uidetur. Deinde uerbum, quod actionem notat, saepe hebraico more de iure debitoque intelligendum esse, omnibus notum. Νυκτὸς καὶ ἡμέρας, assidue, i. e. quoties Deum meis precibus interpello.

4. ἐπιποθῶν — πληρωθῶ) i. e. *Quotiescunque recorder tuarum lacrymarum, (quas nempe me a te discedente, effudisti,) uidere te cupio, ut (tecum) gaudere possim.* Respicitur sine dubio ad Act. XX, 37. 38. ubi multi Presbyteri adfuisse, et Paulo cum multis lacrymis ualedixisse dicuntur.

5. ὑπόμνησιν — πίστεως) i. e. *Mihimetipsi commemorans fidem sinceram, quam in te uidi atque cognoui.* Ἐπόμνησιν λαμβάνω, *in mentem mihi reuoco.* Phrasis insolentior. ἥτις ἐνώκησε — καὶ ἐν σοὶ) Μάμμη, *auia.* Perperam de auia hoc dici, Phrynichus, Thomas Magister, aliique aiunt, τίθης uocabulum afferentes bonis auctoribus. Sed Philo etiam utitur hac uoce de Spec. legg. p. 778. C. Ὅτι καὶ ἐν σοὶ, sc. ἐνοικήσει.

6 δι ἣν αἰτίαν — τῷ θεῷ) *Quapropter moneo te, ut alas et foueas donum Dei.* Ἀναζωπυρεῖν proprie est *ignem sopitum suscitare;* metaphorice autem *dotes ἀναζωπυρεῖν* erit, eas usu quotidiano et exercitatione augere. Latini dicunt: *excitare igniculos ingenii.* ὁ ἐςιν — χειρῶν μὲν) *Quod (donum) in te est, quia tibi manus imposui, i. e. quas dotes tibi a Deo expetii. Manus imponebantur*

tur inter precandum. *Manus igitur imponere* utrumque indicare potest, et bonum expetere alicui a Deo, et inaurare aliquem.

7. εἰ γὰρ — σωφρονισμῷ) i. e. *Non uult Deus, ut animo simus timido, sed forti, amoris prudentiaeque pleno.* Haec ideo dicit, quod aliquantum metuebat, ne Timotheus, conspectis illis perpetuis malis, quae Paulum et Christianos premebant, ob id labasceret. Πνεῦμα δειλίας, *animus timidus.* Nam πνεῦμα, coniunctum cum uocabulis, affectionem animi significantibus, significat *sensum, animum, Denkart, Gefinnung.* Animo timido opponitur πνεῦμα δυνάμεως, *animus fortis*, periculis et uexationibus resistens. Ex amore proximi fortitudo illa nascitur. Coniuncta esse debet cum hac fortitudine in admonendo et castigando malos, charitas et σωφρονισμῷ, *moderatio*, ut doctor moderate se gerat in munere suo.

8. μή εἶν — τὸν δέσμιον αὐτῆ) Τὸ μαρτύριον, *doctrina.* Δέσμιον αὐτῆ, *qui nunc iterum in uinculis sum ipse causa*; nam Genitiuus hic causam ob quam significat, ut Phil. III, I. aliisque locis. Sic apud Lyfiam τιμωρίαι τῶν θεῶν, poenae ob uiolatos Deos. Ne te mei pudeat; ne pudeat, te dici discipulum Pauli, quod tanta patior. ἀλλὰ συγκακοπάθησον — θεῷ) Priora uerba uerti possunt: Mala perfer mecum propter Euangelium; uel etiam: similem iniuriam, qua Euangelium afficitur, patienter tolera, ut subit προσωποποιία qua sensus tribuitur Euangelio, quomodo alibi legi, morti, peccato. Κατὰ δύνάμει θεῷ, pro uiribus a Deo concessis.

9. τῷ σώσαντος — ἀγία) *Qui nos felices reddit, et promisit nobis bona maxima per doctrinam suam.* Σώζειν, liberare, nempe ab omnibus huius uitae malis, includit etiam felicitatem, quae hanc liberationem consequitur. Κλήσις ἀγία, *promissio bonorum sanctorum.* Bona sancta autem sunt, quae non sunt terrena, et huius uitae, sed quae ad animum et ueram felicitatem nostram spectant. κατὰ — αἰώνιον) *Non propter merita nostra, sed sua sponte et ex fauore, quem inde ab antiquissimis temporibus propter Christum Iesum nobis ostendere uoluit.* τὰ ἔργα, h. l. sunt merita. Nemo potest haec bona spiritalia tanquam sibi debita a Deo postulare. De uera uirtute hic non est sermo, quasi ea nihili sit, et nihil possit. Κατ' ἰδίαν πρόθεσιν, cf. Eph. III, II.

10. Φανερωθεῖσαν — Ἰησοῦ χριστοῦ) Φανερωθεῖσαν ad πρόθεσιν καὶ χάριν referri, nemo non uidet. Fauorem illum Deus nobis ostendere olim decreuit; nunc uero, inquit Apostolus, iam eum ostendit nobis et manifestauit, διὰ τῆς ἐπιφανείας τῷ σωτήρος ἡμῶν Ι. Χ. dum misit et apparere iussit Seruatorem nostrum Ι. C. καταργήσαντος — διὰ τῷ εὐαγγελίῳ) i. e. *Qui a metu mortis aeternaeque miseriae nos liberauit, et per doctrinam suam nos fecit certos de felicitate aeterna, nobis post mortem expectanda.* Θάνατος h. l. non tam est mors naturalis, (opponitur enim felicitati aeternae) quam potius miseria perpetua. Sustulit tamen Christus etiam mortem naturalem, i. e. metum mortis naturalis, dum spondit, se nos in uitam reuocaturum. Sustulit metum miseriae perpetuae, dum nobis promisit aeterna bona. φωτίζειν, *in lucem producere.* Ita
in

in Epictetum Arrianus I, 4. ἀλήθειαν φωτίζειν, dixit. Ζωὴν καὶ ἀφθαρσίαν, per Hendyadin, pro: ζωὴν ἀφθαρτον, *felicitatem aeternam*. Hanc autem notitiam Christus nobis impertiit per Euangelium, i. e. per doctrinam suam.

II. εἰς ὃ — ἐθῶν) Illud ὃ, totum illud, quod praeceffit, respicit. Par locus I Tim. II, 7.

12. οἶδα γὰρ ὃ πεπίστευμαι) Scio enim, quis is sit, cui confido, potentissimus nempe, et optimus. Locutioni huic similis Ciceronis illa: Scio quem metuam, VII, 26. ad Atticum; et Plinii ista Lib. I. Epist. 3. Scio quem animum, quod horret ingenium. ὅτι δυνατός ἐς — ἡμέραν) Eum posse doctrinam mihi traditam (religionem) conferuare ad finem usque mundi. Παραθήκην Docti uarie interpretantur, quum alii intelligant *fideles Paulo commissos*, alii *gratiam*, alii *mercedem*, alii *bonorum operum merita*, alii *animam*, alii denique *coronam uitae aeternae*. Mihi uideatur habere h. l. eandem significationem, quam habuimus supra I Tim. VI, 20. cf. statim u. 14. Est igitur παραθήκη, uel παρακαταθήκη Religio, uel doctrina religionis, quam Deus Paulo commendauerat, tanquam depositum, et quam Paulus ex Christi auctoritate aliis commendare solebat. Nec obstat, quod additur εἰς ἐκείνην τὴν ἡμέραν, nempe diem iudicii; dicit enim Apostolus: Deus conferuare potest, et conferuabit religionem, etsi ego sim in uinculis. Si ego non possum docere, alii docebunt, nec unquam deerunt doctores usque ad illum diem Iesu Christi.

13. ὑποτύπωσιν — ἐν χριστῷ Ἰησοῦ) Ordo uidetur esse: ὑποτύπωσιν τῶν ὑγιαίνοντων λόγων, ὧν παρ' ἐμῆ ἡκισσας ἔχε ἐν πίσει καὶ ἀγάπῃ, *Summam doctrinarum saluberrimarum, quas edoxtus es a me, retine cum fide et charitate, quae huic doctrinae Christi conformis est.* Ἐποτύψεις, *delineatio*, metaphora aut a re pictoria, aut ab architectonica defumta. *Formam* perite ergo Vulgatus uertit. Ἐχειν pro κατέχειν.

14. τὴν καλὴν — ἐν ἡμῖν) Supra u. 12. et 1 Tim. VI, 20. Διὰ πνεύματος ἁγίου, i. e. *auxilio Spiritus sancti adiutus.*

15. οἶδας — ἐν τῇ Ἀσίᾳ) Οἶδας τέτο, puto scire te, uel audisse, ut Latini loquuntur. Ἀπεσράφησαν με πάντες, *deseruerunt me omnes*, sc. doctores illi in Asia minori, in locis circa Ephesum, nempe ob pericula. Ὦν, pro ἐξ ὧν.

16. δώῃ — οἴκῳ) *Benefaciat Deus Onesiphori familiae.* οἶκος, *familia.* Ἐλεος, *beneficium.* *Onesiphorum* seruire nomen fuisse, uidemus uel ex L. Titia, ff. d. manumiss. testam. Videtur autem Onesiphorus iste libertus fuisse cuiuspiam e Romanis nobilioribus, et mortuus fuisse, quum Paulus haec scriberet; nam et infra IV, 19. eius familiam salutatur, non autem *Onesiphorum.* ὅτι πολλάκις — ἐπησχύνθη) Ἀνέψυξέ με, i. e. ut Col. IV, 11. ἐγενήθη μοι παρηγορία. Hefychius eo sensu ex hoc Apostoli loco: ἀνέψυξεν, ἀνέπαυσεν. Translatio uidetur sumi ab iis, qui fiti conficiuntur. Τὴν ἄλυσίν με ἔκ ἐπησχύνθη, i. e. *non me deseruit, propterea quod essem in carcere*; non erat ex iis, qui discedunt quum catena crepat. Magnifice hoc elogio

elogio effert atque ornat constantiam eius. Cicero in Laelio: *Quam graues, quam difficiles plerisque uidentur calamitatum societates! ad quas non est facile inuentus qui descendat.*

17. ἀλλὰ — εὔρε) Γενόμενος ἐν Ῥώμῃ, *quum uenisset Romam.* Ephesini mercatores multa negotia Romae habebant. Σπυδαίοτερον — εὔρε, per totam urbem Romam cursitauit, *donec me reperiret.*

18. δῶν — ἡμέρῃ) *Faxit Deus, ut aeternam felicitatem consequatur in illo die.* Παρὰ κυρίου i. e. παρ' αὐτῆ, pleonastice per notum Hebraismum, qualis repetitio nominis uice pronominis est etiam Io. XI, 22. Susanna com. 55. et alibi locorum. καὶ ὅσα — γινώσκεις) Ὅσα, *In quantis et qualibus negotiis.* Διηκόνησε, mihi nempe, uel ἀδελφοῖς ἀγίοις, ut nonnulli uolunt. Βέλτιον σὺ γινώσκεις, *optime nosti.*

Caput II.

I. Ἐνδυναμῆ — ἰησῦ) *Fortis esto in administrando munere, a Christo tibi concredito.* χάρις, ut Rom. XII, 3. uideatur h. l. esse munus Apostolicum. Si ἡ χάρις significat beneficium, sensus est: *Impavidus esto fretus beneficio, uel auxilio Christi.*

2. καὶ ἅ ἡκούσας — ἀνθρώποις) Διὰ πολλῶν μαρτύρων, *coram multis testibus.* Hanc τῆς διὰ significationem multis probat *Krebsius* ad Aetor. VII, 53. Ἄ ἡκούσας, quum nempe tibi manum imponerem. Παράθε, *commenda*, (ut hic *Vulgatus*,) nimirum ut solemus deposita, quae fidissimis

commiffa uolumus. Sic $\pi\iota\varsigma\tilde{\omega}$ παρακατατίθεσθαι Arrianus IV, 13. in Epiictetum. $\pi\iota\varsigma\tilde{\epsilon}\varsigma$ intelligit ut 1 Tim. I, 12. εἰς διακονίαν $\pi\iota\varsigma\tilde{\epsilon}\varsigma$, i. e. quae acceperunt, ἐν $\pi\iota\varsigma\tilde{\epsilon}\iota$ καὶ ἀληθείᾳ docturis, 1 Tim. II, 7. uerbum Dei non adulteraturis. οἷτινες — διδάξαι) i. e. δυνάμενοι καὶ ἄλλως βεθετεῖν. E conuerso Cyprianus Epist. 61. de histrione: *Quod male didicit, ceteris quoque insinuat.*

3. $\sigma\tilde{\upsilon}$ ἔν — $\chi\rho\iota\varsigma\tilde{\epsilon}\tilde{\upsilon}$) Κακοπαθήσον, *perfer aerumnas.* Καλὸς στρατιώτης, *bonus miles.* Talis Polluci I, 11. στρατιώτης δόκιμος. Est et hic κακοπαθεῖν ὡς καλὸς στρατιώτης quod 1 Tim. I, 18. τὴν καλὴν στρατείαν κρατεύειν, et ibidem VI, 12. τὸν καλὸν ἀγῶνα ἀγωνίζεω. Στρατιώτας κακοπαθεῖντας habemus in uitis Antonii et Gracchorum apud Plutarchum. Opponuntur talibus $\sigma\rho\alpha\tau\iota\tilde{\omega}\tau\alpha\iota$ ἔτε δίψαν ἔτε ἀλλήν κακοπαθείαν φέρειν δυνάμενοι, in Excerptis Diodori Siculi. Suidas de Rege Prusia: πρὸς τὰς πολεμικὰς χρείας ἀγενὴς — καὶ πρὸς τὰς κακοπαθείας ἀλλότριος.

4. ἔδειξ — $\pi\rho\alpha\gamma\mu\alpha\tau\epsilon\tilde{\iota}\alpha\iota\varsigma$) i. e. non emit, uendit, locat, contrahendisque negotiis implicatur, ut loquitur Cicero de officiis. Ostendit Apostolus comparatione ducta a seculari militia, quam parum deceat militiam multo meliorem amplexum ab aliis uitae curis et nexibus auocari. ἵνα — ἀρέσῃ) Quod utique facere non poterit, si aliis curis distrahatur. $\tau\tilde{\omega}$ $\sigma\rho\alpha\tau\omicron\lambda\omicron\gamma\eta\sigma\alpha\upsilon\tau\iota$, i. e. $\tau\tilde{\omega}$ αὐτὸν εἰς τὸ $\sigma\rho\alpha\tau\omicron\pi\epsilon\delta\omicron\nu$ καταλέξαντι, imperatori nimirum.

5. εἰάν δὲ καὶ — ἀθλήσῃ) *Si quis uero fuerit athleta, non coronari solet, nisi legitime certauerit, nisi omnes adfint conditiones; quarum prima est, ut ad metam perueniat.*

Altera

Altera similitudo a publicis certaminibus desumpta. Habuit enim leges suas ἡ σωματικὴ γυμνασία, habet et suas illa quae est πρὸς εὐσέβειαν, legitima Christi pugilum decertatio. Sic Aristides Orat. II. de Pace ἐν τοῖς σεφανίταις ἀγῶσι τῆς ἔξω τῶν νομίμων τρόπων μαχομένουσιν dixit. Νομίμως ἀθλεῖν etiam *Arrianus III, 10.* in Epictetum, et νομίμως πολεμεῖν Plutarchus in Alexandri uita dixere.

6. τὸν κοπιῶντα — μεταλαμβάνειν) Ordo naturalis uerborum uidetur talis esse: τὸν γεωργὸν πρῶτον κοπιῶντα (i. e. κηκοπιακότα) δεῖ τῶν καρπῶν μεταλαμβάνειν, agricolam de fructibus percipere aequum est, at ita demum, si prius laborauerit.

7. νόει — ἐν πᾶσι) Νόει, ἃ λέγω, *attende dictis;* intellige, quod loquor; cogita illa exempla uitae communis. Hesychius: νόει, συλλογίζε. Σύνεσιν hic intellige πνευματικῆν. Illud γὰρ hic redundare uidetur, ut infra com. 11. et alibi.

8. μνημόνευε — εὐαγγέλιόν μου) Si mihi, uel tibi etiam, grauius quid eueniat, memento, Iesum Christum, morte ignominiosa mortuum, resuscitatum fuisse a Deo ad uitam gloriosam. Idem et nobis eueniet, si aduersis nihil territi, in fide et professione perstiterimus. Ἐκ σπέρματος Δαβίδ, sc. ὄντα, quoad e familia Dauidis, (homo) fuit; haec tenus enim in uitam rediit. Κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου, *ut ego te docui.*

9. ἐν ᾧ — κακῶρος) Ἐν ᾧ, *cuius causa.* Κακοπαθῶ, *multa mala fero,* et aequo animo fero. Nam et hoc

huic uerbo his locis inest. Μέχρι δεσμῶν, exaggeranter dicta; est enim et mitior quaedam φυλακή, quae ἄδυσμος dicta. Ὡς κακῆργος, patior, quod homines facinorosi solent, quum non tantum impunis deberem esse, sed et laudari. ἀλλ' — δέδεταί) *Sed doctrina Dei non constringitur uinculis; ea semper propagabitur, etsi ego sum in uinculis.*

10. διὰ τὰς ἐκλεκτὰς) Vt nempe Christianis Euangelium praedicem; uel in eorum exemplum, ut nempe et illi, me imitantes, mala perferant, nec spem abiiciant. ἴνα καὶ — αἰωνίῳ) *Vt ipsi quoque salute per Christum parta fruuntur (in hac uita) et tandem aeternam felicitatem consequantur.* Ἡ σωτηρία ἣ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, *salus per Christum parta*, qua Christiani iam in hac uita fruuntur; e. c. remissio peccatorum, animi tranquillitas, spes uitae aeternae.

11. πικρὸς — συζήσομεν) Πικρὸς ὁ λόγος, nempe is qui sequitur. *Vna cum Christo mori* significat miseras atque calamitates, mortis pericula et mortem ipsam subire exemplo Christi, et propter Christum. Καὶ συζήσομεν, liberabimur a uitae periculis, uel potius aeternam felicitatem, qua Christus iam fruitur, adipiscemur.

12. εἰ ὑπομένομεν — ἀρνήσεται ἡμᾶς) Ἐπομένομεν, sc. τῇ θλίψει, ut plenius Rom. XII, 12. locutus. Συμβασιλεύσομεν, sc. χριστῷ. Gloriam et honoris summi, quo Christus fruitur, erimus participes. Ἐὶ ἀρνέμεθα, si negauerimus, eum esse Dominum nostrum, et religionem eius esse ueram. Ἀρνήσεται ἡμᾶς, pro suis nos non agno-

agnoscat, ac proinde ad gloriae suae communionem nos non admittet.

13. εἰ ἀπισθῆμεν — μένει) *Si nos in illum infidi sumus, fidem et obsequium ei denegamus, scire debemus eum esse ueracem.* Sermo Pauli hoc loco defectiuus est; subaudiendum enim: γινώσκουμεν ὅτι ἐκεῖνος etc. Πισθὸν autem in contextu nostro intellige, non minus in poenis infligendis, quam in praemiis distribuendis. ἀρνήσασθαι ἑαυτὸν ἔδύναται) *Non potest contra naturam suam agere; quae in eo etiam est, ut sit uerax.* Οὐ δύναται, ab eo alienissimum est.

14. ταῦτα ὑπομίμησκε — ἀκούτων) Ἐπομίμησκε, scilicet, ut plenius Tit. III, 1. loquitur. Μὴ λογομαχεῖν 1 Tim. VI, 4. Post χρήσιμον supple ἀλλὰ, uel μόνον Ἐπὶ τῇ καταστροφῇ τῶν ἀκούτων, in detrimentum auditorum.

15. σπένδασον — τῆς ἀληθείας) *Operam da, ut te ipsam praebeas operarium Deo probatum, ualde grauum et strenuum, qui recte tractat doctrinam ueram.* Ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον, quem laboris sui non pudeat, qui sciat, non esse cur laboris, (doctrinae et uitae) pudeat. Is uero strenue et libenter laborabit. Ὁρθοτομεῖν saepe est *uia recta incedere, ὀρθῶς δδέυειν.* Sic Gregorius Nanzianzenus *Orat. apol. fugae, τῷ ὀρθοτομεῖν, rectum iter tenere,* opponit τὸ κακῶς δδέυειν, *praeue incedere.* Simili modo καινοτομεῖν est *noua uia incedere, nouas opiniones de religione suscipere et spargere.* Ὁρθοτομεῖν τὸν λόγον τῆς ἀληθείας est *recte tractare doctrinam diuinam, pro-*

ponere auditoribus, quod illis aptum est, pueris lac, adultis solidiorem cibum, moestis solatium etc.

16. τὰς δὲ — περίεσσαο) Κενοφωνίας, supra I Tim. VI, 20. Περίεσσαο, i. e. παραιτῆ, *deuita*. Iosephus de B. I. II, 8, 6. de Essenis, τὸ δμῶναι αὐτοῖς περίεσσαι, *fusiurandum uitant*. Diogenes Laërtius L. IX, c. 1, §. 9. περίεσσασαι ὑπερηφανίας, *superbos declinare mores*. Illud, quod sequitur προκόψουσιν, et ὁ λόγος αὐτῶν, poscit, ut hic intelligamus constructionem, quam uocant πρὸς τὸ σημαϊνόμενον, uel ut τὰς βεβήλους κενοφωνίας metonymice explicemus τὰς βεβήλους κενοφώνους. ἐπὶ πλείον — ἀσεβείας) *Nam ad maiorem in dies progrediuntur impietatem*, illi nempe κενοφῶνδι. Προκόπτειν h. l. de incremento rei *malae* fumitur. Sic Diodor. Sic. ἐπὶ πλείον κακίας προβαίνειν dixit, et Leo Imperator Constit. 47. πρὸς ἀνάδειαν προκόπτειν.

17. καὶ ὁ λόγος — ἔξει) Gangraena non idem est, quod cancer, sed uicinum aliquid, *der kalte Brand*. Νομὴν ἔξει Latinus Interpres uertit: *serpit*, non uoce, sed sensu bene expresso. Non aliud uidetur νομὴν ἔχειν, quam simpliciter νέμειν, quod Act. IV, 17. argumento non diffimili ἐπὶ πλείον διανέμεσθαι, et Hebr. XII, 15. πολλὰς μιάινειν, metaphora a re hortensi desumpta. Simili phrasi Plutarchus (Lib. de discrim. adul. et amici) adulatorum fictas laudes γαγγραινας καὶ καρμινώματα uocauit; quod nempe femina quaedam in animo relinquunt, quae eum corrumpunt depascuntque.

18. περὶ τὴν ἀλήθειαν ἠσόχησαν) *A uera religione aberrauerunt*. Sic I Tim. IV, 5. τῆς ἀληθείας ἀποσερεῖσθαι. λέ-

γοντες — γεγονέναι) Ac proinde resurrectionem mortuorum corporum non esse expectandam. Qualem resurrectionem, iam factam, Haeretici illi intellexerint, non satis constat. Videntur resurrectionem sensu allegorico accepisse uel de emendatione morum, uel etiam de propagatione Euangelii inter omnes nationes. Sic enim spiritualiter mortui spiritualiter resurgunt. Putabant fortassis isti homines resurrectionem corporum fieri non posse. καὶ ἀνατρέψαι τὴν τινων πίσιν) i. e. *Faciunt, ut multi de religionis ueritate dubitent.* Ἀνατρέψαι, *subuertunt,* (ut Vulgatus) uel *labefaciunt.* Glossarium: *Labefaciunt, ἀνατρέπει, σαλεύει.* Similitudo fortasse sumpta est a machinis bellicis, quae male munitorum fundamenta ἀνατρέπειν dicuntur; unde commate sequente opponitur σκεπὸς θεμέλιος.

19. ὁ μὲν τοι — ἔστηκε) *Fundamentum, quod Deus posuit, firmum stat.* Videtur autem Paulus intelligere religionem, quae Deum habet auctorem. Hanc euertere uolunt quidam doctores, sed fundamentum stat firmum. Aliis θεμέλιος h. l. per Synecdochen est *domus, inprimis magna domus.* Hoc sensu LXX, hebraicum *למנון palatium,* saepe per θεμέλιον transferunt, ut Ies. XXV, 2. Ierem. VI, 5. et alibi. Ita sensus esset: *Euertunt* quidem doctores mendaces *quorundam* fidem; totam uero *aedificii molem,* totam ecclesiam nunquam destruent, Matth. XVI, 18. Optime respondet haec explicatio uerbis ἐν μεγάλῃ δὲ οἰκίᾳ u. 29. ἔχων τὴν σφραγίδα ταύτην) *Habens inscriptionem hanc.* Σφραγίς hic est id, quod lapidi inscribitur, et intelligitur inscriptum aliquod in perpetuam religionis memoriam, quod nobis semper in memoria uersari de-

bet, quum de religione cogitamus. Si intelligas inscriptionem in aedificio conspicuam, res eodem redit. ἔγνω κύριος τὸς ὄντας αὐτῷ) Οἶδεν ἕς ἐξελέξατο, Io. XIII, 18. Γινώσκει τὸς εὐλαβημένους αὐτὸν. Nahum. I, 17. Moses Num. XVI, 5. *Mane notum faciet Dominus, qui ad se pertinent.* Sunt autem hic οἱ ὄντες αὐτῷ, ad eum pertinentes, qui bene feruiunt ei. Innuit his uerbis Apostolus: *Non omnes, qui religionem externe profiteantur a Deo ut suos agnosci.* καὶ ἀποστήτω — τῷ κυρίῳ) *Quisquis Christiani nomen gesserit, abstineat se ab omni uitiositate.* Haec est altera inscriptio. Ἀδικία, omnes uitiositas et impietas. Ὁνομαζομεν τὸ ὄνομα τῷ κυρίῳ, qui rogatus, cuius sit disciplinae, Christum nominat ut magistrum. Vide I Cor. I, 2. *Christianus.* Cf. Matth. VII, 23.

20. ἐν μεγάλῃ — εἰς ἀτιμίαν) Σκεῖος, ut hebr. כֵּלֵּס est non tantum uas, sed et instrumentum et utensile quoduis. Εἰς τιμὴν, εἰς ἀτιμίαν. Sic Scriptor Sapientiae XIV, 7. τὰ τῶν καθαρῶν ἔργων δὲλα σκεύη, τὰ τε ἐναντία uocat. Deest similitudinis applicatio. Quemadmodum nempe in magna domo, uel palatio diuitis multa et uaria est supellex, uariis usibus destinata, ita in illa domo Dei, quae est ecclesia uariae conditionis homines uersantur, quorum non omnium est eadem dignitas atque bonitas. Multi enim in ea uersantes sese ita gerunt, ut nullo bono usui idonei sint, quae ipsoꝝ est culpa, quum non operam dant, ut puri sint, atque niteant. Videtur autem h. l. sermo esse de doctoribus.

21. εἰν ἔν — ἀπὸ τῶν) *Si quis se seiunxerit ab illis, falsis nempe doctoribus.* Ἐκκαθάρισεν ἑαυτὸν est

καθα-

καθαρὸν ἑαυτὸν τηρεῖν, mundum intactumque se seruare. ἔσαι σκυῶς — ἡγομαστῆνον) Similis uasi, honestis uisibus destinato — aptus erit idoneusque egregiis ministeriis in ecclesia in honorem Domini praestandis: doctor egregius erit.

22. τὰς δὲ — φεῦγε) Νεωτερικῶς ἐπιθυμίας nonnulli gloriolas exponunt, quibus qui inseruiunt νεανιεύεσθαι Graecis dicuntur, quod aliis, sensu non ualde dissimili est *audacem se, strenuumque gerere*. Alii simpliciter intelligunt cupiditates eas, quae iuuenili aetati, in qua constitutus adhuc erat Timotheus, incidere solent, cuiusmodi νεωνικῶς ἡδονῶς Maximus Tyrius Differt, 31. uocat. In his autem studiis siue cupiditatibus habet locum inanis gloriae sectatio. Sapienter, utque rerum peritus, Apostolus hoc monitum dat Iuueni. *Voluptate et deliciis iuuentutem facile intercipi* dixit Cicero in Vatinium. Νεανικὴν ἐπιθυμίαν dixit et Andronicus Rhodius, 7. 8. opposuitque τῇ μετρίᾳ ἐπιθυμίᾳ fortasse quia iuuenes quae uolunt, immoderate appetunt. δῶκε — καρδίας) Δικαιοσύνη, *innocentia, uirtus*. Πίστις, *fides in uerbis, fidelitas*. Εἰρήνη μετὰ τῶν ἐπικαλεσμένων τὸν κύριον, *concordia cum Christianis*. Postrema illa ἐκ καθαρᾶς καρδίας referri possunt ad τὸ ἐπικαλεσμένων etc. ut intelligantur *sincere Christiani*, uel ad illa δῶκε — ἀγάπην. Ita I Tim. I, 5. ἀγάπη ἐκ καθαρᾶς καρδίας.

23. τὰς δὲ μωρὰς -- γενῶσι μάχας) Est eadem admonitio, quae I Tim. I, 4. et VI, 4. Μωρὰς uocat illas quaestiones, quia ad ueram et salutarem sapientiam nihil pertinent. Ἀπειθέυτας ζητήσεις intellige *quaestiones*

inscitas, Christiano indignas; Vulgatus sine disciplina uertit; huiusmodi enim quaestiones nihil ad παιδείαν fidei rectae morumue conferunt. Μάχας, rixas, iurgia, lites. Gellius XIV, 5. de duobus Grammaticis: Clamantes compugnantesque (μαχομένους) eos reliquit.

24. δῶλον δὲ — ἀνεξίκακον) Δῶλον κυρτός, *seruum Christi*, adeo patientis ac pacifici. Μάχεσθαι, *rixari*. Ἦπιον εἶναι πρὸς πάντας, ut Macrobius Saturnal. I, 7. de Praetextato: *erat in omnes placidus ac mitis*. Ἀνεξίκακον, *iniuriarum patientem*. Hierocles de amicis loquens: πρὸς τὴν ἀρίστην αὐτῶν τήρησιν πλείους συμβάλλεται τὸ ἡμέτερον ἀνεξίκακον.

25. ἐν πράτῃτι — ἀντιδιατιθεμένους) *Vulgat: Cum modestia corripientem eos, qui resistunt ueritati. Corripientem, i. e. castigantem, nempe uerbis. Sunt nempe errantes leniter tractandi, non maledictis exasperandi. Imo doctoribus mansuetudo aequae necessaria ac doctrina ipsa; duci enim, non trahi uult humanae naturae morositas. μήποτε — ἀληθείας) Experiendo, an det Deus illis resipiscentiam, ut cognoscant ueritatem. In μήποτε, ut in Graeco Gen. III. 22. et Rom. XI, 21. μήπως est Ellipsis. Num fortasse. Εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας, ut perueniant ad agnitionem eius ueritatis, quam nunc oppugnant.*

26. καὶ ἀνανήψωσιν — θέλημα) *Et ad se redeunt expediant se e laqueo Diaboli, a quo capti sunt, ut eius uoluntati obediunt. Varie explicatur hoc comma ab Interpretibus, quorum sententias enumerare longum foret. Νήψειν, uulgo, ad sobrietatem redire; deinde uero, se recipere, colligere ex quacunque demum perturbatione; sich besin-*

besinnen, zu sich selbst kommen. Sic Philo dicit de Agrippa Rege, postulato Caligulae, ut simulacrum suum tanquam Dci, in templum Hierosolymitanum reciperetur, grauiter percusso, tandem uero e deliquio animi se recipiente, Legat. ad Cai. p. 1030. Ε. δ δὲ, νήφειν γὰρ ἤρ-
 χετο, καθεύρα τὸ περὶ ἐκάστῳ συμπαθὲς, tum uero, namque re-
 spiscere incipiebat, singulos condolere conspexit. E laqueo uel potestate diaboli exire, uel se expedire, de iis dicitur, qui male agendi finem faciunt. Ἐζωγρημένος ὑπὸ τοῦ
 διαβόλου, captus a diabolo, qui perseuerat in male sen-
 tiendo et agendo. Ἐἰς τὸ ἐκείνου θέλημα, ut eius uo-
 luntatem faciant. Voluntas autem Satanae haec esse dici-
 tur in sacris litteris, ut impediatur bonum, et homines in-
 felices reddat. Ergo uoluntatem eius facere erit bonum
 impedire, et homines reddere infelices. Alii uerba: εἰς
 τὸ ἐκείνου θέλημα de uoluntate Dei intelligunt, ut αὐτῷ ad
 propinquius διαβόλου, ἐκείνου uero ad remotius, i. e. Dei,
 referatur. Tum ordo esset talis: καὶ ἐζωγρημένοι ὑπὸ αὐτοῦ,
 ἀνανήψωσιν ἐκ τῆς τοῦ διαβόλου παγίδος εἰς τὸ ἐκείνου θέλημα,
 nempe ποιῆν, quod subaudiendum. *Camerarius*: Bifa-
 riam hoc enarratur. Primum ita: Qui fuerant capti ab
 illo, diabolo scilicet, ad arbitrium ipsius. Quod dictu sane
 est horribile. Secundo ita: Capti iam, id est, confer-
 uati ab ipso, nimirum Deo, ad uoluntatem illius, i. e.
 ut uoluntati iam eius obtemperent; atque hoc Chryso-
 stomus secutus est. ,,

Caput III.

I. Ὅτι ἐν — χαλεποῖ) Ἐν ἐσχάταις ἡμέραις, תיבת
 חַיִּים, *Posthas*. Idem ἐν ὑσέρσις καιροῖς I Tim. IV, 1.

Patet

Patet autem ex com. 5. Paulum agere de iis, quae, Timotheo uiuente, euentura putabat. Ἐνσῆσονται, *aderunt*. Καίροὶ χαλεποί. Formidolosa tempora, ait Cicero.

2. ἔσονται — ἀνόσιοι) Συναφροισμὸς, cui ex magna parte respondet hic Auctoris ad Herennium, Lib. IV. *Cupidus, intemperans, impius in parentes, infestus in cognatos, in superiores contumax, in pares fastidiosus, in inferiores crudelis* etc. Φίλαυτοι, est uox media, si philosophice eam sumamus, sed quae usu tracta est in partem peiorem, ita ut φίλαυτος intelligatur ὁ αὐτῷ ἕνεκα πάντα πράττων κατὰ τὸ λυσιτελές, ut ait *Aristoteles*, addens alibi ἢ πρὸς τὸ ἡδύ. Φιλάργυροι, πλέτε ὀρεγόμενοι, αἰὲ τὸ παρὸν ἐνδεέστερον τῷ ἀπόντος ἠγόμενοι, καὶ τὸ κτηθὲν ἔλαττον τῷ προσδοκωμένῳ, ut *Differt. 20.* apud Maximum Tyrium. In Glossario: Φιλάργυρος, *auarus, cupidus*. Ἀλαζόνες, *iactatores, gloriatores* in Glossis. Scholiastes ad Equites Aristophanis: ἀλαζὼν ὁ μείζονα τῆς ἑαυτῷ ἀξίας κομπάζων καὶ φρονηῶν. Βλάσφημοι, in Deum nempe. Ἀχάριστοι, *ingrati*. *Pollux V, 32.* Onomastici: ὁ ἀποσερῶν χάριν, ἀχάριστος. Ἄνόσιοι, *qui foeda patrant*, quibus nihil sanctum et uenerandum est.

3. Ἄσσοργοι — ἀφιλάγαθοι) Quales sint, qui hic uocantur ἄσσοργοι, ἄσπονδοι, uide ad *Rom. I, 31.* Διάβολοι, **ⲈⲛⲞⲨ**, qui uiris bonis se opponunt, praesertim calumniando. In Glossis: διάβολος, *criminator*. *Polluci* διαβλητικὸς, non διάβολος probatur. Ἀνήμερος, *immitis, immansuetus*. *Suidas*: ἄγριοι, ἀνήμερον. Ἀφιλάγαθοι, ἐχθροὶ παντὸς ἀγαθῷ.

4. προδῶται — φιλόθεοι) Προδῶται, qui amicissimos produnt, qualis Iudas. Προπετεῖς, *proterui*, et προπέτεια, *proteruitas*. Ab huius uitii trunco multi rami pululant. Sunt enim προπετεῖς, qui facile irascuntur; sunt, qui πρόγλωσσοι, cito in uerborum aut insolentiam, aut amaritudinem erumpentes; sunt et qui Latinis *praecipites*, nempe in rebus aggrediendis. Hinc hominem consiliis *praecipitem* Cicero in Philippicis dixit. Has omnes, et si quae aliae huius uitii species Apostolus uoce ista satis laxa complexus uidetur. Τετυφωμένοι, uide I Tim. VI, 4. φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι, i. e. ταῖς τῆς σαρκὸς ἡδοναῖς μᾶλλον ἢ τῷ Θεῷ δαλέουτες, et: εἰ τῷ κυρίῳ ἀλλὰ τῇ ἑαυτῶν κοιλίᾳ δαλέουτες, ut Rom. XVI, 18. Simili modo Philo de Agric. p. 200. Β, φιλήδονον καὶ φιλοπαθῆ μᾶλλον, ἢ φιλάρετον καὶ φιλόθεον dixit. Contraria laus Dionis in Platonis Epistolis: ἀρετὴν περὶ πλείονος ἡδονῆς ἡγαπηκῶς.

5. ἔχοντες — ἡρνημένοι) Qui pietatem externe simulant, reuera autem auersantur et negligunt. Ἐχοντες μόρφωσιν εὐσεβείας, qui cultu, habitu, uultu, uoce, pietatem probitatemque praeferunt. Τὴν δὲ δύναμιν αὐτῆς ἡρνημένοι, ut illi Tit. I, 16. Θεὸν ὁμολογῶντες εἰδέναι, τοῖς δὲ ἔργοις αὐτὸν ἀρνέμενοι. Ἀρνεῖσθαι, *auersari*, *negligere*, *non curare*.

6. ἐκ τῶν — σεσωρευμένα ἁμαρτία) Ex horum numero sunt, qui uariis artibus usi penetrant domos, et alliciunt animos muliercularum, obrutarum uitiiis. Ἐνδύνειν et εἰσδύνειν dicitur de anguib. Homerus Iliad. γ. ἔδου ubi uetus Scholiastes, ὑπεισηλθε, μεταφορικῶς ἀπὸ τῶν εἰς τὰς φωλεὰς καταδυνόντων ἔρπετῶν. Furtiuus eiusmodi animalium

lium lapsibus impostorum istorum artes et fallacias Apostolus comparat. Ἐνδύνειν autem εἰς οἰκίαν non Paulus tantum, sed et Aristophanes dixit. Ἀιχμαλωτίζειν, *capere*, uel *captiuas ducere* hic est, quod Rom. XVI, 18. διὰ τῆς χρηστολογίας καὶ εὐλογίας τὰς καρδίας ἐξαπατᾶν. Tacitus Annal. 5. de Fusio Gemino: *Alliciendis feminarum animis aptus*: ubi *allicere* est fere quod Paulo αἰχμαλωτεύειν. Σεσωρευμένα, Vulgatus uertit *operatas*. Hesychius βεβαρημένα exposuit. Non dissimile apud Sallustium: *flagitiis et facinoribus cooperti*. ἀγόμενα — ποικίλαις) Ἄγεσθαι ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας dixit et Andronicus Rhodius III, 12. *Cebes* in Tabula sua de uitiose uiuentibus: ἄγονται κεκρατημένοι, ὥσπερ ὑπὸ πολεμίων, οἱ μὲν ὑπ' ἀφρασίας, οἱ δὲ ὑπ' ἀλαζονείας, οἱ δὲ ὑπὸ φιλαργυρίας, ἕτεροι δὲ ὑπὸ κενοδοξίας, οἱ δὲ ὑφ' ἐτέρων κακῶν.

7. πάντοτε — δυνάμενα) Quasi qui semper in uia pergunt, ad finem uiae autem non unquam perueniunt. Εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας ἔλθεῖν, ueritatem recte, et ita quidem agnoscere, ut factis id ostendas. Simillime Arrianus II, 6. in Epictetum: ἔξω ζητεῖν ἀεὶ τὴν ἔυροίαν, καὶ μηδέποτε ἔυρεῖν δυνάμενος.

8. ὅν τρόπον — Μωϋσεῖ) Fuisse hos inter magos illos Aegyptiacos, qui praestigiis suis in aula Pharaonis restiterint Mofi, in Gemara traditur. Meminit horum magorum et Numenius philosophus Pythagoricus, et Artabanus historicus, qui eos appellat τὰς ἱερεῖς τὰς ὑπὲρ Μέμφιν, nec non Tanchuma. Nomina *Iannes* et *Iambres*, uel ut alii habent, *Mambres*, Paulus non habuit ex Mose; (is enim nomina non expressit,) sed ex traditione, aut ueterum scriptis.

ἄνθρωποι — τὴν πίσιν) *Homines deprauatae mentis, et improbatæ fidei.* Cf. ad 1 Tim. VI, 5. dicta. Ἀδόκιμοι περὶ τὴν πίσιν, quorum sententiae de religione minime probandæ, ideoque reiiciendæ sunt, et repudiandæ.

9. ἀλλ' ὃ προκόψουσιν — ἐγένετο) Οὐ πρόκοψουσιν ἐπὶ πλετόν, progressus aliquos facient, sed non diu; non multum efficient. Ἐκδηλος ἔσται, nempe ex operibus ipsorum. Ficta non durant diu. Ἐκείνων, magorum illorum, qui Mosis obstiterunt.

10. σὺ δὲ — τῇ ὑπομονῇ) *Tu uero exemplum meum sequeris ratione doctrinae etc.* Cicero perfectum Oratorem formans, ut Apostolus noster Christianum doctorem et Episcopum: *Hoc sic primum in praeceptis meis, ut demonstremus quem imitemur, atque ita, ut quae maxime excellent in eo quem imitamur, ea diligentissime persequamur:* ubi et *persequi* plane est, quod hoc Pauli loco παρακολυθεῖν, et *quae maxime in eo excellabant*, erant, Paulo recitante ipso, ἡ αὐτῆ διδασκαλία, ἡ ἀγωγή etc. Ἀγωγή saepe apud Graecos est *uiuendi ratio, mores, institutum.* Apud Iosephum Ant. XII, I. 1. ἡ πατριος ἀγωγή τῶν ἐθνῶν est *consuetudo institutorum patriorum.* Hesych: ἀγωγή, τρόπος, ἀναστροφή etc. Vnde et 2 Maccab. IV, 16. ὦν τὰς ἀγωγὰς ἐξήλεν. Πρόθεσις, *consilium, intentio, die gute Absicht.* Saepe uero est etiam *uitae genus*, quod sibi aliquis delegit. Glossarium: *Intentione σκοπῶ, προθέσει.* Vulgatus: *propositum*, eo sensu, quo Plinius hac uoce utitur Lib. V. Epist. 14. Idem in Panegyrico: *Ita congruens uitae tenor, ita una eademque ratio propositi postulabat.* Πίσις, h. 1. uidetur esse *sinceritas in rebus agendis.*

Ἀγάπη, fraternus affectus in Christianos omnes. Ἰστομουνή, *perseuerantia*, in aduersis nempe. Haec aduersam iam explicat.

11. τῶς διωγμοῖς — ὁ κύριος) Ἐν Ἀντιοχείᾳ sc. τῆς Πισιδίας. Tangitur historia Act. XIII, 14. 45. 50. Ἐν Ἰκονίῳ, uide Actor. XIV. Ἐν Λύσειοις, ibidem u. 6. 19q. Καὶ ἐκ πάντων με ἐβόρυσσάτο ὁ κύριος, seruauit me ex omnibus procellis illis, quarum nonnullae mihi praesentem intenterunt mortem. Seruauit me Christus rebus maioribus.

12. καὶ πάντες — διωχθήσονται) Καὶ πάντες, intellige ex proxime praecedentibus, ac si scripsisset: καὶ ἔ μόνον ἐγὼ, ἀλλὰ καὶ πάντες etc. Ἐυσεβῶς ζῆν ἐν χριστῷ Ἰησοῦ, *pie uiuere conuenienter doctrinae Christi*, ut Christianos decet.

13. πονηροὶ — τὸ χεῖρον) Γόητες, *blandidici, deceptores*. Intelliguntur falsi illi doctores, de quibus haecenus dixerat Apostolus. Sic φιλόσοφοι γόητες Lib. VIII. apud Philostratum, et Orat. 6. apud Iulianum. Pythagoras γόης, dictus apud Iamblichum. Suidas: γόης, κόλαξ, πλάνος, ἀπατεῶν. Hesychius: καταγοητεύων, ἀπατῶν. Προκόψουσιν ἐπὶ τὸ χεῖρον, Vulgatus: *proficient in peius*; nam et latina uox *proficere*, et graeca προκόπτειν saepe sensu deteriore ponitur. Donatus ad 4. 7. Adolph. *in errore proficere*. Seneca III, 16. de Ira: *proficere in tormentum suum*. Caute uero Apostolus προκόψουσιν posuit; nemo enim repente turpissimus euadit. Πλανῶντες, plebem nempe, et miseris mulierculas: πλανῶμενοι, a Doctori-

Doctōribus, quos sectantur ipsi. Sic Minucius in Octavio: *Falluntur et fallunt.* Iulianus 55. epist. Ἠπατημένοσ ἐξαπατᾶ. Cicero de Caluo Oratore: *Et ipse errabat, et alios etiam errare cogebat.*

14. οὐ δὲ — ἐπισώθης) Similis admonitio I Tim. IV, 16. Καὶ ἐπισώθης, pro καὶ ἅ ἐπισώθης. Constructio κατὰ σύλληψιν, de quibus firmiter persuasus es. Heisychius: πεισθεὶς, πισυθεὶς. Idem, ἐπισώθῃ, ἐπέσθῃ, ἐπληροφορήθῃ. Glossae: ἐπισώθης, μετὰ πληροφορίας ἔμαθες. εἰδώς — ἔμαθες) *Cogitans et perpendens, quis is sit, a quo didiceris.* Didicisti nempe a me, qui tibi λογικὸν ἄδολον γάλα, nullis Iudaismi, nullis philosophicae uanitatis nugis corruptum, propinaui.

15. καὶ ὅτι — οἶδας) Ἱερὰ γράμματα, Sacra Scriptura V. T. ut saepe apud Iosephum et Philonem. Sic e. g. Iosephus L. I. c. Apion, §. 8. δῆλον δ' ἐστὶν ἔργοις, πῶς ἡμεῖς τοῖς ἰδίοις γράμμασι πεπιστεύκαμεν. Ἀπὸ βρέφους, a puero, ex more gentis suae. Iosephus L. II. c. Apion. de Hebraeis: ἀπὸ τῆς πρώτης ἐυθύς αἰσθήσεως αὐτῆς (nempe νόμος Μωϋσέως) ἐκμανθάνοντες. Philo de Legatione: Θεόχρηστα λόγια τῶν νόμων εἶναι ὑπολαμβάνοντες. Καὶ τῆτο ἐν πρώτῃς ἡλικίας τὸ μάθημα παιδευθέντες. τὰ δυνάμενα — Ἱησῶ) *Quae (sacra Scripta) te possunt instituere ad salutem, quae per religionem Christi offertur.* Σοφίζειν, docere, instituere, ut Thomas Magister explicat. Vaticinia enim, et omnis oeconomia Dei in V. T. ad Christum tendunt. Quapropter Iesus et Apostoli saepe nexum huius nouae religionis cum V. T. indicant. Io. V, 39. Sic Act. XVII, 2. 3. de Paulo Apostolo: ἀπὸ τῶν γραφῶν διανοίγων καὶ παρατιθέμενος,

ὅτι τὸν Χριστὸν ἔδει παθεῖν etc. XVIII, 28. ἐπιδεικνύς διὰ τῶν γραφῶν, εἶναι τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν. XXVIII, 23, πείθων τε αὐτὸς τὰ περὶ τῆς Ἰησοῦ, ἀπὸ τε τῆς νόμου Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν. Instruunt igitur Scripturae V. T. ad salutem aeternam, praecipue ideo, quia confirmant, Iesum Nazarenum esse uerum Messiam. Habent uero et alios usus, ut statim sequitur.

16. πᾶσα γραφή — ἐν δικαιοσύνη) Quae de constructione et sensu horum uerborum nostris temporibus disputata sint, multis explicare, huius loci non est. Plurimi recentiorum interpretum post θεόπνευστος suppleuerunt εἰς, ut sensus sit; *Tota Scriptura V. T. est a Deo inspirata.* Sed contexto sermoni conuenientior mihi uidetur sententia eorum, qui cum Syro, Camerario, et aliis bonae notae interpretibus ita connectunt uerba: *Omnis scriptura, Deo inspirante consignata, est etiam utilis* etc. ut καὶ significet: *etiam*, quod ualde frequens. Camerarius: καὶ ὠφελιμος. ἔλλειψις τῆς εἰς, et καὶ ἀσχητικῶς ponitur: *Scriptura spiritus diuini ad hoc etiam utilis est, i. e. prodest, nempe ad doctrinam, ad coarguendum, et cetera quae ἀσυνδέτως adduntur.* Haec Camerarius. Erasmus hunc locum ita παραφράζει: *Imo tota scriptura, quae nobis non humano ingenio, sed diuini spiritus afflatu prodita est, magnam habet utilitatem* etc. θεόπνευστος, *Deo inspirante litteris consignata.* Syrus: כל כתב דכרוחא אתכתב כל כתב דכרוחא אתכתב (i. e. Spiritu inspirante) scripta est. Vocabulum θεόπνευστος, alias inusitatum, ex Etymologia uix explicari potest. Videtur autem θεόπνευστος loqui uel scribere idem esse ac יהוה ברוח יהוה loqui uel

uel scribere, quam Phrasin Hebraeis familiarem Paulus nouo uocabulo expressit. Erit igitur γραφή θεόπνευτος, quae uel iubente, uel operante et argumentum suppeditante Deo consignata est. Est autem haec scriptura utilis πρὸς ἔλεγχον, לתוכח, ut in Prouerbiis aliquoties, ad monitrandam turpitudinem grauiorum criminum; ad castigationem. Πρὸς ἐπανόρθωσιν, nempe ἡθῶν, ad correctionem; unde et Hesychio ἡθικὴ φιλοσοφία, ἡθῶν διορθωτικὴ. Glossae: ἐπανόρθωσις, correctio, emendatio. Πρὸς παιδείαν τὴν ἐν δικαιοσύνῃ, i. e. ad instituendos homines in uirtute, praecipue eos, qui iam bene coepere.

17. ἵνα ἄρτιος — ἐξηρτισμένος) i. e. *Vt se perficere* (ex ea Scriptura) *doctor Euangelii possit, et instrui ad munus suum obeundum.* *Ανθρώποι θεῶ in V. T. dicebantur prophetae; in N. T. ita uocantur doctores Euangelii. Πᾶν ἔργον ἀγαθὸν h. l. est, quicquid pertinet ad munus doctoris recte obeundum, ut ipse contextus docet. De Socrate Apuleius: *Vir apprime perfectus — ad omnia sibi congruentia officia promptus.*

Caput IV.

Ι. Διαμαρτύρομαι — νεκρῶς) Cf. I Tim. V, 21. Hic addit: τῷ μέλλοντος κρίνειν ζῶντας καὶ νεκρῶς, ad exprimendam maiestatem Christi. Ζῶντας, eos, qui tum uiuent; νεκρῶς, omnes tanta saeculorum serie praemortuos, κσκοιμημένους. κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν — αὐτῷ) Κατὰ, pro ἐν hic tempus significat. Syrus non male hoc explicat per Hendiadin, quasi esset κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς βασιλείας αὐτῷ. Regnat quidem iam Christus, sed re-

gnum eius nunc nondum ita apparet, ut tunc apparebit. Pro κατὰ legunt καὶ Codices nonnulli satis uetusti, cum uersionibus nonnullis et Patribus, ut Paulus obtestetur Timotheum etiam per aduentum Christi ultimum, et felicitatem aeternam.

2. κήρυξον τὸν λόγον) *Praedica doctrinam*; nam λόγος h. l. est *doctrina*, τὸ εὐαγγέλιον. Hoc ideo inculcat Paulus, quod uidebat, Timotheum posse timidiores fieri, propter mala, quae ipse Paulus et alii ferebant. ἐπίσκηθι εὐκαίρως, ἀκαίρως) *Insta assidue, omni tempore, siue opportunum tibi fuerit, siue non opportunum, i. e. siue molestum siue commodum fuerit.* Referendum est hoc ad Timotheum, non ad auditores. Omnino enim doctorem oportet occasione et opportunitate uti, si quid efficere uelit. *Instare rei est, eam assidue tractare.* ἔλεξον — καὶ διδασχῆ) Ἐλεξον, ostende flagitiosus, quam agant turpia. Ἐπιτίμησον, minus malos uerbis castiga. Παρακάλεσον, hortare eos, qui bene coeperunt. *Plutarchus de Liberor. educ. de cordatis patribus: διδάσκοντας, ἀπειλῶντας, δεομένους, συμβελεύοντας.* Gellius V, 1. de Philosopho: *Quum hortatur, monet, suadet, obiurgat.* Seneca I, 14. de Ira: *Corrigendus est qui peccat, et admonitione, et ui, et molliter, et aspere.* Ἐν πάσῃ μακροθυμίᾳ καὶ διδασχῆ, i. e. ἐν πάσῃ διδασχῆ μακροθύμῳ uel ἐν πάσῃ διδασχῆς μακροθυμίᾳ. docendo eos leniter, cum omni lenitate in instituendo.

3. ἔσαι γὰρ — ἀνέξονται) *Erit enim tempus, quo multi salubris doctrinae impatientes erunt, quia nempe ostendet iis peccata ipsorum, flagellabitque conscientias.* Ifo-
crates

crates ad Demonicum : τὸς πλείους ἐυρήσομεν, ὥσπερ τῶν τιτῶν, τοῖς ἡδίκοις μᾶλλον ἢ τοῖς ὑγίαινοτάτοις χάριοντας. Ὅσοι ἀνέξονται, non sustinebunt etc. Hesychius : ἐκ ἀνέχουσαι, εἰ καταδέχομαι. ἀλλὰ κατὰ — τὴν ἀκοήν) Sed multos quaerent doctores, qui doceant, quae arrideant cupiditatibus suis, quia nonnisi sibi grata audire uolunt. Ἐαυτοῖς ἐπισωρεύουσι διδασκάλους, multos quaerent, et reperient tales doctores; proprie cumulabunt. Κνηθόμενοι τὴν ἀκοήν, e. i. κατὰ τ. ἀκ. Hesychius : ζητῶντες τι ἀκούσαι καθ' ἡδονήν. Eleganter autem Apostolus eos prurire dicit auribus, qui sermones quaerunt, uitia sua titillantes. Ammianus Lib. XVIII. de Auditoribus quibusdam: aurium delinimenta captantes. Quintilianus Lib. XI. Sunt quidam, qui secundum alia uitae uitia, etiam hac, ubique audiendi quod aures mulceat uoluptate, ducantur.

4. καὶ ἀπὸ — ἐκτραπήσονται) Vt olim Athenienses, qui Demostheni de communi salute loquenti obturbabant, fabulam de umbra afini inceptantem attente audiebant. Isocrates : δεῖ τὸς βελομένους ἢ ποιεῖν ἢ γράφειν τι κεχαρισμένου τοῖς πολλοῖς, μὴ τὸς ὀφελιμωτάτους τῶν λόγων ζητεῖν, ἀλλὰ τὸς μυθωδεστάτους. Aptum autem τοῖς μύθοις antitheton ἡ ἀλήθεια, uera Euangelii doctrina. Est μῦθος enim ψευδὴς λόγος τὴν ἀλήθειαν εἰκονίζων, ut docent nos Hesychius, Suidas et alii apud Graecos magistri.

5. σὺ δὲ — πληροφορήσον) Νῆφε, i. e. attentus esto. Ἐν παντί, in omnibus rebus. Κακοπάθησον, noli absterri ullis malis. Vide supra II, 3. Ἔργον ποιήσον εὐαγγελισῶ, fac, quod officium est adiutoris Apostolorum. Τὴν διακονίαν σε πληροφορήσον, omnes partes

muneris tui exple. Est enim πληροφορεῖν si etymologiam spectes, *plenam mensuram reddere.*

6. ἐγὼ γὰρ ἤδη σπένδομαι) i. e. sum ἐπιθανάτιος. Mortem dicit instare sibi, et quidem uiolentam. Τὸ σπένδομαι a ritu uini infusi uictimis iam maectandis desumptum. Τὸ ἤδη mortem de proximo propinquantem notat. καὶ ὁ καιρὸς — ἐφέστηκε) *Et tempus mortis meae iam instat.* Ἀνάλυσσις proprie est *abitus, discessus*, e. g. ἀνάλυσσις ἐκ συμποσιῶν, *discessus e conuiuio*; translate autem mors, *discessus e uita.* Philo in Flacc. p. 991. C. dicit, terram hominibus et terrestribus omnibus, non per uitam solum, uerum etiam in morte esse aptissimam, ἵνα ἡ αὐτὴ καὶ τὴν πρῶτην ὑποδέχεται γένεσιν, καὶ τὴν ἐκ τῆ βίης τελευταίαν ἀνάλυσιν, *ut quae nascentes excepit, eadem discedentes e uita recipiat* Vult autem hoc Paulus: Eo pressius, fili Timothee, te moneo ista, eoque diligentius tu meis monitis incumbere, quia instat tempus, quo auxilium non habebis a me. Non temere autem Paulus ἐφέστηκε non ἐφίσησι dixit. Virgilius X. *Etiam sua Turnum fata uocant, metasque dati peruenit ad aevi.* Ad quem locum Seruius: *Ad exprimendum celerem mortis aduentum praeterito usus est tempore.*

7. τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν ἠγώνισμαι) Cf. dicta ad I Tim. VI, 12. Hoc loco autem ἀγωνίζεσθαι est ἀγῶνα διαγωνίζεσθαι. Loquitur enim tanquam de certamine confecto, de homine iam e uiuis abituro, et cui nihil amplius laboris, at laboris praemium superesset. Lucilius: *Vicinus, o socii, et magnam pugnauius pugnam.* τὸν δρόμου τετέλεκα) *Adest spatii ultima meta meis.* Act. XX,

24. Τὸν δρόμον, uitae scilicet. τὴν πίσιν τετήρησον) *Seruaui fidem, s. fidelitatem; uirum bonum et integrum me praeftiti.* Est oppositum τὰ ἀθετεῖν s. ἀρνεῖσθαι πίσιν, *fidem spernere, mutare, I Tim. V, 8. 12.* Sic Diodorus Siculus *excerpt. Vales.* opponit phrasas τὴν δοθεῖσαν πίσιν ἀθετεῖν, et τὰς δοθεῖσας πίσεις τηρεῖν.

8. λοιπὸν — εἰφανος) *Quod superest, paratum est mihi praemium aeternae felicitatis, bonis promissum.* Corona uocatur aeterna illa beatitudo etiam Iac. I, 12. I Petr. V, 4. et aliis locis, comparatione desumpta a corona, quae dari solita est uictoribus in certaminibus. Hesychius: ἀποκεῖται, ἡτοίμασαι. Proprie ἀποκεῖσθαι dicuntur τὰ ἄθλα, s. *praemia certaminis*, quae publice proponuntur, ut eorum aspectus certaturos alacriores reddat ad certamen ineundum, uictoriamque reportandam. Ioseph. VI, 14. 7. τῆς δόξης αὐτοῖς ἀποκειμένης. Δικαιοσύνης, *uirtus*, ut saepe. Hic autem abstractum pro concreto positum, et τῆς δικαιοσύνης εἰφανος, *est praemium uirtute praeditis promissum.* ὃν ἀποδώσει — κριτῆς) Ipse qui probatam uoluit constantiam meam. Ille iustus, qui coronas, quod solet populus, ad immeritos non defert, nec ut ludicrorum spectaculorum Iudices, aut ambitu aut gratia uincibilis. πᾶσι — ἐπιφάνειαν αὐτῆ) *Omnibus, qui laeti aduentum eius expectant.* Ἀγαπᾶν h. l. ponitur pro ἔβη, quod etiam per ἔυχισθαι et per ἐπιθυμεῖν uestitur, *exoptare.* Dixit autem ἡγαπηκόσι, non ἀγαπῶσι, animum referens ad tempus illud iudicii; quasi dicat: qui tunc deprehendentur aduentum eius sperasse. Addit hoc Apo-

stolus, ut et alios excitet ad pietatis certamen, sub spe communis praemii.

9. σπέδασον — ταχέως) Nempe Romam. Ita et Tit. III, 12

10. Δημᾶς — αἰῶνα) Supple μᾶλλον ἢ ἐμὲ. uel μᾶλλον ἢ τὴν τῷ χριστῷ διακονίαν. *Demas me deseruit, magis studiosus huius uitae commodorum, quam caussae Euangelii.* Με ἐγκατέλειπεν, laboris nempe et periculorum fugiens. Ἀγαπήσας τὸν νῦν αἰῶνα, factus υἱὸς τῷ αἰῶνος τῷ, Luc. XVI, 8. ἐμπλεκόμενος ταῖς τῷ βίῃ πραγματείαις, ut 2 Tim. II, 2. Videtur dedisse operam ex mercatura opibus congerendis, quia Theffalonicam profectus esse, statim dicitur. Δημᾶς ut multis uidetur, est curtatum nomen ex Δημήτριος. Κρήσκης — δαλματίαν) Vterque, ut uidetur, propagandi Euangelii caussa. Κρήσκης, *Crescens*; Graeci enim, qui nulla nomina habent in ens definitia, scribunt: Πύδης, Κλήμης, pro *Pudens, Clemens*. Fuit hic Crescens forsan unus ex Caesaris domo, Phil. IV, 22. forte et is ipse Neronis libertus, cuius meminit Tacitus Lib. I. Historiarum.

11. Λευκᾶς — εἰς διακονίαν) Lucas post iter illud, quod sine Aetorum descripsit, mansit in Italia cum Paulo, Col. IV, 14. Μάρκον, nempe Barnabae consanguineum, cuius in Aetis fit mentio. Εἰς διακονίαν, nempe Euangelii, forte ob latini sermonis consuetudinem.

13. τὸν φελόνην — μεμβράνας) Φελόνης, Φαιλόνης, ut ab aliis scribitur, uel est *poenula*, φαυδλής, uel *arcula libraria*, ut Syrus explicauit. Hesychius: Φαιλόνης, εἰλητάριον

τάριον μεμβράνιον, ἢ γλωσσόκομον, inuolucrum membranaceum, aut crumena siue locus. Hanc significationem satis prolixè huic loco uindicare studet *Moldenhauerus*. Τὰς μεμβράνας, in quibus scripserat forte, quae in usum suum ex Lege, Prophetis et aliis libris excerpserat. Frequens temporibus iis, ut et secutis, membranarum usus: unde et *membranas*, res a se in membranis scriptas nonnulli uocauerunt. Μεμβράνη e Graeco in Latinum transit. Licentia pari apud Pollucem Plato Comicus τὰς χάρτας dixit.

14. Ἀλέξανδρος — ἐνεδείξατο) Actor. XIX, 33. I Tim. I, 20. Vulgatus: *Alexander aerarius*, i. e. faber aerarius. Ἐνεδείξατο *ostendit*, i. e. fecit. Δεικνύειν et δεικνύσθαι, siue simpliciter, siue per compositionem enunciatae, sunt uoces mediae; legimus enim in hymno trium puerorum et aliis locis κακὰ ἐνδεικνύμενοι, contra autem Pf. VI, 6. ἕγαθὰ δεικνύειν. ἀποδῶν — ἔργα αὐτῆς) Alii legunt ἀποδώσει, quasi non imprecantis sint haec uerba, sed praedicentis. Certum est autem, optimos etiam uiros, quum aut Dei causa ageretur sola, aut cum insignibus in eorum personas iniuriis coniuncta, ab hac et similibus formulis non temperasse. Ita haec Pauli intellexit apud Photium Eulogius Alexandrinus, addens, haec Apostolum Alexandro imprecatum fuisse διὰ τὸ ἀμεταμίλητον καὶ ἀνεπίστροφον τῆς μοχθηρίας αὐτῆς.

15. ὅν καὶ — λόγοις) *Cave eum*, ut periculosa consuetudinis hominem. Plutarchus in Pyrrhi uita: οὐ φουλάττε τὸν ἄνδρα. Addit etiam rationem Apostolus, cur ab

Alexandro cauendum fit. Obstitit meae doctrinae, idem tibi facturus, si quam ansam inuenerit.

16. ἐν τῇ πρώτῃ — ἐγκατέλιπον) Πρώτη ἀπολογία h. 1. est tempus illud, quo Paulus Romae fuit in carcere, ut coram Nerone causam suam ageret. Act. XXVIII. De secunda eius defensione tacent quidem libri sacri; sed Eusebius et alii Patres referunt, Paulum secunda uice Romam uenisse, atque quum causam suam egisset, supplicio interemtum esse. Sine dubio in hac secunda defensione epistolam hanc scripsit Paulus. Cap. I, 12. 16. Συμπαράγινεσθαι hic est, quod Apuleio (causam itidem capitis, ut ille finxit, agenti,) *assistendi solatium perhibere*. Latine satis autem Vulgatus: *Nemo adfuit mihi*. Donatus ad Terentium: *Adesse dicuntur amici aut aduocati in foro periclitantibus*. Paulum ἐγκατέλιπον, quia capitis periclitabatur. Auctor ad Herennium 4. *Vt hirundines aestiuo tempore praesto sunt, frigore pulsae recedunt; ita falsi amici sereno uitae tempore praesto sunt; simulatque hiemem fortunae uiderint, deuolant omnes*. Ἀπολογεῖσθαι dicitur reus, quum causam dicit.

17. ὁ δὲ κύριος — πληροφορηθῆ) *Dominus autem mihi fuit auxilio, et uires mihi largitus est, ut Euangelii ueritas per me confirmaretur*. Παρέσθη, effecit, ne me ab illis desolatum sentirem. Ὁ κύριος, Christus. Aptè autem ἐνεδυνάμωσε de homine uerba publice facturo. Act. I, 18. Amicus ad Aristidem Rhetorem a Numine suo declamare iussum: ἀγώνισαι πάσῃ προθυμίᾳ, δυνάμει δὲ μελήσει τῷ θεῷ. Πληροφορεῖν, *plenam fidem facere, ueritatem aliquius rei confirmare*. καὶ ἀκίση πάντα τὰ ἔθνη) Multi

ex diuersiffimis gentibus, quibus in aula negotium erat. καὶ ἐβρύσθην ἐκ σόματος λέοντος) Λέοντος, Neronis, cui non ob potentiam solum, sed uel magis ob eximiam feritatem Leonis cognomen inditum. De eodem Apollonius apud Philostratum: Λέοντες μὲν κολακευόμενοι ἡμερῶνται, τὰ δὲ ὑπὸ τῶν καταψηχόντων ἐπαιρόμενον, ἀγριώτερον αὐτῶ γίνεται. Ἐκ σόματος, uel ἐκ βρυγμῶ λέοντος βύεσθαι, prouerbiale est. Quare nonnulli interpretantur: Maximo periculo ereptus sum. In uerbis porro Apostoli Pricaeus putat metathesin latere, et naturalem ordinem eorum huiusmodi esse: καὶ ἐνεδυνάμωσέ με, καὶ ἐβρύσθην ἐκ σόματος λέοντος, ἵνα δι' ἐμῶ τὸ κήρυγμα πληροφορηθῆ, ut ita causam addat, cur Deus illum liberatum uoluerit.

18. καὶ βύεσθαι με — πονηρῶ) Imitatus uidetur David 1 Reg. XVII, 37. uerba: κύριος ὁς ἐξέλειτό με ἐκ σόματος λέοντος — αὐτὸς ἐξελεῖτάί με ἐκ χειρὸς τοῦ ἀλλοφύλου τούτου. Cf. 2 Cor. I, 10. Ἀπὸ παντὸς ἔργου πονηρῶ multi intelligunt de indigno quouis facinore, quod in se Apostolus admittere possit; alii uero de facinore quouis, quod in eum falsi fratres aut nominis Christiani hostes machinari possent. Forte etiam omnes huius uitae calamitates possent intelligi. καὶ σώσει — ἐπεράνιον) *Et saluum me perducet in coeleste suum regnum.* Σώζεσθαι εἰς τόπον τινὰ saluum perducι, euadere uoce passiuā, non rarum est scriptoribus. Polybius L. III, c. 117. εἰς τὰς πόλεις ἐσώθησαν, et Lib. II, c. 11. εἰς τὸν ῥίζωνα διεσώθη. Euripides Iphig. in Tauris u. 1068. σώσω σ' ἐς Ἑλλάδα, saluam te perducam in Graeciam.

19. ἀπασαι — οἶκον) *Priscillam et Aquilam* Paulus Ephesi reliquerat, Act. XVIII, 19. *Onesiphori familiam.* E uiuis enim excefferat Onesiphorus, quum haec Paulus scripsit.

20. Ἐρασος — ἀσθενῆντα) *Erastus* urbis Corinthi erat arcarius, Rom. XVI, 23. Fuerat in Macedoniam missus a Paulo, Act. XIX, 22. deinde Corinthum redierat, ibique manserat, nec uenerat Romam. *Trophimus* erat Ephesius, Act. XX, 4. XXI, 29. Is Paulum comitatus erat Hierosolyma usque.

21. σπέδασον πρὸ χειμῶνος ἐλθεῖν) Nempe Romam, supra cf. a. 9. Hic uero Paulus addit *ante hyemem*, quia periculosa est hyeme nauigatio. ἀσπάζεται — πάντες) Πύδης, *Pudens* ut supra u. 10. iam monuimus. Ἀῆνος, *Presbyter* Romae. Meminere *Clemens* Constitutionibus Apostol. Irenaeus III, 3. Eusebius III, 2. 4. et alii. οἱ ἀδελφοὶ πάντες, *omnes Christiani*, qui multi iam erant Romae, ut apparet Rom. I, 8. Phil. IV, 22.

22. ὁ κύριος — πνεύματος σε) Vide ad Gal. VI, 18.



SCHOLIA

IN

EPISTOLAM AD TITUM.



Titus parentibus ortus ethnicis, Gal. II, 3. Comes fuit Pauli in multis itineribus; sed patriam eius ignoramus. Functum eum esse munere episcopi, uel metropolitae, ex hac ipsa epistola discimus. Quo tempore uero, et quo loco scripta sit epistola, incertum est. Vide Illustr. Michaelis Introductio in N. T. §. 191. Erant in Creta multi Iudaei, qui etiam hic, ut in aliis locis, aduersarii erant religionis, c. I, 10. 14.

Caput I.

I. Κατὰ πίσιν — εὐσέβειαν) *Ad propagandam religionem, quam Christiani profitentur, et maiorem cognitionem doctrinae uerissimae, quae uiam ad pietatem uirtutemque monstrat.* Ἐκλεκτοὶ θεῶ, a Deo selecti, sunt Christiani. Πίσιν ἐκλεκτῶν θεῶ uero mihi uidetur esse *fides, uel religio, quam profitentur Christiani.* Κατὰ h. l. significat finem, ad quem tendebat munus Apostolicum. Ἀλήθεια ἡ κατ' εὐσέβειαν, *ueritas, i. e. doctrina uerissima, quae uiam*

uiam monstrat ad ueram uirtutem; nam Κατὰ et hic finem indicat.

2. ἐπ' ἐλπίδι — αἰωνίων) Ἐπ' ἐλπίδι, pro ἐν ἐλπίδι, ut Act. II, 26. et I Cor. IX, 10. Ὁ ἀψευδὴς Θεός, *Deus qui non mentitur*, i. e. fallere nescius, ἀπαράλογος. Πρὸ χρόνων αἰωνίων, *ab antiquissimis temporibus*, ante multa secula. Ἐπηγγείλατο uidetur hic esse: *obscurius promisit*, in oppositione ad ἐφανέρωσε u. 3. In V. T. quidem uita aeterna non est promissa expressis uerbis; promissa sunt uero multa et maxima bona per Messiam expectanda, quorum maximum est certissima spes aeternae felicitatis. πρὸ χρόνων αἰωνίων possumus etiam uertere: *ab aeterno*. Tum ἐπηγγείλατο significat: *promisit mente et animo*, destinauit et decreuit illam felicitatem ab aeterno.

3. ἐφανέρωσε — ἡμῶν Θεῶ) *Apertius autem declarauit promissionem suam tempore a se constituto, et quidem per eam doctrinam, cuius praedicatio demandata est mihi etc.* φανεροῦν h. l. intelligendum mihi uidetur de maiore claritate, qua tempore N. T. declaratae sunt promissiones diuinae, quae antea sub inuolucris quasi latebant. Κήρυγμα, *doctrina, quae publice proponitur*. Καίροῦς ἰδίους, i. e. *καίροῦς ἕς ἐν τῇ ἰδίᾳ ἐξουσίᾳ ἔθετο*, Act. I, 7.

4. Τίτω — πίσιν) Cf. I Tim. I, 2. Κατὰ κοινὴν πίσιν, *respectu fidei, quam habemus communem*.

5. τίττε χάριν — διαταξάμην) *Propterea te reliqui in Creta, ut reliqua pergas ordinare etc.* ea nempe, quae ego ob breuitatem temporis ordinare non potui. Τὸ ἐπὶ in compo-

compositione significat interdum : post alium uenire, et in opere eius immutare quid, aut ei supplementum addere. Τὰ ἐλλείποντα ἐπανορθῆν dixit in Demosthenis uita Plutarchus. Κατὰ πόλιν, *per ciuitates*, oppidatim. Titus praepositus fuerat toti Cretae, quae ob urbium frequentiam olim dicta fuit ἑκατομπολις. Διαταξάμην, nempe inde abiens.

6. εἰ τις — ἀνυπότακτα) Vide I Tim. III, 2. Μὴ ἐν κατηγορίᾳ ἀσωτίας, sc. ὄντα, *qui non accusantur uitae dissolutae*; qui non sunt dissoluti. Ἡ ἀνυπότακτα, *aut non subditos*, nempe parentibus. Qui liberos instituit ad fidem, ad obedientiam et temperantiam, ei merito maius regimen credi debet.

7. δεῖ γὰρ — οἰκονόμον) Θεῶ cum emphasi pronuncian- dum. Si in bonorum caducorum administratione fidelitas requiritur, I Cor. IV, 2. quanto ea magis requiritur in re- rum spiritualium dispensatore! μὴ ἀυθάδη — αἰσχρο- κερδῆ) Ἀυθάδης, *sibi placens*, αὐτοάδης, in cuius gestu, ser- mone, uultu quid tumidum et praefracum apparet, quod est indicium animi plus aequo placentis sibi. Ὀργίλος, *ira- cundus*. Μὴ αἰσχροκερδῆ. Grauiissimis de causis cauit Apostolus, ne talis apud Cretenses ad Episcopatum admo- ueretur. Polyb. L. VI. Καθόλου δὲ περὶ τὴν πλεονεξίαν τρόπος ἔστω ἐπιχωριάζει παρ' αὐτοῖς, ὥστε παρὰ μόνοις τοῖς Κρησὶ τῶν ἀπάντων ἀνθρώπων μηδὲν αἰσχρὸν κέρδος νομίζεσθαι. Cf. I Tim. III, 3.

8. δίκαιον, ὅσιον, ἐγκρατῆ) Δίκαιος, *iustus erga homi- nes*, ὅσιος, *sanctus erga Deum*. Ita enim apud Scripto-

res Graecos nonnunquam haec uocabula distinguuntur: Philo de Abrahamo: *δσιότης πρὸς Θεόν, δικαιοσύνη πρὸς ἄνθρωπος*. Plutarchus in Demetrio: *τὸτο δὲ πρὸς τὸς Θεός, ὄσιον, δικαιοσύνη πρὸς ἄνθρωπος*. Ἐγκρατής, non ad libidinis solius, sed et ad generalem affectuum coercitionem refertur, imo ad continentiam etiam a rebus licitis, ubi fit opus. Iure autem hanc uirtutem in homine tanto muneri adiuuendo requirit Apostolus. Cicero pro Muræna: *Nulla re conciliare facilius beneuolentiam multitudinis possunt ii, qui praesunt, quam abstinentia et continentia*.

9. ἀντέχμενον — λόγῳ) *Firmiter tenentem ueram illam doctrinam, institutioni (Apostolicae, uel meae) conformem*. Κατὰ τὴν διδαχὴν, ab Apostolis nempe, aut Presbyteris in Creta acceptam. *Pricaeus* non male suspicatur ex 2 Tim. I, 13. II, 2. pronomem μὲ etiam hic in contextum recipiendum. Ἀντέχεσθαι autem λόγῳ, *retinere, firmiter tenere doctrinam*, totum se consecrare uerae doctrinae proponendae, est satis graece dictum. Sic Hierocles in carmen aureum: *Φιλίας ἀντέχεσθαι*. Diodorus Sic. L. II. *παιδείας ἀντέχεσθαι*, et τῶν ἐλπίδων ἀντέχεσθαι. In eiusdem fragmentis est etiam ἀντέχεσθαι σώφρονος βίῃ. ἵνα δυνατὸς — ἐλέγχειν) Ἐν τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαίνουσῃ, *per doctrinam salubrem*. Possimus etiam cum *Pricaeo* post ὑγιαίνουσῃ commode supplere uocem μένειν, *hortari eos ad perseuerantiam in sana doctrina*. Τὸς ἀντιλέγοντας intellige omnis generis aduersarios, praecipue autem Iudaeos. Ἐλέγχειν, uel *refutare, uel conuincere διὰ τῶν γραφῶν, τὸν χριστὸν Ἰησοῦν εἶναι*, Act. XVIII, 28.

ΙΟ. εἰσὶ — ἐκ περιτομῆς) Glossarium: ἀνυπότακτος, *indomitus*. Vulgatus bene: *inobedientes*, nempe rectoribus, uel, τῇ διδασκαλίᾳ τῇ ὑγιαίνεισῃ, de qua proxime. Ματαιολόγοι, *uani loqui, leues, futiles, importuni locutores*, ut Gellius I, 15. locutus. φρεναπάται, i. e. κενότῳ λόγοις ἀκατῶντες, Eph. V, 6. τὰς τῶν ἀνάκων καρδίας ἐξαπατῶντες, Rom. XVI, 18.

II. Ἔς δεῖ ἐπισομίζειν) *Quibus fraenum iniiciendum, uel resistendum*; quorum uani loqui nimius inconsultusque cursus moderatrice Episcopi doctrina atque auctoritate ut fraeno inhibendus. Per metaphoram enim hominum rerumque impetus nimii dicuntur ἐπισομίζεσθαι. Sic Philo Lib. II. Allegoriar. p. 89. D. ἐπισομιεῖ γὰρ ὁ λόγος καὶ ἐγκλιώσει τὴν ῥόμην καὶ φορὰν τῆ πάθους, *nam ratio compefcet refraenabitque furorem et impetum cupiditatis*. Suidas: ἐπισομιεῖν, ἐμποδίσαι, κατασχεῖν. In contextus uerbis est inuersio, accipiendumque hoc κείμενον ac si positum esset post κέρδους χάριν. ὀπίσθινος ὄλος δίκης ἀνατρέψει) i. e. totarum familiarum fidem euertunt. Est enim quod 2 Tim. II, 18. τὴν πίσιν ἀνατρέπειν. Sic, *totas domos euertere*, apud Iuuenalem; et *uniuersas familias euertere*, apud Ciceronem. *Domos autem euertebant* φρεναπάται ἱστί, διὰ τῆς χρησολογίας τὰς τῶν ἀνάκων καρδίας ἐξαπατῶντες. διδάσκοντες ἂ μὴ δεῖ) Λιτότης magnam uim exaggerandi habens. Sic in 3. Maccabaico: μηχανώμενος τὰ μὴ συμφέροντα, i. e. maxime pernicioῖσα. In Graeco Ies. LXVI, 4. ἂ ἐκ ἐβελόμενη, i. e. quae uel maxime abominabar.

12. ἔϊπέ τις — προφήτης) Vnus ex eorum Poetis, propheta a suis cultus; quare *propheta* hic potius quam *poeta* uocatur. Intelligitur *Epimenides*, quem uaticinantibus per furorem annumerat Cicero de Diuinatione. *Clinias* apud *Platonem* uocat eum ἄνδρα θετον, et Apuleius *faticum*. Liber eius nomen habebat: περὶ χρησμῶν de *Oraculis*, testibus *Hieronymo*, *Socrate*, *Nicephoro*. Vid. Epiphan. Haer. 42. Dicitur autem Paulo Propheta, quia a suis pro tali habebatur, sicut prophetae Baal. Vox προφητῶν etiam Graecis in usu. Sacerdotes *Ammonis* hoc uocabulo appellat Plutarchus, et inter Latinos *Iulius Tragicus* sic appellauit sanorum antistites, teste *Festo*. Κρηῆτες — ἀργαί) Ouidius: *Non hoc, quae centum continet urbes, Quamuis sit mendax, Creta negare potest*. *Dio-genianus* in *Paroemiis*: Κρητιζεῖν, ἐπὶ τῷ ψεύδεσθαι. Χρησθαὶ Κρητισμῶ, pro *fallere*, apud Plutarchum in *Aemilii uita*. Κακὰ θηρία, *ferinis moribus homines*. *Pollux* IX, 4. *Onomastici*: θηρίων μᾶλλον ἢ ἀνθρώπων πόλις, et ibidem de improbo et rapace publicano: θηρίων ἄμικτον. *Philostratus* in *Heroicis*, de *sycophanta*: θηρίον ἄναιδές. Γασέρες ἀργαί, *pigri, uoluptatibus tantum dediti, fruges consumere nati*. *Ventres* de edacibus ponunt et Graeci et Latini. *Euripides* *Alexandra*: κακῶν δόλων γένος, γαστήρ ἅπαντα. Ἄργαες hic accipe *otiosas*, quasi dicas ἀέργεις, ἐσθίειν, ἀλλ' ἐκ ἐργάζεσθαι θελήσας. Vel ἀργαές, *tardas, pigras, inertes, quales solet ingluuias facere, et pabuli sarcina immoderatus ingesti*. *Iuuenalis*: *Montani quoque uenter adest abdomine tardus*.

13. ἡ μαρτυρία — ἀληθής) Quasi dicat: *Epimenidis* adduxi uerba, non quod sit ipsi multum fidei tribuendum, sed quod id ipsum experientia docuerit me et alios. Posset etiam μαρτυρία esse παροιμία: credible enim est, uerficulum illum transiisse in speciem prouerbii. ἔλεγε αὐτὸς ἀποτόμως) *Admone eos seuerē.* Ἀποτόμως, *seuerē*, nil curans uaniloquorum sermones, aut malignorum susurrations. Hesychius: ἀποτόμως, σκληρῶς. Ἰνα ὑγιαίνωσιν ἐν τῇ πίσει) *Vt doctrinam seruent sanam*, h. e. incorruptam. Metonymice enim *doctrinae* datur nomen fidei.

14. μὴ προσέχοντες — τὴν ἀλήθειαν) *Iudaicas fabulas* intelligit de Messia, rege terreno, de resurrectione priore in his terris, de bello Gog et Magog, de Behemoto et Leuiathano ac similibus. Ἐντολαὶ ἀνθρώπων, leges rituales, quae innumeris praeceptis humanis oneratae fuerunt. Ἀποσρεφόμενων τὴν ἀλήθειαν, *qui spernunt ueritatem*, nam ἀποσρέφειν notat: *aliquid auersari, se auertere, ne aspectu aut odore alicuius rei offendare*, deinde: *spernere*. Matth. V, 42.

15. πάντα μὲν καθαρὰ τοῖς καθαρῶσι) *Qui puro sunt animo, nullis cibis inquinantur.* Apostolus locutus de Iudaicis fabulis, profectis a seductoribus, et praeceptis humanis, speciatim haec addit, de cibis sub Lege interdictis. Si quis probus fuerit, inquit Apostolus, omnibus cibis uti potest, nec ob ciborum in lege Mosis uetitorum usum Deo displicet; quia lex illa non amplius ad eum pertinet. Καθαροῦς, sc. τὴν συνείδησιν, quod patet ex opposito in sequentibus. Glossae: καθαρὸς, *sincerus, mundus, purus.* Plato 4. de Legibus: ἀκάθαρτος τὴν ψυχὴν, δ κακός,

καθαρὸς δὲ γ' ὁ ἐναντίος. τοῖς δὲ — καθαρὸν) *Qui uitae sunt impurae, quacunque re seipsos inquinant, et Deo se exosos reddunt.* Si quis impius fuerit, ob ciborum abstinentiam non placet Deo; non compensabit impietatem ciborum abstinentia. Sirac. XXXIX, 32. πυρὸς, καὶ γάλα, αἷμα σαφυλῆς ταῦτα πάντα τοῖς εὐσεβέσιν εἰς ἀγαθὰ, ἕτως τοῖς ἀμαρτωλοῖς τραπήσεται εἰς κακὰ. ἀλλὰ μεμΐανται — συνείδησις) *Nam et impuras cogitationes animo fouent, et impurae uitae sibi conscii sunt.* Huiusmodi homines rebus omnibus, optimis etiam, ad libidines suas explendas abutuntur.

16. θεὸν — ἀρνῶνται) *Praedicant quidem, se agnoscere uerum Deum, sed abnegant uita et moribus.* Destruunt re, quod ore profitentur. Ἔργοις, malis dogmatibus, et uitae impuritate. Caesār ad seditiones milites suos apud Dionem Cassium: Ὀνομα Ῥωμαίων ἔχοντας, ἔργα δὲ Κελτῶν δρῶντας. βδελυκτοὶ — ἀδόκιμοι) Βδελυκτοὶ ὄντες, *digni, quos omnes exsecrentur*; exosi Deo et hominibus. Ἀδόκιμοι, **סְוִלְסָפּ** inutiles, sicut nummi, qui reiciuntur. Tales sunt profani omnes; etiam si quid faciant, quod oportet, non faciunt, ut oportet.

Caput II.

1. Σὺ δὲ — διδασκαλία) *Tu uero doceto, quae conueniunt cum sana illa disciplina, de qua cap. I, 9. λαλεῖν, docere,* ut Luc. IX, 11. et passim in Epistolis.

2. πρεσβύτας — τῇ πίσει) Πρεσβύτας, *Senes, aetate, non dignitate, quod patet ex com. 3. sq. Νηφάλις, sobrios.* Seneca Controuers. II, 6. *Luxuriosus adolescens peccat,*

peccat, senex insanit. Ad reliqua cf. I Tim. III, 8. Ἵγυαίνοντας τῇ πίσει, cf. supra I, 13.

3. πρεσβύτιδας — καλοδιδασκάλης) Πρεσβύτιδας et hic intellige aetate prouectas. Has oportet esse ἐν κατασῆματι ἱεροπρεπεῖς, conuersatione ea, quae Christianas decet. Vox κατάσημα latius hic sumitur; nec amictum tantum, sed et gestum, incessum, uultum etc. complectitur. Porphyrius de abstin. L. IV. τὸ δὲ σεμνὸν αὐτῶν καὶ ἐκ τῆς κατασῆματος ἑωρᾶτο. Hinc βλέμματι καὶ κινήματι κατασηματικῶς, Plutarchus in Gracchorum uita. Ἱεροπρεπεῖς Vulgatus uertit: *in habitu sancto*, i. e. in habitu, qualis decet Christianos. Μὴ διαβόλους, non criminatrices, ut bene Vulgatus. Μὴ δίνῳ πολλῶ δεδωλωμένους, i. e. ἐαυτὰς δόλος ποιῶντας. Δεδωλωμένον δίνῳ etiam Philostratus II, 14. dixit; et *uino corpus mancipare*, Apuleius. Non temere autem praecipendum hoc ait aetatis prouectioris feminis. Scholiastes uetus Homeri, Iliad. ζ. de anubus loquens: χάρει τῷ δίνῳ ἢ ἡλικία αὐτῆ. Καλοδιδασκάλης, *recta docentes*, magistrae honestatis et uirtutis, quae redant iuniores prudentes, ut sint amantes maritorum, liberorum etc. ut statim dicitur.

4. ἵνα σωφρονίζωσι — φιλοτέκνης) Elliptice, pro: ἵνα σωφρονίζωσι τὰς νέας, διδάσκειν αὐτὰς φιλάνδρους εἶναι. Priora uerba Vulgata sic exprimit: *ut prudentiam doceant adolescentulas. φιλάνδρους εἶναι, ut sint maritorum amantes*, ut Bruti Porcia, quam φίλανδρον Plutarchus uocat. φιλοτέκνης, *liberorum amantes*.

5. σώφρονας — ἀγαθὰς) In glossis: σώφρων γυνὴ *prudica, casta*. Ὀικετρεῖς, *custodes domi*, i. e. *domi se continententes*

tinentes. Quem in sensum L. 31. Cod. de procurat. Mulieres uagare non possunt sine contumelia, aut laesione et nota matrimonialis pudoris. Artemidorus I, 52. ως ἐπὶ τὸ πολὺ δίκερῶσιν αἱ γυναῖκες. Ἄγαθὰς, benignas. ὑποτασσομένας τοῖς ἰδίοις ἀνδράσιν) Passiuum pro Reciproco. Sic in Plutarchi Coniugal. praeceptis: ἐκὺτὰς τοῖς ἀνδράσιν ὑποτάττεισθαι. Artemidor. II, 33. γυναῖκα — τῷ ἀνδρὶ πειθομένην. ἴνα — βλασφημῆται) Ne diffamari possit doctrina diuina; quod facile fieri potuisset, si qua mulier christiana uixisset licentius. Cf. 1 Tim. VI, 1.

6. τὰς νεωτέρους — σωφρονεῖν) Νεωτέρους hic est νέες, ut Io. XXI, 18. Σωφρονεῖν, *caste et sobrie uiuere. A Senioribus ad iuniores moribus formandos transit. Cicero in Catone maiore: Officia non eadem disparibus aetatibus tribuuntur; alia sunt iuuenum, alia constantis aetatis.*

7. ἐν τῇ διδασκαλίᾳ ἀδιαφορίαν) Nil habent, quo regantur hic et sequentes Accusatiui. Supplendum ergo ἐνδεικνύμενος, uel ἀπὸ κοινῆ παρεχόμενος, sed uoce σεαυτῶν omiffa. Pro ἀδιαφορίαν alii Codices legunt ἀφορίαν, quasi dicas: illibatam sinceritatem. λόγον ὑγιᾶ, ἀκατάγνωσον) Doctrinam, in qua non modo nil sit noxium, sed nec quod male accipi possit; quae non possit uituperari.

8. ἴνα — φαῦλον) Ὁ ἐξ ἐναντίας est hic, qui 1 Tim. V, 14. δ ἀντικείμενος, et intelliguntur Iudaei atque Gentiles; nam singularis cum articulo hic ponitur pro plurali numero. τὸ ἐντραπῆ Hieronymus et Ambrosius uertunt *reueratur* non male; qui enim non habet, quod alteri obiciat,

obiiciat, reueretur eum. Alii uertunt: *erubescat, pudefiat*. Pro περι ὑμῶν legendum uidetur περι ἡμῶν, ut habent codices plurimi, Versiones etiam et Patres diuersarum recensionum.

9. δέλεος — μὴ ἀντιλέγοντας) Ante δέλεος repete ex com. 6. παρακάλει. Verba haec iam olim non uno modo interpungi solita nos docet Hieronymus: alii enim ἐν πᾶσιν ad sequens εὐαρέστος retulerunt, alii ad praecedens illud ὑποτάττεσθαι. In sensu quidem nullum est discrimen; prior tamen interpungendi modus praefendus esse uidetur, ut I Cor. X, 33. πάντα πᾶσιν ἀρέσκειν. Ἐν πᾶσιν et hic et alibi apud Apostolum, etsi sono uniuersale, debet accipi restricte, ut nempe excipiantur ea, in quibus honor Dei, Reipublicae salus, nec non alia multa, honori et uoluntati herorum pugnarent. Μὴ ἀντιλέγοντας, non responsatores, ut Plautus loquitur.

10. μὴ νοσφιζομένους — ἀγαθῆν) Hesychius: νοσφιζόμενος, ἀφαιρέμενος, κλεπτόμενος etc. Philo 2 Alleg. p. 66. Ε, ὁ ἑαυτῷ τι προσνέμων, τὰ ἑτέρου νοσφίζεται, qui sibi aliquid tribuit, aliena auertit. Ἀγαθῆν πίστιν, ex Latino: bonam fidem. ἵνα — ἐν πᾶσιν) *Vt religionem christianam commendent, (nempe bonis moribus suis,) apud omnes. Nam ἡ διδασκάλια τῆ σωτηρίας ἡμῶν θεῶ h. l. est religio christiana, et ita uocatur, quia haec doctrina Paulo a Deo erat mandata.*

11. ἐπεφάνη — ἀνθρώποις) Verus uerborum ordo est huiusmodi: ἡ γὰρ χάρις θεῶ ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις, ἐπεφάνη, *bonitas enim summa Dei, salutaris omnibus homini-*

bus, illuxit, i. e. sc. manifestavit. Ἐπιφάνειν de Numinibus dicitur; hinc τὴν τῆς Θεῆς ἐπιφάνειαν Plutarchus dixit in Themistocle. Comparat Apostolus summam bonitatem Dei, per aduentum Messiae conspicuam, astro alicui, quod subito illucet. Ἡ σωτήριος πᾶσιν ἀνθρώποις, quæ salutaris est omnibus hominibus, nempe eam acceptantibus.

12. παιδέυσα — ἐπιθυμίας) Παιδέυσα ἡμᾶς, *adducens nos.* Παιδέυει non est simpliciter *instituire*, sed simul etiam adducere homines ad aliquid, argumenta institutioni addere, et modum ostendere, quo aliquid fieri debeat. Ἀρνησάμενοι, *Abdicantes.* Ἀσεβεία, *impietas*, solet idololatriam sequi, uti apparet ex Ciceronis disputationibus *de natura Deorum.* Κοσμικὰ ἐπιθυμίας dicuntur eae cupiditates, quas maior pars hominum sequitur. Ea enim pars maior saepe in his libris κόσμος uocatur nomine. Vel κοσμικὰς ἐπιθυμίας intellege, τὴν ἐπιθυμίαν τῶν ὀφθαλμῶν, τῆς σαρκὸς, καὶ τὴν τῆς βίης ἀλαζονείαν, quae sunt τὸ πᾶν ἐν τῷ κόσμῳ, ut commode ex I Io. II, 16. Apostolus explicari potest. σοφρόνως — ζωῶν) Tribus uerbis omnes officii nostri partes concludit, σωφρόνως, *sobrie, continenter* erga nos ipsos, δικάως, *iuste*, erga alios homines, ἐυσεβῶς, *pie*, quod attinet officia immediata erga Deum. Sic Dionysius Halicarnass. ἐυσεβεσέρως, δικαιότερως, σωφρονεσέρως, et apud Porphyr. de abstin. IV, σώφρων, ὀσιος, δίκαιος. His tamen generibus officiorum multa alia continentur. Possumus igitur dicere, Paulum hoc tantum uoluisse: Studere debemus officiis omnis generis.

13. προσδεχόμενοι — Ἰησοῦ χριστοῦ) *Expectantes praemium felicitatis aeternae, et tempus id, quo maiestatem suam summam manifestabit magnus Deus et Seruator noster Iesus Christus.* Ἐλπίδα προσδέχεσθαι h. l. metonymice est, expectare id quo spes tendit, nempe praemium uitae aeternae. Sic Iobi II, 9. προσδεχόμενος τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας μου. Ἐπιφάνεια et δόξα sunt uoces de mundanis Potestatibus et honoribus usurpari solitae. Hinc αυτοκρατορικὰ καὶ ἐπιφάνεια apud Philonem in Legatione; unde et ex Antiochis unus Ἐπιφανῆς dictus. In uetere Onomastico et Glossis: ἐπιφανῆς, *illustris, nobilis.* Δόξαν καὶ ἐπιφάνειαν Arrianus III, 22. in Epicetum coniunxit, et τὰ ἐπιφανῆ καὶ πρὸς δόξαν Plutarchus de amore fratris. Ab Apostolo autem eminentiore iure hae uoces de Rege Regum enunciantur. Eadem ratione addit τῷ μεγάλῳ, quia et hic titulus summis terrae potestatibus solebat tribui. Agrippa ad Caium Caesarem iam citato Philonis libro: ὑμεῖς οἱ μεγάλοι etc. Δόξα, *gloria, maiestas.* Videtur autem indicari tempus, quo Deus in aduentu Christi maiestatem suam manifestabit. Dicitur haec Dei et Christi maiestas, quia Deus maiestatem illam Christo tribuit. Alii utrumque praedicatum ad idem subiectum, Christum nempe, referunt; contra quam sententiam uide quae *Moldenhauerus* recte monuit, in annotationibus ad hunc locum.

14. ὃς ἔδωκεν — ἔργων) Ἐδωκεν ἑαυτὸν, *morti se deuouit.* Ἴνα λυτρώσῃται ἡμᾶς ἀπὸ πάσης ἀνομίας, *ut liberaret, abstraheret nos ab omnibus uitiiis et sceleribus.* Cf. 2 Cor. V, 15. Καὶ καθάρσιον ἑαυτῷ λαὸν περιποιήσας, i. e. *et purgatos a uitiiis nos faceret populum sibi*

carissimum. λαδς περιύσιος, הלילד ׀׀׀ populus Iraeliticus saepe uocatur, e. g. Exod. XIX, 5. Deut. VII, 6. XIV, 2. XXVI, 18. ubi LXX. λαδς περιύσιος, (α περιείμι, *superior sum, antecello*,) *populus eximius, praestans*, quem Deus peculiari complectitur fauore. In huius locum successit populus christianus. Ζηλωτήν, ׀׀׀, i. e. uehementer studiosum. Plutarchus in Phocione: ἐπιτηδευμάτων ἀρίστων ζηλωτής. Ἀρετῆς πάσης ζηλωτής est et in Diodori Siculi fragmentis.

15. τᾶντα λάλει — περιφρονείτω) λάλει sumitur ut u. I. *doce*. In Codice Alexandrino hic legitur δίδασκε. Ἐλεγχε, ut supra I, 13. Μετὰ πάσης ἐπιταγῆς, nempe imperans Dei nomine, ut a peccatis abstineant. Μηδεὶς σε περιφρονείτω, i. e. ita te gere, ut a nemine contemni possis. Similis admonitio I Tim. IV, 12. Περιφρονεῖν, *contemnere*, raro occurrit; quare nonnulli codices h. l. habent, καταφρονείτω. Dixit tamen Eunapius in uita Maximi, de Iuliano: δι' ἡλικίαν περιφρονηθεῖς, ubi περιφροναῖσθαι positum, ut in contextu nostro.

Caput III.

I. Ὑπομίνησκε — εἶναι) Vide 2 Tim. II, 14. Ἀρχαῖς καὶ ἐξουσίαις ὑποτάττεσθαι, et *summis et secundis Potestatibus se submittere*. I Petr. II, 14. Simplicius in cap. 38. Epicteti: Πρέπει τοῖς ὄντως ἄρχαις πάντα κείθεσθαι τὸς ἀρχομένους, καὶ ὑπακείν προθύμως. Haec admonitio praecipue Cretenfibus ualde fuit necessaria. Anonymus apud Suidam, uerbo Ἀνέσειον. Οἱ δὲ Κρήτες — ἀνέσειον τὰ πλήθη, παρακαλῶντες ἐξ αἰῶνος παραδεδομένην ἐλευθερίαν φυλάττειν.

Πειθαρχεῖν, *obtemperare, obsequi.* Πρὸς πᾶν ἔργον ἀγαθόν, quasi dicat: non ad impia eorum iussa exsequenda. Ἐτοίμους ἵσ' ποιεῖν Plutarchus habet in Alexandri uita.

2. μηδένα — ἐπεικεῖς) *Conuiciis neminem insectari, non iurgiosos, sed mites esse.* Suidas: ἐπεικῆς, πρᾶος, μέτριος. Phil. IV, 5. πᾶσαν — ἀνθρώπους) Πραότῃται ἐνδείκνυσθαι hic uidetur praecipue esse, obstinatos et ueritati fidei obstrepentes, mansuete et patienter instruere, quod 2 Tim. II, 25. ἐν πραότητι τὸς ἀντιδιατιθεμένους παιδεύειν. Vt sic accipiantur haec uerba, monent quae statim sequuntur.

3. ἤμεν γὰρ — μισῶντες ἀλλήλους) Hoc pertinet ad tolerandos eos, qui fidei contradicunt. Eramus enim et nos quales nunc illi. Cf. Gal. IV, 3. Eph. II, 3. II. 12. I Cor. VI, 11. Plinius, amicum iuniorem monens, ne filium suum nimis rigide tractaret: *Cogita illum puerum esse, et te fuisse.* Ἡμεῖς dicit Paulus, per κοίνωσιν satis ipsi familiarem, intelligens eos, qui gentiles antea fuerant. Ἀπειθεῖς, nempe τῷ θεῷ, uel ueritati, i. e. Euangelio. Πλανώμενοι, *errabundi*; uidetur enim non tam actus quam status errationis denotari. Δελεύοντες ἐπιθυμίαις καὶ ἡδοναῖς ποικίλαις, i. e. ἐπιθυμίαις ἡδονῶν. Δελεύοντες, *addicti, mancipati.* In Epistola Pythagorae ad Hieronem: ἡδοναὶ δελεῦνται ψυχὰς ἀσθεῶν ἀνθρώπων. Hinc *seruum uitiiis pectus*, apud Ouidium, Remed. amor. I. Ἐν πακίᾳ καὶ φθόνῳ διάγοντες, sc. τὸν βίον. Sic ἐν πότοις καὶ κύβοις διάγειν dixit Plutarchus in Demetrio, et ἐν δίνῳ διάγειν, idem in Catone. Στυγῆτοί, *digni odio.*
Glos

Glossarium: *detestabilis*, συγγητός. Μισῶντες ἀλλή-
 λους, ut Maximus Tyrius Differt. 36. μισῶντες καὶ
 μισῶμενοι.

4. ὅτε δὲ — θεῷ) Φιλανθρωπία, *amor in humanum
 genus*. Χρηστότητα et Φιλανθρωπίαν coniungere so-
 lent etiam Profani Scriptores, e. g. Plutarchus in Cice-
 ronis uita, Philo de Vit. Mos. I. p. 633. C. Legat. ad
 Cai. p. 1002. C. Τῷ σωτήριος ἡμῶν θεῷ, ὅς πάντας ἄν-
 θρώπους σωθῆναι θέλει.

5. ἔκ ἐξ ἔργων — πνεύματος ἁγίου) *Felicitatis fecit nos
 participes, non propter merita bonorum operum, quae per-
 petrauissemus, sed ex mera gratia et benignitate, et qui-
 dem per baptismum, quo obligamur ad mentis mutationem
 et emendationem illam, quam Spiritus sanctus (per doctri-
 nam Christi) in nobis efficit. Οὐκ ἐξ ἔργων τῶν ἐν δι-
 καιοσύνῃ, sc. ὄντων, uel γενομένων, non propter bene et
 recte facta; nam antea fueramus inscii et improbi, u. 3.
 Ἐκ, propter. Ἐσωσεν ἡμᾶς, ad felicitatem nos ad-
 duxit. Felicitatis nomine autem comprehenditur quicquid
 bonorum per religionem Christianam accipiunt Christiani.
 Λύτρον nihil aliud esse nisi baptismum, facile intelligi-
 tur. Vocatur autem λύτρον παλιγγενεσίας, quia illi, qui
 suscipiunt baptismum, profitentur se uelle nunc esse et
 manere Christianos, et e uitiosis meliores fieri. Notan-
 dum est, Paulum loqui de baptismo adultorum hominum,
 qui paene soli tum baptizabantur. Hos admonet Apo-
 stolus, ut cogitent, se baptizatos, et hoc solemni ritu pu-
 blice professos esse, se uelle nouos et meliores homines
 esse. Praeterea quoque baptismus uocatur Λύτρον τῆς*

ἀνακα-

ἀνακαινώσεως πνεύματος ἁγίου, *lauacrum, quo obligamur ad mentis renouationem uel emendationem, cuius auctor est spiritus sanctus, hanc emendationem per doctrinam Christi in nobis efficiens.* Παλιγγενεσία h. l. est totius hominis qua mentem et uitam uniuersā mutatio, et quidem in melius. Nunc de Spiritu pergit Apostolus :

6. ὃ ἐξέχεεν ἐφ' ἡμᾶς πλεσίως) *Cuius dona largissima accepimus.* Ἐκχέω, saepe est *largiter impertior.* Sirac. XVIII, II. ἐξέχεεν αὐτὴν (σοφίαν) ἐπὶ πάντα τὰ ἔργα αὐτῆ. Sic *effuse donare* Cicero in Orat. pro Coelio, et pro Roscio Amerino. Πνεῦμα ἅγιον autem hic, ut saepius denotat dona Spiritus diuini. Διὰ Ἰησοῦ χριστοῦ, *propter I. Christum, i. e. per religionem Christianam, dum nos ad eam accedimus.*

7. ἵνα δικαιωθέντες — ζωῆς αἰωνίης) *Vt beneficio eius probi redditi, participes fiamus aeternae felicitatis, quam speramus.* Δικαιωθέντες, *tales facti, quales esse debemus, i. e. sancti et probi.* De remissione peccatorum h. l. non uidetur esse sermo; nam omnia quae praecedunt et sequuntur, referenda sunt ad uitae sanctitatem, et morum puritatem. Eodem sensu uerbum δικαιωθέντες sumitur I Cor. VI, II. Κατ' ἐλπίδα, *prouti speramus.*

8. πιστός ὁ λόγος) *Verissimum est, quod hic dico; nempe de illo beneficio diuino erga nos, et obligatione nostra erga alios inde nata, ut nempe alios etiam, qui nunc sunt improbi, nostro studio adducamus ad sanctitatem.*

καὶ περὶ — τῷ θεῷ) *Et hoc uolo confirmes, operam dandam esse Christianis, ut uerae uirtutis studium quouis modo promoueant.* Διαβεβαιῶσαι, *asseuerate loqui, ut de re summe necessaria, id uero est confirmare.* Φροντίζειν, *curare.* Καλῶν ἔργων προϊῆσθαι, *bona opera exercere, et facere ut alii exerceant, exemplo esse aliis in bene agendo.* Sic Plutarchus in Bruto habet: δούω καὶ καλῶν ἔργων ἡγεμόνας εἶναι. Iulianus in Epistolis: μὴ τέχνης τινὸς καὶ ἐργασίας αἰσχρᾶς καὶ ἐπονειδίσου προϊῆσθαι. Contrarium in Plutarchi Pericle: ἐργασίας ἢ κοσμίας προϊῆσθαι. ταῦτά ἐσι — ἀνθρώποις) *Haec per se honesta sunt, et hominibus utilitatem afferunt.* Καλὰ καὶ ὠφέλιμα dixit et Plutarchus initio uitae Periclis. Idem de Liber. educ. ταῦτα μὲν καλὰ καὶ ὠφέλιμα.

9. μωρὰς δὲ — περίεραστο) Cf. 2 Tim. II, 14. 23. Μάχας νομικὰς, *contentiones ex uaria partium legis interpretatione enascentes.* ἄνωφελεῖς) *λιτότης.* Non enim solum inuites erant, sed et noxiae. Sirac. XXX, 23. de tristitia: ἐκ ἐσῆν ἐν αὐτῇ ὠφέλεια. Seneca Epist. 48. *Disputationes istae utinam tantum non prodesent, nocent.*

10. αἰρετικῶν — παραιτῶν) *Αἰρετικὸς ἄνθρωπος est, qui opiniones eligit atque defendit, religioni christianae contrarias.* Tales haeretici erant illa aetate inter legis Mosaicae defensores, qui summam religionis uitabant, et Iudaismum pro Christianismo substituebant. Ἀίρεσεως uox per se media est. Vbi in malam partem sumitur, significat idem quod σχίσμα, sed restringitur ad ea dissidia, quae fiunt ex opinionum diuersitate. Μετὰ μίαν καὶ

δευτέραν νυθεσίαν, quum iterum iterumque frustra eum admonueris. Non enim praecise ad semel repetitam admonitionem restringitur haec Phrasis. Παραίτη, i. e. abrumpe cum eo familiariorē consuetudinē.

11. Ἐιδὼς, ὅτι ἐξέσραπται — αυτοκατάκριτος) *Intelliges enim, talem totum se immutasse, et peccare ita, ut se ipse condemnet. Ἐκσρέφεισθαι, everti, totum se immutare. Ἀυτοκατάκριτος, qui se ipse per factum suum condemnat.* Hoc faciebant illi haeretici. Quum enim contraria religioni christianae docerent, se ipsos condemnabant, profitentes, se non esse amplius Christianos.

13. Ζηῶν τὸν νομικὸν — λείπη) Νομικὸς h. i. est uel is, qui antea fuit legis peritus, quales erant Pharisaei, uel ὁ νόμος εἰδὼς, *iurisperitus.* Ius Romanum etiam Graeci didicere, ut *Callistratus, Menander, Arcadius.* Προπέμπειν hic non est, quod nonnunquam, *comitari* uel *deducere*, sed ad iter *instruere*, curando nempe, ne quid uiae conficiendae necessarium desit. Σπεδάως, *sedulo, enixe.* Ante ἵνα μηδὲν αὐτοῖς λείπη supplendum est βλέπων, προνοῶν, aut quid simile. Curans, ne quid ipsis desit, nempe quod ad iter sit necessarium.

14. μανθανέτωσαν — ἀκαρποὶ) Ἡμέτεροι hic sunt, qui Gal. VI, 10. οἰκεῖοι τῆς πίστεως. Sic ἡμετέρως, de Stoicis loquens, Arrianus II, 12. in Epictetum dixit, ut Seneca de iisdem, *Nostros*, Epist. 5. de Ira II, 19. et alibi. Καλῶν ἔργων προϊΐσασθαι, nunc est: *honesto*

sto otio aut opificio fungi, non malis artibus uictum quaerere; sequitur enim: Εἰς τὰς ἀναγκαῖας χρεῖας, ad necessaria uitae praesidia paranda, uel potius ad subleuandam aliorum inopiam. Ἴνα μὴ ὡσιν ἄκαρποι, ne inutiles reperiantur, ne fides eorum careat bonorum operum fructibus.

15. τῶς φιλοῦντας ἡμᾶς ἐν πίστει) Qui nos amant ob communem fidem, uel religionem. Nam id ualet ἐν h. l. more Hebraeo.





SCHOLIA

IN

EPISTOLAM AD PHILEMONEM.



Philemon uidetur habitasse Colossis, functus ibi munere *Diaconi*, u. 22. uel ut alii uolunt *Episcopi*. *Onesimus* certe, seruus Philemonis, fuit Colossensis, ut patet ex Col. IV, 9. Hic Onesimus a Domino suo, Philemone, profugus, Romam uenerat, ubi Paulus eum ad fidem Euangelii perduxit, remisitque Hero suo, cum hac Epistola, quae eodem tempore, quo Epistolae ad Colossenses et Ephesios, scripta esse uidetur, Col. IV, 9. Vid. Michaelis *Introduct.* §. 180. 181. Ceterum *familiaris* est haec epistola, nec argumentum eius cum religione eiusque doctrina est coniunctum, utilis tamen, et lectu dignissima, ex qua discimus mitissimo ingenio fuisse Paulum.

I. Δέσμιος χριστοῦ Ἰησοῦ) *Vinctus ob Christum Iesum*, eiusque doctrinam. Genitiuus hic causam significat, ut infra u. 9. et aliis multis locis. καὶ συνεργῶ ἡμῶν) *Adiutori nobis in religionis negotiis*. Sic nominari potuit Philemon, si fuit *Diaconus*, et hoc eo magis, quia in domo eius conuentus agere solebant Christiani, com. 2.

2. καὶ Ἀπφία — ἐκκλησία) *Appia* nomen est Romanum. Fuit haec Appia sine dubio Philemonis uxor, ut Chryſoſtomus et Theodoretus uolunt, Archippus autem eiusdem filius. Τῷ συσρατιώτῃ ἡμῶν, Socio et adiutori nostro in religione promouenda. A militia seculari Apostolus hanc locutionem sumsit. Ita Marcus Imperator apud Herodianum, filium Commodum συσρατιώτην uocat. Καὶ τῇ κατ' οἶκόν σου ἐκκλησίᾳ, coetui, qui in aedibus tuis conuenire solet. Quum enim Christiani nondum haberent templa, in aedibus priuatis ad cultum diuinum conuenire solebant.

4. εὐχαρισῶ — προσευχῶν μὲς) Est hic traiectio, pro: πάντοτε μνησθῆναι σε ποιούμενος [ἐπὶ τῶν προσευχῶν μὲς, εὐχαρισῶ τῷ θεῷ μὲς, ἀκέων etc.

5. ἣν ἔχεις — ἀγάπης) Πρὸς τὸν κύριον Ἰησοῦν refertur ad τὴν πίσιν, fidem, sicut εἰς πάντας τὰς ἀγάπης ad dilectionem, beneuolentiam erga alios, τὴν ἀγάπην, quae duo perfectum Christianum efficiunt.

6. ὅπως — χριστὸν Ἰησοῦν) Ante ὅπως uidetur προσευχόμενος aut quid simile intelligendum. *Optans, ut fides quam nobiscum habes communem, magis magisque se manifestet per opera bona, tuque cognoscas magnitudinem beneficiorum, quae debemus Christo.* Ἡ κοινωνία τῆς πίσεως σου, fides, quam nobiscum habes communem, ut fit pro ἡ πίσις κοινωνίας, et κοινωνία pro adiectiuo. Ἐνεργῆς γένηται hic dicitur eodem sensu, quo πίσις δι' ἀγάπην ἐνεργουμένη, Gal. V, 6. Ἐν ἐπιγνώσει, una cum cognitione, sicut □ hebr. saepe denotat cum. Pro

ἐν ὑμῶν legendum est ἐν ἡμῶν, ut habent plurimi et optimi codices, Versiones nonnullae, Chrysoft. Theodoret. Oecum. Ambrosiast. Pelagius. Πᾶν ἀγαθὸν τὸ ἐν ἡμῶν, *omne bonum nostrum, omnis felicitas nostra*, qua nunc Christiani fruimur, et olim fruemur. Εἰς χριστῶν, uidetur hic positum pro ἐν χριστῶ, uel ut alii uolunt, *ad honorem Christi*.

7. χαρὰν γὰρ — διὰ σὺ) *Gaudium enim percipio magnum et solatium, quoniam scilicet peccata Christianorum (pauperum et miserorum) per te, carissime, recreata sunt.* χαρὰν pro eo quod alii habent, χάριν esse legendum, consensus optimorum Codicum, uersionum ac Patrum docet. Τὰ σπλάγχνα τῶν ἀγίων ἀναπέπαιται διὰ σὺ, *multorum pauperum Christianorum animos recreasti*, dum ex opibus tuis eorum necessitatibus tempestiue subuenires. Σπλάγχνα hic pro *animo*. Διὰ σὺ, per tuam liberalitatem, uel etiam διὰ τὴν σὴν φιλοξενίαν.

8. Δὶ πολλὴν — ἀνῆκον) *Quapropter, quum tanquam Apostolus potestatem haberem praecipiendi tibi, quid tui sit officii.* Ἐν χριστῶ, tanquam Christi Apostolus. Παβήσια hic est, quam in aliis locis ἐξουσίαν uocat. Τὸ ἀνῆκον, quod conuenit, decet Christianum.

9. διὰ — παρακαλῶ) *Tamen magis hortor amoris causa, per argumenta ab amore ducta.* Non auctoritate tecum, sed precibus fraternis ago. τοῖστος — χριστῶ) *Quum talis sim, ut tibi imperare possim, magis tamen hortor; tanquam senex, inquam, imo etiam uinctus propter Christi religionem; certus nimirum, preces meas apud te*

non fore irritas. Πρεσβύτης, iam et prouecta aetate, cui multa concedunt etiam ignoti. Νῦν δὲ δέσμιος τῷ χριστῷ, u. i. Magnum Apostoli precibus pondus isto nomine accedit. παρακαλῶ — δεσμοῦς μου) Παρακαλῶ σε, *Rogo abs te*. Serui si quid deliquissent, precatorem sibi parare solebant, ut notat ad Terentium Donatus. *Filium suum* nominat Onesimum, quia eum Romae fecerat Christianum.

11. τὸν ποτε — εὐχρηστον) Ἄχρηστον, i. e. *noxium*. Onesimus enim non inutilis modo Philemoni fuerat, sed et damnum dederat. Coniuncta esse solent fuga et furtum. Sed Paulus, culpam hominis furis et fugitiui uerbis lenibus minuere uult. Ἐυχρηστον *perutilem*. Quia Paulo utilis erat, erat et Philemoni, Amicorum enim omnia communia.

12. ὃν ἀνέπεμψα — προσλαβῆ) Ἀνέπεμψα, nempe cum hac Epistola. Τὰ ἐμὰ σπλάγχνα, i. e. ita mihi dilectum, quomodo uiscera nostra diligimus. Sic Esther. VII, 3. ad Ahasuerum: *Dona mihi animam meam*, i. e. populares meos, quos ut animam diligo. Προσλαβῆ, benigne in domum recipe.

13. ὃν ἐγὼ — τῷ εὐαγγελίῳ) Indicatiuus ἐβεβλήμην hic est pro Subiunctiuo, more Graeco. *Voluiffem eum tecum retinere*, nempe nisi obtitiffent rationes aliae, quas statim affert. Ἴνα ὑπὲρ σοῦ διακονῆ μοι, ut mihi praestaret, quae tu, si hic esses, omnia mihi esses praestiturus. Ἐν τοῖς δεσμοῖς τῷ εὐαγγελίῳ, *in his uinculis, in quae propter religionem coniectus sum*.

14. χωρίς — ποιῆσαι) Noli eum, etsi Euangelii causa, captiuo mihi ministraturum detinere, sine consensu tuo. ἵνα μὴ — ἐκείσιον) Ne extortum esset tuum beneficium, sed uoluntarium. Si Paulus eum retinisset, non tam apparuisset uoluntas Philemonis, quam si eum ad se missum ipse ad Paulum remitteret. Τὸ ἀγαθὸν εἶ, sc. ἔργον. beneficium tuum.

15. τάχα γὰρ — ἀπέχης) Fortasse enim propterea separatus est a te ad breue tempus, ut ille tecum sit olim in aeternum, i. e. ut tecum felicitate in aeternum fruatur. Quasi dicat: Forte id Dei consilium fuit, quum eum fugere permisit. Ἐχωρίσθη, i. e. fugit. Lenitate uerbi mitigat id, quod in re est asperum. Πρὸς ὥραν, ad modicum temporis. Ἴνα αἰώνιον αὐτὸν ἀπέχης, ut a me correctus tuus sit in aeternum. Ἀιώνιον possumus etiam uertere: semper, perpetuo; ut sensus sit: ut eum retineas perpetuo, seruum bonum, tibi que utilem.

16. ὅτι ἐστὶ — ἐν κυρίῳ) Οὐκ ἔστι ὡς δῆλον, supple: tantum, quod sequentia ostendunt. Ἵπερ δῆλον, qui tibi sit multo carior seruo. Ἀδελφὸν — μᾶλλον σοι, qui cari fratris loco habeatur, (nempe a Christianis omnibus,) maxime a me, et magis adhuc a te. Καὶ ἐν σαρκὶ, καὶ ἐν κυρίῳ, quum propter externam conditionem, tum religionis causa. Qui seruum amat, quia in sua domo est, is eum amat ἐν σαρκὶ, nam σὰρξ omnes res externas, statum externum indicat. Ἐν κυρίῳ, propter dominum, quia eundem nobiscum dominum colit, quippe Christianus factus.

17. εἰ ἔν — ὡς ἐμέ) Ἐἰ ἔν ἐμέ ἔχεις κοινω-
νδον, *si me habes pro amico*, ac proinde rerum tuarum
participe. Παρκαλαβῆ αὐτοῦ, non modo poenam, quam
tuo iure exigere poteras, ei condona, sed et benigne
eum excipe. *In domum, in animum recepisti*, dixit in re
plane simili Plinius Epist. IX, 24. Ὡς ἐμέ, nam amicus
Paulo quum esset Onesimus, quod ipsi praestabatur, Paulo
ipsi praestari uidebatur.

18. εἰ δέ — ἐλλόγει) Ἐἰ τε ἠδίκησε σε, *si quid
fugiens abstulit*, quod solent serui fugitiui. Ἡ ὀφέλει, *aut si ex rationibus tuis reliquator erat*. Nomen ge-
neris pro specie. Τῆτο ἐμοὶ ἐλλόγει, *id meis ratio-
nibus imputa; mihi expensum feras*, Cicero XV, 20 ad
Atticum dixit.

19. ἐγὼ — ἀποτίσω) Ἐγγραφα τῆ ἐμῆ χειρὶ, ut
certus sis, habes hic manum meam. Poteris me, ubi
uoles, conuenire ex chirographo. Ἐγὼ ἀποτίσω, for-
mula in se debitum recipientis. In Glossario: ἀποτίω,
pendo, refarcio. ἵνα μὴ — προσοφέιεις) *Ne tibi di-
cam, quod te ipsum mihi debeas*. Salutem tuam mihi
debes. Ita dicit Paulus, quia Philemonem in religione
instituerat. Simplicius in cap. 37. Epicteti, de salutarium
rerum praeceptoribus: Τροφεὶς ἔτοι καὶ ἐπιμεληταὶ ἔ τῷ
σώματος ἡμῶν, ἀλλ' ἡμῶν αὐτῶν εἰσι.

20. καὶ — ἐγὼ σε δνάμην ἐν κυρίῳ) *Sane, carissime,
utinam hoc a te mihi contingat per dominum*. Ὅνημι,
utilitatem capio. ἰσάπαυσον — ἐν χριστῷ) i. e. Pro-
pter Christum fac me tranquillum hac de re, uel: *be-
nigne et amanter Onesimum filium meum suscipe, et
mentem*

mentem meam, metuentem, ne quid acerbius in eum consulas, tranquillum redde; proprie ad quietem redige uiscera mea. I Cor. XVI, 18. et 2 Cor. VII, 13. τὸ πνεῦμα ἀναπάθειν.

21. πεποιθώς — ἔγραψά σοι) *Fretus tua obedientia haec tibi scripsi.* Fiduciam mihi fecit cognita illa tua, quam Euangelio praestas, obedientia. εἰδώς — ποιήσεις) Pro certo habeo, plus te facturum, quam ego audeam poscere.

22. ξενίαν) *Hospitium.* Suidas ξενίαν, καταγώγιον, κατάλυμα. ἐλπίζω — ὑμῶν) Spero, fore, ut ad preces uestras Deus me, (i. e. aduentum ad uos meum) uobis concedat. Spero, me liberatum iri ex uinculis meis.

25. ἀμὴν) Est uox, quam ecclesia respondebat, lectis Epistolis; ideo omnibus Pauli epistolis adscribi coepit.





SCHOLIA

IN

EPISTOLAM AD HEBRAEOS.



De auctore huius Epistolae et Veteres et Recentiores disputarunt. *Clemens Alexandrinus* Pauli Apostoli esse dixit, sed scriptam Hebraeis hebraice, et a *Luca* graece uersam, ut docet nos *Eusebius* Hist. Eccles. L. VI, c. 14. *Tertullianus* eam adscripsit Barnabae, de Pudicit. c. 20. *Origenes* res quidem et sententias, non autem dictionem et compositionem Pauli esse existimauit. Verba eius legimus apud *Eusebium* Hist. Eccles. L. VI, c. 25. *ὅτι ὁ χαρακτήρ τῆς λέξεως τῆς πρὸς Ἑβραίους ἐπιγεγραμμένης ἐπιστολῆς, ἣν ἔχει τὸ ἐν λόγῳ ἰδιωτικὸν τὸ ἀποστόλου, ὁμολογησάντος ἑαυτὸν ἰδιωτὴν εἶναι τῷ λόγῳ, τῆς τε τῆ φράσει, ἀλλ' ἐστὶν ἡ ἐπιστολὴ συνθεσθεῖς τῆς λέξεως Ἑλληνικωτέρα* etc. Deinde paucis interiectis: *ἐγὼ δὲ ἀποφαινομένος εἶποιμ' ἂν, (uerba sunt Origenis,) ὅτι τὰ μὲν νοήματα τῶ ἀποστόλου ἐστὶν, ἡ δὲ φράσις καὶ ἡ σύνθεσις, ἀπομνημονεύσαντος τίνος τὰ ἀποστολικά, καὶ ὡς περ σχολιογραφῆσαντος τὰ εἰρημένα ὑπὸ τοῦ διδασκαλοῦ. εἰ τις ἔν ἐκκλησια ἔχει ταυτὴν τὴν ἐπιστολὴν ὡς Παυλῆς, αὐτὴ εὐδοκιμεῖτω καὶ ἐπὶ τῆς. ἔ γὰρ εἰκὴ οἱ ἀρχαῖοι ἄνδρες ὡς Παυλῆς αὐτὴν παραδεδωκασί. τίς δὲ ὁ γραφὰς τῆς ἐπιστολῆς, τὸ μὲν ἀληθὲς θεὸς οἶδεν. ἡ δὲ εἰς ἡμᾶς φθασατα*

ἰστορία,

ἔξορτα, ὑπο τινῶν μὲν λεγόντων, ὅτι Κλημῆς ὁ γενομένος ἐπισκοπος Ῥωμαίων ἐγράφε τὴν ἐπιστολήν. ὑπο τινῶν δὲ, ὅτι Λεκάς ὁ γράψας τὸ εὐαγγέλιον καὶ τὰς πράξεις. Videtur igitur *Origines* magis ob stili diuerfitatem, quam propter historica argumenta dubitasse. Ipse *Eusebius* Hist. Eccl. III, 3. Pauli esse hanc Epistolam, non dubitare uidetur, sed aliter sentire Romanam Ecclesiam addit. Τὰ δὲ Παυλί, inquit, προδηλοὶ καὶ σαφείς, αἱ δεκατεσσαρες. ὅτι γε μὴν τινες ἠθέτηκασιν τὴν πρὸς Ἑβραίους, πρὸς τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας ὡς μὴ Παυλί ἦσαν αὐτὴν ἀντιλεγέσθαι φησαντες, ἢ δικαίον ἀγνοεῖν. Ex eodem discimus, saltim Graecam uersionem huius Epistolae ex Hebraico factam a Clemente Romano, olim haud paucos existimasse, dictionis similitudine inductos, Lib. III, c. 38. *Philastrius* de Haeresibus c. 89. commemoratis uariis de Auctore huius Epistolae sententiis, addit: „Et quia addiderunt in ea quaedam non bene sentientes, inde non legitur in Ecclesia, etsi legitur a quibusdam, non tamen in Ecclesia legitur populo, nisi tredecim Epistolae ipsius, et ad Hebraeos interdum. Et in ea, quia rhetorice scripsit, sermone plausibili, inde non putant esse eiusdem Apostoli. Et quia et factum Christum dicit in ea, inde non legitur. De poenitentia autem propter Nouatianos aequae etc., Patet ex his, ob loca quaedam perperam intellecta abiudicatam esse Paulo hanc Epistolam a nonnullis Veterum. Urgent alii cum *Origene* discrepantiam stili, quod nempe huius epistolae stilius sit multo cultior et elaboratior eo, quem in Pauli epistolis deprehendimus. Sed haec ratio non ualida esse uidetur. Potuit enim Paulus successu temporis, post multa itinera, et consuetudinem cum uarii generis hominibus, senex aliter scribere, quam

iuuenis. Sic epistolae ad Timotheum multo faciliores sunt aliis epistolis; et tamen nemo negat, eas ab Apostolo Paulo esse scriptas. Ex *Lutheri* sententia, probata *Clerico*, *Heumanno*, aliisque, *Apollo* scripsit Epistolam, quae inscribitur ad Hebraeos. Paulo Apostolo uindictarunt eam *Frid. Spanhemius*, *Lardner*, *Syckes*, *Michaelis*, *Zachariae*, et permulti alii. Quinam fuerint *Hebraei*, ad quos scripta sit Epistola, de eo uariae sunt doctorum hominum sententiae. Nonnulli intelligunt Christianos ex Iudaeis in Asia minori; alii Christianos in Hispania, alii Romanos, alii Palaestinos, praecipue Hierosolymitanos, alii Christianos et in Palaestina et in Asia minori degentes. Christianis Iudaicis in *Macedonia* imprimisque *Thessalonicensibus* hanc epistolam scriptam, eamque omniam epistolarum Paulinarum primam esse euincere studet S. Ven. *Io. Aug. Noesseltus* in dissert. *De tempore, quo scripta fuerit epistola Pauli ad Ebraeos, deque Ebraeis quibus scripserit etc.* Vid. eius opusc. p. 269. edit. 2. Alii uolunt, Hebraeos intelligendos esse Iudaeo-christianos in Palaestina, praecipue autem Hierosolymis uiuentes; nam *Hebraei* ab *Hellenistis* semper distingui solent, ita quidem, ut *Hellenistae* sint Iudaei, qui graeca lingua utebantur, in graecis ciuitatibus uiuebant, mores etiam graecos et instituta sequebantur; *Hebraei* autem sint Iudaei hebraice loquentes, in Palaestina uiuentes, non utentes moribus et institutis graecis. Quoniam igitur ii, quibus haec ep. scripta est, *Hebraei* uocantur, ergo Iudaeos in Palaestina uiuentes intelligendos esse censent. Sed nec hoc argumentum est satis firmum. Constat enim inter omnes, inscriptiones epistolarum non ab ipsis earum auctoribus additas esse. An uero ii, qui

addide-

addiderunt inscriptionem uim nominis Hebraeorum affecuti fuerint, ualde dubium est. Ergo res non uidetur certo definiri posse. Sed quaestio non est magni momenti, modo illud teneatur, fuisse hanc epistolam destinata[m] Christianis, et quidem Christianis, qui antea fuerint Iudaei. Fuerunt nonnulli in ea opinione, scriptam esse ad Iudaeos, a Christi doctrina adhuc alienos. Falsum hoc esse, facile patebit cuius legenti c. III, 1. 12. 6. 14. V, 12 — VI, 2. 10. X, 32. 33. 34. Ex *Iudaeis* autem, non ex Paganis fuisse hos Christianos, ex uniuersa ratione, qua Auctor in tractando argumento proposito utitur, facile intelligi potest. Nemo enim hanc epistolam intelligere poterit, nisi omnem Iudaicam religionem, nominatim legem ritualement accurate perspectam habeat. Haec scientia ab Iudaeis expectari poterat, non item a Paganis.

Hebraice, uel *Syriace* primum scriptam esse Epistolam, praeter nonnullos Veterum existimarunt *Iustinianus*, *Caietanus*, *Faber Stapulensis*, et alii, quam sententiam multis exornare studuit. III. *Michaelis* in Prolegomenis Paraphrasi suae praemissis, refutatus a *Semlero* in dissert. Philologico - theologica, quod *Paulus graece Epistolam ad Hebraeos exarauerit*, probante. Hal. 1761.

Occasio scribendi ad Hebraeos ex ipsa hac Epistola facile cognosci potest. Iudaei nempe omnibus modis id agebant, ut populares suos ad Christum conuersos auerterent a Christiana religione. Persecutionibus et minis addebant etiam argumenta, a praestantia religionis Iudaicae desumpta: legem Moysi mediantibus Angelis datam esse; Moysen maiorem esse Iesu Nazareno, ignominioso supplicii genere interempto; cultura

cultum publicum a Mose, iubente Deo constitutum, esse splendidum, Deoque dignum; Christianis contra nullum esse Sacerdotium, templum nullum, nullas aras et uictimas etc. Contra hos igitur Paulus ostendit, Iesum Nazarenum longe superiorem esse angelis, Mose, Pontifice Maximo V. T. omnibusque reliquis sacerdotibus; ex eius morte et cruciatibus pro nobis perpeffis, multo maiora et diuturniora bona ad nos redundare, quam ad Iudaeos ex cultu Leuitico etc. Ex his aliisque argumentis probat, Christianam religionem esse multo praestantior, perfectiorque illa uetere Iudaica, et adhortatur Christianos ad constantiam in religione, et omnium uirtutum indefessum studium. In toto hoc argumento tractando auctor se accommodat ingenio eorum, qui a Iudaica ad Christianam religionem transferant, eosque a primis elementis religionis ad altiora ducit. Vid. Ven. *D. Sam. Fr. Nathan. Mori* praefationem editioni secundae et tertiae uersionis Germanicae huius epistolae praemissam.

Caput I.

Christus, auctor religionis nostrae, maior est omnibus Prophetis, maior etiam angelis; ergo doctrinae eius atque praeceptis attendere debemus. c. I. — II,

I — 4.

I. Πολυμερῶς — προφήταις) *Quum Deus olim uariis modis instituisset maiores nostros per Prophetas. Πολυμερῶς, in Glossario: plurifariam; proprie: per partes multas. Πολυτρόπως, per multos modos, est Synonymum, idem exprimens quod πολυμερῶς, nec est argutandum in his uocabulis, quasi πολυμερῶς ad multas partes uaticiniorum, uel*

uel uaria tempora, quibus Deus uoluntatem suam reuelauerit, πολυτρόπως autem ad diuersum modum reuelandi, e. g. per uisā diurna aut nocturna etc. fit referendum. Δαλεῖν, רַבַּר, docere, instituire, ut saepe iam habuimus. Οἱ πατέρες h. l. sunt maiores Hebraeorum. Ἐν το προφ. per Prophetas.

2. ἐπ' ἐσχάτῃς — ἐν τῷ ὕμῳ) Tandem nunc instituit nos per Filium. Pro ἐπ' ἐσχάτων omnino legendum est ἐπ' ἐσχάτῃς, sc. μέρες. Hebraice כְּהַרְיֵת הַיָּמִים quod LXX. plerumque uertunt ἐπ' ἐσχάτῃς τ. ἡμ. e. g. Ierem. XXIII, 20. posthac, posterioribus temporibus. Iudaei per tempora posteriora κατ' ἐσχάτην intelligunt tempora Messiae Ἐλάλησας ἡμῖν (ὁ Θεός) ἐν ὕμῳ, edocuit nos Deus per filium suum. Hic ergo est audiendus; huic praestanda est fides et obedientia. Haec totius epistolae est summa. ὃν ἔθηκεν — ἐποίησεν) Quem constituit Dominum omnium rerum, per quem etiam mundum creauerat. Κληρονόμος, h. l. est Dominus, possessor. Dicitur autem Christus possessor uel dominus omnium rerum, inprimis generis humani dominus, quia conseruat et gubernat mundum. Πς. LXXXII, 8. Τιθέναί, כִּוֵּן, ποιεῖν, facere, constituere. Sic etiam Profani. Aelianus H. V. 13. 6. ὁ δῖνος τὰς γυναῖκας τεκνοποιῶνς τίθεισιν, uinum mulieres ad pariendum foecundas reddit. Δι' ἧ, per quem. Grotius, qui δι' ἧ idem esse ait ac δι' ἧ, propter quem, non audiendus uidetur; nam haec duo plane inter se distinguuntur, Hebr. XI, 10. Philo lib. de monarch. p. 819. C. λόγος ἔστιν εἰκὼν Θεῶ, δι' ἧ σύμπας ὁ κόσμος ἐδημιουργεῖτο. Αἰών, primo longum tempus, postea aeternitatem, apud Scriptores N. T. uero κόσμον,

κόσμον, *mundum*, significat, ex Hebraismo, ubi **כְּלִי** et **כִּמְלִי** de mundo accipitur, quia mundus post tot generationes hominum perpetuo durat.

3. ὅς ὢν — τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ) *Qui quum imaginem eius, omnibus numeris absolutam referat.* Ἀπέυγασμα proprie est ἡλὶς φέγγος. Glossarium ἀκτίνα exponit. Interdum uero est *exemplar plane expressum, uiua et absoluta imago.* Philo de plant. Noë p. 221. C, τὸ δὲ ἅγιον οἶον ἁγίων ἀπέυγασμα, μίμημα ἀρχετύπου, *Sanctuarium, quasi coelorum exemplar, et character Archetypi*; nam τὰ ἅγια hic de coelo intelliguntur. Δόξα, כְּבוֹד, *maiestas diuina*, quae est in excellentissimis attributis eius. Dicitur ergo Christus *exemplar et imago diuinae maiestatis*, quia Patri est similis, diuina potentia, sapientia, bonitate etc. praeditus. Quod statim additur Χαρακτῆρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, sensu non differt. Nam χαρακτῆρ est ὁμόιωσις, ut Hesychius et Glossarium interpretantur, quaelibet imago aut effigies. Eunapius in Iamblichō βίη χαρακτῆρα uocat *ueram totius uitae delineationem.* Sic hebraicum **צֶלֶם** *imago, forma* Pl. XLIX, 15. *Aquila* reddit χαρακτῆρα. Ἐπόσασις hic non sumitur, quomodo illud uocabulum Platonici, et, post Origenem, Christiani Platonici acceperunt, pro *essentia, substantia, persona*, sed ὑπόσασις θεῶν est *Deus ipse.* Filius imago Patris omnibus numeris absoluta dicitur, quia ei est similis; quia per filium intelligimus, qualis sit Pater. Φέρων τε — τῆς δυνάμεως αὐτοῦ) *Cuncta gubernans potentissima uoluntate, i. e. ui sua, siue per seipsum.* φέρειν נָשָׂא, διοικεῖν, *gubernare*, Num. XI, 14. Deut. I, 19. Inde נִשְׂבָּא *princeps.*

Philo

Philo in lib. de nom. mut. p. 1084. C. εἰ, πάντα φέρων σπυδαῖα ὁ θεός, ἤνεγκε καὶ τῆτο γένος, si, quum omnia bona conseruet Deus, hoc etiam genus sustentat. Ῥῆμα, רַב־רַב, uoluntas, mandatum, Pl. XXXIII, 6. Hebr. XI, 3. Δυναμείως pro adiectiuo: potentissima uoluntate, i. e. ui sua. δι' εἰαυτῆ — τῶν ἁμαρτιῶν ἡμῶν) Quum ipse (in propria sua persona) peccata nostra expiasset. δι' εἰαυτῆ, ipse, per se ipsum, non per sanguinem hircorum et uitulorum, ut Sacerdotes V. T. Ποιεῖν καθαρισμόν, purificare, ut ποιεῖν λύτρωσιν, redimere, Luc. I, 68. ἐκθίσειν — ἐν ὑψηλοῖς) Regnat cum Deo in coelo supremo. Ἐκθήσειν, sc. εἰαυτὸν, sedere se fecit, i. e. ipse se collocauit. Μεγαλωσύνη, גְּדוּלָה, Deus maximus, omnique uenerationis cultu dignissimus; abstract. pro concreto. Ἐν ὑψηλοῖς sc. μέρεσι, in coelo supremo. Sedere ad dextram Regis autem est, cum eo regnare. Sic apud Eunapium in Aedesio narrat Sordianus, Sopatrum in aula Constantini eo potentiae peruenisse, ut illum Imperator *Assessorem ad dextram*, etiam publice habuerit. Philo autem *Iustitiam* ipsam, in diuino iudicio *Assessorem* ac πάρεδρον facit, lib. de creat. princ. p. 730. C.

4. τούτῳ — ὄνομα) *Eo melior angelis, quo excellentiorem dignitatem prae iis accepit.* Κρείττων, i. e. πλείων, dignior, potior. Γινόμενος pro ὄν, ut Rom. III, 4. ὄνομα, אָמֵן h. l. ut alibi, non est nomen, sed dignitas. Paulus enim in sequentibus non ex nomine *Filii*, quod Christo tribuitur, eius dignitatem comprobare uult, (quae argumentatio nulla esset, quia et angeli et homines saepe Filii Dei in Sacris Litteris nominantur;) sed ex di-

gnitate

gnitate Christi comprobat, eum infinitis modis maiorem esse Angelis. Ostendit nempe, Christum esse *Regem, Dominum* atque *creatorem* omnium rerum, (quae est dignitas eius,) Angelos autem esse *ministros* Dei. Διαφορώτερον, κρείττον, ὑψηλότερον, ut in Glossario explicatur. Eunapius διαφερόντως habet pro *excellentissime, longe maxime*. Κεκληρονόμηκε, *accepit, sortitus est*, uel etiam *habet, possidet*; nam κληρονομεῖν saepe est *possidere*.

5. τίτι γὰρ — γεγέννηκά σε) *Cuinam uero dixit: Tu meus es filius, nunc declaro me esse tuum patrem? Cuiam dixit?* i. e. nemine hoc dixit, nisi filio. De hoc loco Pf. II, 7. uide quae annotauimus ad Act. XIII, 33. et Schol. S. V. *Doederlini* ad locum Psalmi. In toto illo Psalmo declaratur, filium esse regem generis humani, et haec est illa dignitas, de qua h. l. est sermo. De uaticiniis eorumque impletionem dignus est, qui legatur doctissimus *Io. Tobler* in libello, qui inscribitur: *Gedanken und Antworten zur Ehre Iesu Christi und seines Reichs* p. 183. sqq. Fac, Psalmum II. et alia loca non Messiam solum, sed et Dauidem et alios homines magnos V. T. describere; nihil dignitati et ueritati uaticiniorum detrahitur. Omnes enim Hebraei fatebantur, quicquid praeclarum et magnum de piis hominibus et Regibus Israelitarum dictum esset in Libris V. T. id sensu multo eminentiore pertinere ad Messiam, a Prophetis uarie praefiguratum. Sic omnes Hebraei fatebantur, Psalmum secundum, quanquam in Dauide aliquo modo impletum, sensu tamen arcano et sublimiore ad ipsum Messiam pertinere, qui supra

pra omnes Filius Dei dicendus sit, a Deo genitus, i. e. ad imperium euectus, non in homines tantum, sed et in angelos, ut agnoscit *Abarbanel*. Hoc semel monuisse sufficiat; nam varias doctorum hominum sententias de modo argumentandi, quo Paulus hic et alibi utitur, repetere, huius loci non est. καὶ πάλιν — εἰς ἕδον) Πάλιν, i. e. alio loco, ut Matth. IV, 7. Rom. XV, 10. *Ego illi uere pater, et ille erit mihi uere filius*. Nam particula ἕ in hoc loco non similitudinem notat, sed rei ueritatem, quemadmodum: *fuit ei in uxorem*, i. e. uxor reuera. Verba nostra desumpta sunt ex 2 Sam. VII, 14. ubi non tantum de Salomone, sed et de aliis regibus ex stirpe Dauidica, quorum maximus est Messias, agitur. Promittitur nempe Dauidi regnum aeternum. Salomonis autem regnum non durauit in aeternum; quapropter ipsi Iudaei hunc locum de Messia interpretati sunt. Ceterum uocantur quidem alii etiam *fili Dei*, (e. c. 2 Cor. VI, 18.) sed non eo sensu, quo Christus. Is enim eo sensu et effectu dicitur filius Dei, quod sit Rex et dominus uniuersi generis humani. (uid. Ps. LXXXIX, 28. et cf. Ven. *Knappii* uers. teuton. Psalmor. ad Ps. II, 7. not. i.) *Angeli* autem et *homines* dicuntur filii Dei, quia sunt creaturae Dei nobiliores, et ab eo prae aliis diliguntur.

6. ὅταν δὲ πάλιν — τὴν οἰκεμένην) *Et alio loco, ubi filium suum optimum maximumque orbis incolis commendat*. Est hic transpositio; recta enim constructio esset: πάλιν δὲ, ὅταν εἰσαγάσῃ etc. Ἐισάγειν interdum, ut h. l. est, *commendandi causa ostentare, commendare*, Philo de Agricult. p. 193. C. ὁ νομοθέτης τὰς σοφὰς — ἀρχοντας —

ὡς ἂν ποιμῆς εἰσάγει τῶν ἀνθρώπων ἀπάντων, *Legislator sapientes, praefectus tanquam gregis inducit omnium hominum.* Πρωτότοκος h. l. est *Messias*, filius Dei maximus, Deoque omnium dilectissimus, Rom. VIII, 29. Ita autem nominatur ob locum Ps. LXXXIX, 28. ubi *primogenitus Dei* est celsissimus inter reges terrae. Οἰκισμένη, sc. γῆ, לבנה, *orbis habitatus*, et per meton. *orbis incolae.* καὶ προσκυνησάτωσαν — ἄγγελοι θεῶ) Sunt, qui existiment, a Paulo intendi locum Deuteron. XXXII, 43. ubi LXX. post uerba εὐφράνθητε ἔρανοι ἅμα αὐτῷ, aut ex suo ingenio, aut ex Psalmo mox citando, adiecerant καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ π. ἄ. Θ. Sed haud dubie uerba, quae Paulus hic adducit, ex Ps. XCVII, 7. graecae tamen translationis defumta sunt, quae habent: προσκυνήσατε αὐτῷ πάντες ἄγγελοι αὐτοῦ. Nec male; nam angeli etiam dicuntur אלהים, propter praestantiam. Ceterum Psalmus XCVII. potest quidem intelligi de Deo Patre; quum autem Deus filio suo tradiderit imperium orbis terrarum, recte de filio rege dicuntur, quae Deo Patri tribuuntur, idque hoc loco eo magis, quia Psalmus hic totus de idolorum abolitione, simulque ueri cultus diuini introductione et propagatione inter omnes gentes, agit. Huius uero melioris religionis Auctorem esse Christum, nemo dubitat. Psalmos omnes a XCIII. ad CI. in se continere mysterium Messiae, dixit *Dauid Kimchi*. Ceterum recte argumentatur Apostolus: Si angeli Regem illum maximum adorare debent; ergo sunt illo inferiores.

7. καὶ πρὸς — λέγει) *Praeterea, quod quidem ad angelos attinet, de iis dicit sc. scriptura, Ps. CIV, 4. Sic*

πρὸς μὲν τὰς βήτορας, πρὸς μὲν τὰς φιλοσόφους. Potest etiam πρὸς uerti *de*, ut infra IV, 13. πρὸς ὃν ἡμῶν ὁ λόγος. Λέγει, sc. ἡ γραφή, more Iudaicorum Doctōrum, qui saepe, citantes Scripturam, utuntur uerbo **רַמְזָנִי רַמְזָנִי**. ὁ ποιῶν — πρὸς φλόγα) *Ventis utitur tanquam nunciis, et fulmine tanquam ministris*. Πνεύματα h. l. sunt uenti, πρὸς φλόξ est *fulmen*. Verba sunt Psalmi CIV, 4 Nihil magnum, inquit Paulus, est in nomine angelorum et ministrorum, quum ea nomina scriptura det etiam uento et flammae. Nam omnes creaturae, quibus Deus extra ordinem utitur, eo nomine ueniunt.

8. πρὸς δὲ τὸν ὕδωρ) Sc. λέγει ἡ γραφή, ἢ λέγεται ἐν βιβλῷ ψαλμῶν, nempe Ps. XLV, 7. 8. quem locum de Messia interpretatur Paraphrastes Chaldaeus, et Rabbini multi. Coniunctio δὲ hic ἀλλὰ notat, *enim uero, contra*. ὁ θρόνος — τῷ αἰῶνος) Post ὁ θεὸς supple ἔστι, et construe: ὁ θεὸς ἔστιν ὁ θρόνος σου εἰς τὸν αἰῶνα τῷ αἰῶνος, *Deus est thronus tuus, i. e. Deus thronum tuum (imperium tuum) firmabit in perpetuum*. Thronus per metonymiam saepe ponitur pro imperio. Hic uero per nouam metonymiam *Deus* dicitur *thronus*, quod fit huius imperii auctor et stator. Sic diuinus uates saepe Deum appellat *petram, munimentum, gaudium suum*, i. e. auctorem suae securitatis et laetitiae. βάβδος — τῆς βασιλείας σου) Hic iterum ἡ βάβδος τῆς βασιλείας σου est subiectum. *Regimen tuum est iustum, rectum*. Ἐβάβδος, **טָבַח**, est Symbolum regiminis. Ἐυθύτης, *rectitudo*, pro adiectiuo *εὐθεΐα*.

9. ἡγάπησας — ἀνομίαν) *Amas causfam bonam, i. e. eum qui causfam bonam habet, et abhorres a causfa mala, ab eo, qui malam habet causfam.* Ἡγάπησας, hebr. תהבת pro Praesenti. Δικαιοσύνη, *causfa bona*, et ἀνομία *causfa mala*, quemadmodum צדיק et ישר de eo, qui causfam bonam uel malam habet, Exod. II, 13. XIII, 7. Num. XXXV, 31. διὰ τῆτο — μετόχως σκ) *Hinc Deus, Deus inquam tuus, oleo laetitiae te largius perfudit quam socios tuos, i. e. te, Regem, maiore felicitate ac maiestate affecit, quam socios tuos, reges alios terrestres et dignitate longe inferiores.* Ἐλαίον ἀγαλλιᾶσεν, *oleum laetificum uel exhilarans.* Hebraei in conuiuuiis et festis diebus unxerunt se oleo, ad significandam laetitiam. Solebat etiam inauguratio Regum fieri unctione. Sensus igitur huius loci esse uidetur: Deus te inaugurauit Regem multo feliciorum aliis Regibus. Christus nempe est rex regum, dominus dominorum. Accusatiuus ἔλαίον more Graeco positus est eo sensu, quo Latini Ablatiuum usurpant. Οἱ μέτοχοι, Socii, h. l. uidentur esse Reges coaeui et terrestres, Messia longe inferiores.

10. καὶ — οἱ ἔβανοι) Ex Ps. CII, 26 - 28. Hunc Psalmum in se non agere de Messia, quilibet facile perspicere potest. Nec Paulus hoc dicit. Quia autem Filius Dei, de quo hic sermo, mundum creauit, ut supra u. 2. dixerat Apostolus, ideo omnino etiam de eo ualet, quod loco cit. de Deo, creatore dicitur. *Tu olim, Iehoua, orbem fabricasti, et coeli sunt opus potentiae tuae.* Κατ' ἀρχὰς, לפני, בראשית Gen. I, 1. Θεμελιῶν, *fundare, aedificare, parare, similitudine sumpta ab aedificiis,*

ciis. *Manus Dei esse eius potentiam, sapientiam ac bonitatem, omnibus notum.*

11. αὐτοὶ — παλαιωθήσονται) Ἀπολῶνται, יִתְנַבֵּרְוּ *peribunt. Διαμένεις, Vulg. permanebis, διαμενεῖς, quam lectionem nonnulli praeferunt. Ἄυτοὶ et πάντες non tantum ad ἑρανῆς, sed etiam ad τὴν γῆν, et τὰ ἔργα τῶν χειρῶν referuntur. Comparatio mundi cum ueste Philonē non est inusitata. In Lib. de profug. p. 466. C, Deum ait uestibus amictum esse, quae sint terra, aër, ignis, aqua, et uniuersus mundus. Παλαιωθήσονται, ueterascent, tanquam uestes diuturno usū attritae. Coelorum nomine hic intelligi debet, non suprema illa regio, sedes diuinae maiestatis et angelorum, sed aër et aether quae terram uelut uestiunt. Vestes, ante quam pereant, ueterascent. Sic et aëris et aetheris uires minuentur.*

12. καὶ ὡσεὶ — ἀλλάγησονται) *Tanquam amictum complicabis eos, et permutabuntur, (nouis,) antiquis coelis noui substituentur. Περιβόλαιον, שִׁבּוּל, amictus, pallium, uestis exterior. Ἐλίσσειν, seu ἐλίσσειν, uoluere, complicare. Vestes, ubi usui amplius non sunt, solent complicari et abiici. Sic et aër et aether auferentur. Alii praeferunt lectionem ἀλλάξεις, quam duo Codices et uersiones nonnullae exhibent; sed sine idoneis rationibus. Καὶ ἀλλάγησονται, permutabuntur, aliis nempe, nouis coelis, hebr. שִׁבּוּלֵי. Antiquis coelis noui substituentur, 2 Petr. III, 13. σὺ δὲ — ἐκλείψῃς) *Tu autem semper idem es, nec unquam esse desines. Σὺ δ αὐτὸς εἶ, semper es ille ipse, nunquam aliam formam ac uestitum**

induis. Sic Deut. XXXII, 39. *Videte, quod ego sim* אֲנִי הוּא ille ipse. *Philo* de Sole eum nunquam ἀλάσσειν, sed permanere αὐτὸν, ait in lib. de profug. p. 458. E. More humano Deo tribuuntur anni, sed omnis imperfectio remouetur, dum additur, annos eius non defituros, i. e. eum in aeternum duraturum.

13. πρὸς τινα — τῶν ποδῶν σου) *Cuinam angelorum unquam dixit: imperes tecum, donec hostes omnes tibi subiecero?* Deus non fecit angelum aliquem regem. Angeli sunt potius ministri. Locus extat Pf. CX. καθύπερθε ἐκ δεξιῶν μου, *Sede a dextris meis.* Phrasis desumpta a rege, qui, quum filium suum in regni societatem admittit, eundem a dextra sedere iubet. Cf. I Cor. XV, 25. ubi nostra Phrasis per βασιλεύειν explicatur. *Ex hostibus facere subsellium pedum* est, eos uincere, sibi que subiacere; mos enim erat Regum Orientis uictos calcare pedibus, Ios. X, 24. Pf. XLVII, 14. Vid. infra not. ad c. X, 13.

14. ἔχοντες πάντες — σωτηρίαν) *Nonne potius sunt Spiritus, qui tanquam ministri Dei mittuntur ab eo, ad utilitatem eorum, quibus opem ferre decreuit.* λειτουργικὰ πνεύματα, *Spiritus ministrantes.* sc. Deo. λειτουργεῖν, de Sacerdotibus ministrantibus Num. IV, 14. de magistratibus etiam Rom. XIII, 6. usurpatur. Σωτηρίαν κληρονομεῖν, *salutem consequi.* Σωτηρία autem h. l. non de salute aeterna intelligi debet, sed de auxilio in periculis et aduersis. Κληρονομεῖν, *adipisci, consequi.*

Caput II.

1. Διὰ τῆτο — παραβρῶμεν) *Quapropter oportet nos eo magis animum intendere eis, quae percepimus, (Euangelio nobis tradito,) ne pereamus.* Διὰ τῆτο, quum, ut iam ostendimus, maior fit etiam angelis ille nostrae doctrinae auctor. Περισοτέρως, *eo magis, eo curiosius*, desto sorgfaeltiger. Eo sensu haec uox in Positio occurrit apud *Philonem*. De Abrahamo p. 373. Α. Καὶ ὅσα ἄλλα περίττος νῆς φρονήσει συμβιῶν ἔιωθε διερευνᾶσθαι, *et quicquid aliud curiosa mens cogitando solet quaerere.* Προσέχειν absolute dictum est pro προσέχειν τὸν νῆν, ἰ. διάνοιαν. Τοῖς ἀκασθοῖσι, ἰ. ῥήμασι, *doctrinis* (nempe christianae religionis,) *quas percepimus.* Μὴ παραβρῶμεν, ἰ. e. ἐξωλισθῆσωμεν, ἐκπέσωμεν, ut Glossarium habet. *Ne cadamus*, ἰ. e. *ne pereamus* uertunt Syrus et Arabs; nec aliter hic sumserunt Chrysofostomus et Graeci alii. Ἄλλοι uertunt: *ne obliuiscamur*; nec haec doctrina negligenter elabatur animis nostris. *Praeterfluere doctrinam*, esset negligere doctrinam. Vid. *Io. Bened. Carpouzouium* super h. 1. Nostram interpretationem confirmant sequentia.

2. εἰ γὰρ — βέβαιος) *Quum enim lex Moysis, Angelorum ministerio promulgata, firmitatem et ualorem accepit*, ut nemini eam uiolare impune licuerit. Ὁ λόγος hic est lex Mosaica, ut ipsa series orationis ostendit. Quod attinet uerba δι' ἀγγέλων λαληθεῖς, uide quae ad Act. VII, 53. et Gal. III, 19. annotauimus. Βέβαιος ἰγένετο, *ualorem accepit*, ita ut nemo impune eam transgredi posset. καὶ πάντα — μισθαποδοσίαν) *Ita ut quae-*

libet transgressio uoluntaria iustam poenam acceperit. παράβασις, ὕψθ, et παρακοή, ἵρθ, dicuntur de illis peccatis, quae apertum legis contemptum secum ferunt, quorum ultorem se Deus profitetur, Deut. XXXII, 35. μισθὰς et μισθαποδοσία saepius uirtutis mercedem, hoc loco autem poenam neglecti obsequii significant, quo sensu etiam apud Herodotum et Thucydidem occurrere, ostendit Blackwall Crit. N. T.

3. πῶς ἡμεῖς — σωτηρίας;) *Quomodo nos euademus poenam, si negligamus institutionem, quae nobis uiam ad tantam felicitatem ostendit? Πῶς ἡμεῖς ἐκφευξόμεθα, ἱερτὴν ἔνδικον μισθαποδοσίαν. Τηλικαύτης σωτηρίας, ἰ. ε. λόγῳ σωτηρίας τηλικαύτης.* Nam λόγῳ subaudiendum esse, ex sequentibus satis patet. Nempe doctrina Euangelii monstrat nobis uiam ad aeternam salutem, quum lex tantum salutem breuem et terrenam obtulerit. ἥτις ἀρχὴν — ἐβεβαιώθη) *Quae initio a Domino ipso promulgata, ab iis, qui audiuerant, ad nos peruenit.* Ἀρχὴν λαβεῖν, Polybio frequens, sed nec Philoni inusitatum. Sic Lib. I. de uit. Mosis p. 614. E. dicitur: ἀρχὴν λαβὼν τῷ γενέσθαι ἐν Αἰγύπτῳ. Δωλεῖσθαι, pro τῷ λαλεῖσθαι. Εἰς ἡμᾶς, ἰ. ε. ἡμῶν, ut εἰς ὑμᾶς I Petr. I, 25. Βεβαιώσαι saepe quidem est *confirmare*; sed h. l. saltem uidetur esse *peruenire*, quia de confirmatione huius doctrinae demum commate sequenti exponitur. Βεβαιόω, forsitā a βαίνω, quod est *ire, uenire, uim confirmandi* accipit, quia eundo fama crescit, et ita confirmatur. Paulus hic, ut solet, communicatiue loquitur, quum dicit: nos accepimus doctrinam ab iis, qui eam a Domino audiuerunt. Intelligit Hebraeos,

Hebraeos, ad quos scribit. Hi enim iam ab aliis Apostolis et LXX. discipulis, qui *ἀυτόπται* et *ἀκούσαντες* testes erant, doctrinam acceperant; quorum in numero Paulus non fuit, post ascensionem Iesu Christi uocatus. Sic omnis tollitur difficultas, quam alii in hoc loco uident, quo Paulum Epistolae huius Auctorem negari arbitrantur.

4. *συνεπιμαρτυρήντος — Θέλησιν*) Cuius praeterea ueritatem Deus confirmauit uariis miraculorum generibus, et distributis donis Spiritus S. pro suo fauore. Vocabulum *συνεπιμαρτυρεῖν* Philo etiam habet, de uit. Mos. p. 671. E. ubi de allegorica significatione sacrarum uestium Pontificis Maximi loquitur: *συνεπιμαρτυρεῖ δὲ καὶ ἡ χροῶς, confirmat et color.* Aristoteles quoque de mundo: *συνεπιμαρτυρεῖ ὁ βίος ἅπας, confirmat et omnis uita.* *Σημεῖα καὶ τέρατα καὶ δυνάμεις* coniunguntur, ut indicetur magnitudo et uarietas miraculorum, ut Act. II, 22. *μερίζειν, distribuere,* de donis spiritualibus dicitur Rom. XII, 3. I Cor. VII, 17. quia non omnibus omnia dabat Deus, sed quae, et quantum, et quibus uellet, Eph. IV, 7. *Θέλησις, ἔθελον, benignus Dei fauor.* *Κατὰ τὴν αὐτῆς Θέλησιν, prout ipsi uisum est.* Argumentatio u. 2. 3. 4. talis est: Si lex Mosaiica neglecta poenas attulit, etiam Christi doctrina neglecta poenas afferet.

5. *εἴ γὰρ — λαβόμεν*) Noluit autem Deus angelis tradere imperium in noua hac constitutione. Redit Apostolus ad materiam, quam antea tractauerat, et cohaeret hoc comma cum c. I, 14. Afferet causas cur Angelis non fuerit concessum imperium in humanum genus. Est nempe in se iam hominis dignitas non multo inferior Angelorum

conditione. Ἐπὶ τὴν οἰκουμενὴν τὴν μέλλουσαν intellige tempora N. T. nouam constitutionem in regno Messiae. Nam Hebraeis **עוֹלָם הַבָּא**, *futurus mundus*, ἢ οἰκουμένη ἢ μέλλουσα, est tempus Messiae, regnum Messiae.

6. διεμαρτύρατο — λέγων) *Testatur potius ille ipse diuinus uates*, qui praedixit ea, quae legimus Ps. XLVII. Haec allegandi sacrum Codicem et alios scriptores formula saepe occurrit apud *Philonem*. De plant. Noë, p. 226. E. εἶπε γὰρ πρὸς. In aliis locis p. 4. E. εἶπε γὰρ τις, sc. *Plato* in *Timaeo*. Pag. 719. D. ὡς εἶφη τις, sc. *Heraclitus*. Neque uero Philo, licet uage dicat τις, ignorasse auctores censendus est, qui ne recentiorum quidem industriae effugerunt. Sed ita solent Iudaici scriptores, Sacram imprimis Scripturam citare: de qua illorum allegandi formula *Oecumenius*, ad hunc ipsum locum epistolae, ὡς εἰδότας, ait, τὰς γραφὰς, διαλεγόμενος ἐπὶ τίθεισι τῶν λεγόντων τὰ ὀνόματα. Desumpta esse sequentia uerba. ex Ps. VIII, 5. 6. 7. omnibus notum. Describitur autem in eo carmine dignitas hominis, quem Deus terrarum orbis Dominum constituit. τί ἐσιν — ἐπισκέπτη αὐτῶν) *Quid est homo, quod eius recordaris? quid est homine natus, (mortalis) quod eius curam peculiarem geris?* Verba **כִּי** et **קָרַב** significant: *peculiarem alicuius curam gerere*. **תִּדְרֹשׁ** ἄνθρωπος, **וְהוּא** **בְּנֵי** **אָדָם**, *mortalis*. Homo hic non describitur ut humilis, sed ut excellens, quoniam ei imperium totius orbis concessum est, ut contextus Psalmi docet.

7. ἡλάττωσας — ἀγγέλους) *Inferiore quidem angelis loco constituisti eum per breue tempus, uel non multum inferiore loco angelis eum constituisti*. Vtrumque enim sensum uerba

uerba admittunt. Si per βραχύ τι temporis indicatur deminutio, διάστημα uel χρόνος elliptice subintelligitur, ut expresse in L. III. leg. Allegor. p. 37. E. πρὸς βραχὺν χρόνον. De uita contempl. p. 894. D. βραχύ τι μέρος τῆς νυκτός. Sed βραχύ τι opponitur etiam τῷ πολλῷ et μεγάλῳ, ut βραχύτατα ζῶα τοῖς μεγάλοις, p. 502. B. Chaldaeus βραχύ τι exprimit per לִילִי, *paullulum*. Haec explicatio praeferenda uidetur. Olim enim erimus ἰσαγγελοὶ, *angelis aequales*. Παρ' ἀγγέλων, hebr. מַלְאָכִים. Sed uocabulum מַלְאָכִים interdum etiam *Angelos* notat, quemadmodum interpretes graeci, hic et in alijs locis sumserunt. δόξα — αὐτῶν) *Maiestate et honore orna-*
sti eum. Δόξα, כְּבוֹד, *maiestas*. Τιμὴ, כְּבוֹד, *honor,*
dignitas. Στεφανόειν, proprie *palمام alicui tri-*
buere, aut *uictorem declarare*; deinde *ornare* signifi-
 cat, siue id corona fiat in ludis, siue alijs quibuscum-
 que rebus.

8. πάντα — ποδῶν αὐτῆ) *Omnia ipsius potestati subie-*
cisti, atque arbitrio reliquisti, rebus utendi. Πάντα, nem-
 pe omnes creaturas in orbe terrarum, e. g. πρόβατα καὶ
 βόας, ut in Psalmo legimus. Illustrat Gen. I, 26. 27.
 Ex dominio in res creatas patescit hominis dignitas.
 ἐν γὰρ — ἀνωτάκτου) *Nihil exceptit*, nempe rerum crea-
 tarum, in his terris. Philo in Lib. de opif. mund. p. 19.
 B. de beneficijs locutus, quibus homo a Deo maclus est,
 omnia omnino addit ei subiecta esse, exceptis coelestibus,
 quae diuiniorem fortita partem essent. οὐκ ἔστιν ὑπο-
 τεταγμένα) Sensus est, illa uerba Psalms in nullo hominum
 plenum effectum habuisse. Nam utimur quidem rebus crea-
 tis,

tis, sed non omnia nobis subiecta sunt. Utimur e. c. pecoribus, uerum saepe etiam a pecoribus uiolamur. Nunc autem ostendit Paulus u. 9. sqq. id, quod de nullo homine stricte dici possit, id de Christo solo dici strictissimo sensu posse. Ergo locus Psalmi, qui literaliter de homine agit, nunc ad Iesum transfertur. Summa rei est: Deus non angelum quendam, sed hominem facere uoluit Dominum. Sed non nisi unus homo est, qui uerissime et strictissime dominus *omnium* dici possit.

9. τὸν δὲ — θανάτου) Constructio uidetur esse talis:

Ἰησοῦν δὲ βλέπομεν διὰ τὸ πάθημα τῆ θανάτου δόξῃ καὶ τιμῇ ἐξεφανωμένον, τὸν βραχὺ τι παρ' ἀγγέλους ἡλαττώμενον, ὅπως χάριτι etc. *Iesum autem uidemus, (scimus) propter perpetuam supplicii maiestate et honore esse ornatum, Iesum inquam, qui per breue tempus inferior factus est Angelis, ut ex benigno Dei decreto, mortem pro omnibus gustaret.*

Βλέπομεν, i. e. certo cognoscimus, Iesum esse dominum omnium rerum, nempe ex regni effectibus, quos ipse Christus praedixerat, missione Spiritus sancti, uocatione gentium, rebusque aliis. Maiestate et honore ornatus est Iesus longe maiore, quam qui in alios homines cadit; praest enim creaturis omnibus, et coelestibus et terrestribus.

Διὰ τὸ non consecutionem solam significat, sed plus aliquid, i. e. dignum fuisse Iesum, qui in tantum eueheretur, eo quod se deprimi passus esset ad mortem usque ignominiosam. Cf. Philipp. II, 8. 9. χάριτι θεῶ, beneficio, i. e. ex benigno Dei consilio. Lectio χωρὶς minus probanda uidetur; nec inest ei sensus. Omnes sane explanationes durissimae sunt, et multo studio quaesitae. Praefero

igitur

igitur cum aliis lectionem χάριτι θεῷ, *beneficio Dei*. Ceterum utraque lectio est antiqua. Vide *Griesbachium* ad h. l. Γένεσθαι θανάτου, *gustare mortem*, i. e. *mori*, sine emphasi, Matth. XVI, 28. Marc. IX, 1. hebr. תּוֹמַת חַיָּוִת. Ἰπὲρ πάντων pro ὑπὲρ πάντων, sc. ἀνθρώπων. Ostendit Apostolus contra Iudaeos, mortis supplicium, quod Christus sustinuit, dignitati eius adeo nihil detrudere, ut potius maximo ipsi sit honori.

10. Ἐπρεπε — τελειῶσαι) *Decuit enim Deum Opt. M. per passiones ad summam gloriam euehere eum, qui multos homines ad gloriam (summam felicitatem) perducere, et auctor salutis eorum esse debebat.* Ἐπρεπε θεῷ, dignum erat Deo; congruebat cum attributis diuinis. Aequum et iustum erat, ut Deus Christum praemiis afficeret. δι' ὃν τὰ πάντα, καὶ δι' ἃ τὰ πάντα, *ad cuius gloriam, et per quem omnia existunt.* Est descriptio summi Dei. Cf. Rom. XI, 36. Participium ἀγαγόντα refer ad ἀρχηγὸν i. e. multos filios ad gloriam *ducturum*. Ad ἔπρεπε τῷ θεῷ non potest referri; nam sic dici deberet ἀγαγόντι. Idem est autem ἀγαγόντα, quod ἡγεμόνα seu ἀγωγέα, qua uoce utitur Philo, *de duce exercitus*, et de Mose *principe*, qui proprie dici βασιλεὺς non poterat. Δόξα, *felicitas*. Πολλὰς ψυχάς, i. e. *multos homines*. Hi uocantur h. l. filii Dei, quia per eum facti sunt. Ἀρχηγός, *auctor*. Sic Dionys. Halic. Antiqq. L. III, habet ἀρχηγός τῆς ἐπιβελῆς, *auctores insidiarum*, et L. IV. τῶν νόμων πουνηρῶν ἀρχηγὸν, *malarum legum auctorem*. Τελειῶσαι τινα, h. l. uidetur significare: *fortunato exitu aliquem beare*. Nam interdum hoc uerbum significat *perducere aliquem ad exitum*

tum et metam, ut Philipp. III, 12. et per consequens felicem reddere. Quum nempe Christus omnia perpessus esset, in uitam reuocatus, et totius generis humani dominus constitutus est. Aliis *τελειῶσαι* est *consecrare*, *muneri consecrare*, ut Num. III, 3. XXI, 10.

11. *ὅ, τε γὰρ — πάντες*) Nempe expians et expiandi omnes eandem naturam habere debebant. Ἀγιαζεῖν, כפר, *expiare*, Exod. XXIX, 33 - 36. Expiat autem, qui efficit, ut aliis, a fauore Dei propter peccata exclusis, aditus pateat ad fauorem et gratiam Dei. Ἐξ ἐνός, sc. ἁμαρτος, uel σπέρματος, uel γένους, sc. εἰσι. Omnes eandem habent, uel habere debebant *naturam*; quam interpretationem sequentia confirmant. Cf. c. V, 1. Conueniens erat, auctorem salutis humanae non esse angelum, sed humana natura praeditum. δι' ἧν — καλεῖν) Bene obseruauit Chrysostomus, phrasin ἐκ ἐπισχύνεται de eo dici, qui maior quum sit, minoribus tamen sese sociare haud dedignatur.

12. ἀπαγγεῶ — ὑμνήσω σε) Ostenditur ex locis quibusdam V. T. quod Iesus non erubescat, homines appellare suos fratres. Verba haec sunt ex Ps. XXII, 23. Nervus omnis et probatio latet unice in uocabulo τοῖς ἀδελφοῖς μου. Ἐν μέσῳ, כהן, Ἐκκλησία, להק, conuentus populi Israëlitici in templo.

13. καὶ πάλιν — ἐπ' αὐτῷ) Πάλιν, alio loco, ut supra I, 5. Sumtus est locus ex Ies. VIII, 17. Probatur autem hoc testimonio, Messiam eiusdem naturae cum reliquis hominibus esse, quia, non aliter ac ceteri mortalium,

italium, spes suas in Deo Patre haberet fitas, Ps. XXII, IO. II. καὶ πάλιν — ὁ θεός) πάλιν hic est *deinde*. Similiter et Philo inter duo, quae se in S. Codice excipiunt, commata, καὶ πάλιν interiicit, idque alibi interpretatur per καὶ ἔτι λέγει, aut εἴτε ἐπιλέγει, aut εἴτε ἐπιφέρει, et *deinde addit*, siue, *quae quum dixisset, ita pergit*. Exempla affert *Carpzouius*. Eadem ratione, quem hic Apostolus adducit, locus integer ex Iesaiâ sumtus est, non obstante eo, quod inter comma 17 et 18 interiicit καὶ πάλιν. Τὰ παιδία, iterum sunt homines, nominatim uero ii, quos Deus disciplinae Messiae tradiderat. Deus filios suos Christo dat educandos, Io. XVII, 12.

14. ἐπεὶ ἔν — μετέσχε τῶν αὐτῶν) *Quoniam igitur filii* (de quibus u. 13.) *corpus mortale habent, ipse similiter natus est*. Σάρξ καὶ αἷμα, hebr. בשר ודם, *totus homo*, imprimis *corpus hominis mortale, fragile*, 2 Cor. IV, 11. Τὰ παιδία h. l. non uertendum est *infantes*, sed *liberi*, nempe Dei. Respicitur ad locum Iesaiâe modo citatum, u. 13. et intelligendum est totum genus humanum. Παρὰ πλῆσιν ὁμοίως Glossarium apprime interpretatur *δμοίως*, i. e. *plane, ac per omnia similiter*. Cf. infra u. 17. Μετέχειν, *participem esse*, et per meton. consequentis *nancisci*. ἵνα διὰ — τὸν διάβολον) *Vt morte sua priuaret ui et potestate eum, qui habebat imperium in mortem, nempe Diabolum*, i. e. ut ipse posset mori, et morte sua efficere, ut mors, Diaboli fraude tyrannidem quasi in homines exercens, nobis non amplius sit metuenda. Τὸ κράτος ἔχειν τινος, *imperium habere alicuius rei*.

Glossarium: τὸ κράτος. ἐξουσία, βασιλεία. Imperium habet in mortem, qui potest interficere, qui ius necis habet. Quum autem diabolus h. l. dicitur ius necis habere, id proprie intelligi non potest, sed quodam modo, aut certo respectu; nam proprie Deus habet imperium mortis et uitae. Respicitur fortassis ad opinionem, cui Hebraei a pueritia erant innutriti, esse aliquem malum angelum, qui supra mortem dōminaretur; eum מלאך המות dicebant, ex Prouerb. XVI, 14. non recte quidem, deducentes, atque miranda de ipso fabulantes plurima. Nomina etiam uaria ei tribuebant, ut אשמרי, (Tob. III, 8. 20.) Ἀσμοθῶτον, *Asmothi*; porro סמאל, *Samael*, quem penes Maimonidem, More Neu. 2, 30. narrant ex Pirke Elieser, serpenti antiquo inequitasse, atque Euam seduxisse. Hunc praeterea κατ' ἐξοχήν כל השטנים ראש *caput omnium malorum Angelorum* appellabant, Angelum דומה *Dumah*, item יצר הרע *Angelum malum*, et *mortis*, eumque die secundo creatum esse afferebant. Fortassis etiam respicitur ad historiam lapsus, ut Io. VIII, 44. ubi diabolus dicitur homicida esse ab initio. Diabolus nempe fuit auctor et causa peccati, et per hoc etiam auctor mortis, quia per peccatum mors introducta est. Καταργεῖν, *destruere, uim alicuius rei debilitare et tollere*. Fractam autem esse, dicit Apostolus, uim mortis per mortem Christi. Is enim morte sua obsignauit promissionem uitae post mortem corporis aeternae et beatissimae; rediit etiam in uitam, et nos etiam in uitam reuocabit. Sic liberauit nos a metu mortis.

15. καὶ ἀπαλλάξῃ — δελείας) *Et liberaret metu eos, qui mortem seruiliter metuebant per omnem uitam suam.* Ἀπαλλάττειν et ἀπαλλάττεσθαι de manumissionibus et de liberatione a seruitute proprie adhibetur; hic uero supplendum est τῷ φόβῳ, quod ex sequentibus intelligitur. Ἐνοχον εἶναι δελείας, *obnoxium esse seruituti*, et quidem per metum, i. e. metu seruii constriictum esse, animo ita affectum esse, quomodo serui solent, qui dominos metuunt, uitae atque necis auctores. Διὰ παντός τῷ ζῆν, pro διὰ πάσης ζωῆς, ut etiam Philo et alii utuntur.

16. ἢ γὰρ — ἐπιλαμβάνεται) *Profecto enim non Angelis auxilium fert, sed Abrahami posteris.* Ἐπιλαμβάνεσθαι τινός, non potest indicare: *assumere alicuius naturam*, sed proprie est *prehendere aliquem*, deinde etiam saepe *prehendere aliquem opis ferendae causa; opem ferre.* Σπέρμα Ἀβραὰμ, *posterii Abrahami.* Paulus, Hebraeis scribens, satis habet de illis loqui; de gentibus alibi loquendi locus. Saltim posterii Abrahami h. l. non sunt spectandi ut natio aliqua, sed opponuntur angelis.

17. ὅθεν ὠφελε — τῷ λαῷ) *Vnde debuit plane similis fieri fratribus suis, ut nobis possit miserari, tanquam Pontifex Maximus cui tuto fidere possimus, quod attinet munus, quo apud Deum pro nobis fungitur in expiandis peccatis populi.* Ὅθεν, *proinde*, quia illorum opitulator et auxiliator est. Κατὰ πάντα, in omnibus iis, quae ad naturam nostram necessario pertinent; ergo etiam in perferendis miseriis, rebus aduersis et calamitatibus, χωρὶς tamen ἀμαρτίας, c. IV, 15. ἵνα ἐλεήμων γένηται, *ut fiat misericors.* Qui enim ipse sensit mala et mortem, is scit,

quid hoc fit, malis affligi; ergo misericordia erga alios tangitur. Πισθς h. i. est, qui munere suo bene fungitur, cui fidere, nosque et causam nostram tuto concredere possumus. Τὰ πρὸς τὸν Θεόν, i. e. κατὰ τὰ πρὸς τὸν Θεὸν πράγματα, ἰ. ἀνήκοντα. Ἰλάσκεσθαι, רַחַם, peccatorum poenas auferre, Leuit. V. 6.

18. ἐν ᾧ — βοηθῆσαι) Quia enim ipse calamitates pertulit, hoc magis potest moueri ad opem ferendam iis, qui mala experiuntur. Ἐν ᾧ, רַחַם, quia. Πειράζεσθαι, explorari, quod fit calamitatibus. Δύναται, i. e. potest moueri ad auxiliandum. Nihil enim maiorem ad miserandum uim habet, quam malorum similitum, quae nobis euenere, memoria.

Caput III.

1. Ὁ Θεὸς — Ἰησοῦν) Quae quum ita sint, fratres christiani, quibus, sicut et nobis, bona coelestia offeruntur, considerate, quantus sit legatus ille diuinus et Pontifex Maximus, quem (nostrum) profitemur, Iesus. Iam ostendit Apostolus, Christum maiorem esse Moise, atque diligentius propterea audiendum. Ὁ Θεὸς, quum ita se habeant, quae diximus haecenus. Ἄγιοι, Christiani, Rom. I, 7. I Cor. I, 2. Κλήσις ἐπεράνιος, oblatio coelestium bonorum. Offeruntur uero hominibus bona coelestia et spiritalia per institutionem in religione christiana. Ergo particeps uocationis coelestis est is, qui religionem christianam didicit. Κατανοήσατε, bene attendite, quis et quantus sit. Ἀπόστολος, legatus, nempe diuinus, maior Moise, et omnibus reliquis legatis diuinis. Ἀρχιερεὺς τῆς δμολογίας, Pon-

Pontifex Maximus, quem nos profitemur, cuius munere nititur spes nostra, ἀρχιερεὺς, ὃν ἠμολογῶμεν. Χριστὸν δεest in optimis codicibus, uersionibus nonnullis et Patribus.

2. πιστὸν ὄντα — οἴκῳ αὐτοῦ) *Qui concredito sibi a Deo munere fidelissime functus est, sicuti Moses toti populo Dei fideliter praesuit.* Comparatio instituitur cum Mose, qui Num. XII, 7. dicitur πιστὸς ἐν ἔλῳ τῷ οἴκῳ θεοῦ. Τῷ ποιήσαντι αὐτὸν, qui cum constituerat, nempe Pontificem Maximum, i. e. redemptorem humani generis. Ποιεῖν, ποιῶ, constituere, 1 Sam. XII, 6. Moses fidelis erat erga Deum, tum in ducendo et regendo populo, tum in perficiendis diuinis iussibus. Christus fidelis erat, dum duplici negotio, sibi demandato, docendi (Io. XII, 49.) et moriendi (c. X, 18.) fideliter functus est. Οἶκος et Graecis et aliis gentibus frequenter est familia. Familia autem illa, cui Moses fideliter praesuit, est populus Iraëliticus, οἶκος Ἰσραήλ, Act. II, 36.

3. πλείονος — ὁ κατασκευάσας αὐτὸν) *Is enim eo maiore honore dignus est Mose, quo magis paterfamilias dignitate superat familiam.* Γὰρ referendum ad u. 1. Nunc enim ratio affertur, cur attendere debeamus Iesum; quia nempe maior est Mose. Παρὰ hic particula comparans. Satis fuerat dicere πλείονος ἢ, aut πολλῆς παρὰ. Sed solent saepe comparationes bis exprimi. Hebraei dicerent: הוּא יוֹתֵר מִמֹּשֶׁה נִשְׁבַּח. Δόξα, honor, dignitas. Ὁ οἶκος hic iterum est familia, et ὁ κατασκευάσας αὐτὸν, non est Aedilis, ut multi uolunt, sed omnibus rebus necessariis instruens domum et familiam;

nam κατασκευάζειν faepissime est *praeparare, instruere, adornare*, ut Matth. XI, 10. Qui autem domum omnibus necessariis instruit, uocari solet paterfamilias. Ven. *Morus* in uersione teutonica not. f. ita connectit uerba: τιμὴν τῆ δόξης ἔχειν, *in domo habere honorem et dignitatem*. Ergo πλεῖονα τιμὴν τῆ δόξης ἔχει, *qui maximus est in familia*. Sic ordo esset: *Deus*, tanquam mittens maior Iesu, (Io. XIV, 28. 1 Cor. XI, 3.) *Christus*, a Patre missus; *Moses*. Totum hoc comma ita uertit *Morus*: *Doch hat iener einen groszen Vorzug vor dem Moses; aber in so ferne, dasz der Stifter des Hauses immer noch der Vornehmere darinnen ist*.

4. Πᾶς γὰρ — ὑπό τινος) i. e. *Omnis familia habet suum caput*, Dominum, qui ipsi prospicit. Cf. u. 3. δὲ δὲ — Θεός) i. e. *Deus est summus quasi Paterfamilias*, cui populus Veteris et N. T. originem suam debet, qui et Christum et Mosen misit. Τὰ πάντα, πρὸ τᾶντα πάντα, ut Rom. XI, 29.

5. καὶ Μωσῆς — Θεράπων) Vox Θεράπων non est plane eadem quae δῆλος; nam δῆλος opponitur τῷ ἔλευθέρῳ, sed Θεράπων τοῖς τέκνοις, uel ut hoc loco τῷ υἱῷ. *Ammonius*: Θεράπωντες καὶ οἰκέται διαφέρουσι. Θεράπωντες μὲν γὰρ οἱ ὑποτεταγμένοι φίλοι ἐφ' ὧν Θεραπεύονται οἱ προσήκοντες, Οἰκέται τῶν δεσποτῶν. Verti igitur potest Θεράπων, *minister*, uel ut uetus Glossarium, *famulus*. Promiscue tamen haec usurpantur, ut patet ex Luc. XII, 42. Apocal. XV, 3. εἰς μαρτύριον τῶν λαληθησομένων) *Vt referret ad populum nomine Dei promulganda*. Μαρτυρεῖν non tantum est *testari*, sed etiam *mandata referre*, sicut μαρτύριον

τύριον est *doctrina*, 1 Cor. I, 6. II, 1. Moses ne castra quidem mouebat, nisi Dei iussu.

6. χριστός — οἶκον αὐτοῦ) Vel potius αὐτοῦ. Moses erat ἐν τῷ οἴκῳ, et pertinebat ad familiam; Christus uero ἐπὶ τὸν οἶκον, supra familiam, ut eius praefectus et dominus. Ille est in *aliena* domo, ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, sc. *Dei*; hic *propriam suam* habet, ἐπὶ τὸν οἶκον αὐτοῦ. Si retinetur αὐτοῦ, et ad Deum refertur, sensus est, Christum praefectum esse familiae Dei, non tantum ut ministrum, sed etiam ut *dominum*. ἄλλος οἶκος ἐσμεν ἡμεῖς) *Cuius familia sumus nos*, Christiani. *Et erimus* scilicet; nam praesens hic futurum comprehendit. ἔαν περ — κατάσχωμεν) Est traiectio: Ἐὰν βεβαίαν κατάσχωμεν μέχρι τέλους τὴν παρρησίαν καὶ τὸ κάυχημα τῆς ἐλπίδος. *Si firmiter retinuerimus usque ad finem, fiduciam et laetam spem*. Παρρησία, fiducia. Κάυχημα saepe idem ualet quod ἀγαλλίαμα. Κάυχημα τῆς ἐλπίδος est igitur *laetitia spei*, spes illa laeta, nempe uitae aeternae, sub iis legibus, sub quibus a Christo promissa est.

7. διὰ — ἄγιον) Hoc solent interpretes coniungere cum eo, quod post longum Scripturae testimonium sequitur: βλέπετε ἀδελφοί, u. 12. Possit uero elliptice intelligi: Putate, uobis etiam dicta esse, quae Deo inspirante dixit diuinus uates, nempe Ps. XCV, 7-11. uel ita, ut cohaereat διὰ u. 7. cum u. 8. μὴ σκληρύνετε, proinde *ne sitis contumaces*. Pergit uero Apostolus in cohortatione ad constantiam in tenenda spe et fiducia usque ad finem. σήμερον — ἀκέσχητε) Τὸ σήμερον respicit diem festiuitatis τῆς Σκηνοπηγίας, seu Tabernaculorum;

nam in huius celebritate conscriptus est hic Psalmus. Verti potest: *nunc, hoc tempore. Vox Dei*, quam Iudaei audiuerant, erat promissio de occupando Palaestina. Et tamen dubitarunt, se esse ingressuros in Palaestina, ideoque rebellarunt. Sic in Psalmo. Paulus uero illam historiam accommodat ad christianam religionem, et per uocem Dei intelligit salutem promissam per Christum, uel euangelicam doctrinam.

8. μή σκληρύνετε — ἐν τῇ ἐρήμῳ) *Ne animum exhibitis intractabilem, sicut olim in loco nominato Meribah factum est, tempore illo, quo circa Massam egit populus in deserto.* Μὴ σκληρύνετε τ. καρδ. ὑ. אֵל-תִּקְשׁוּ. Habemus idem uerbum Exod. VII, 3. XIII, 15. Deut. II, 30. tribuique solet, ut uerbum כָּבַד et similia, tum Deo, tum hominibus, sed sensu non nihil diuerso. Ἐν τῷ παραπικρασμῷ, in loco nominato מֵרִיבָה, Exod. XVII, 7. Num. XX, 13. 24. Πειρασμῶς, pro מִסָּה est itidem nomen loci in deserto, ex historia sic dicti. Haud inusitatum est Graecis interpretibus nomina Hebraea propria in Graecismum appellatiue transferre, ut, pro *Meribah* et *Massa* dicere παραπικρασμὸν et πειρασμὸν. Ita etiam Philo infinitis in locis scripsit, quando e. g. Iacobum Ἀσκητήν, Labanum Λευκασμὸν, Saram Ἀρχήν, Cainum Κτήσιν uocat, quae, ut ubique, sic imprimis in libro de nominum mutatione legere potes. Sic Targumistas quoque nomina propria transferre appellatiue, non obscurum est. *Dies Massae* est tempus illud, quo circa Massam egit populus; sicut dies *Madian* Ies. IX, 4.

9. ἔ ἐπίρασαν — τεσσαράκοντα ἔτη) *Vbi tentarunt me maiores uestri. Dubitarunt de potentia mea, quanquam per XL. annos opera mea perspiciebant.* Particula ἔ eadem est quae ἐπε, quomodo etiam Codices duo legunt, et refertur ad loca, quae praecessere *Meribah* et *Massah*, siue, ad παραπικρασμὸν καὶ πειρασμὸν, qui uterque erat locus ἐν τῇ ἐρήμῳ. In Hebraico occurrunt uerba ינסוני et בַּחֲנוּנַי. Vtrumque denotat, dubitare de auxilio Dei, an possit et uelit opem ferre, eique importune praescribere. Καὶ, hebraicum כִּי, *etsi*; qua significatione particula sumitur Io. XVIII, 25. *Quanquam uiderant opera mea*; coturnices, mannam acceperant etc. Verba τεσσαράκοντα ἔτη, leguntur et in Psalmo, et in quibusdam Graecis Cod. ad uersum demum *sequentem*; quod est accuratius; nam tum, quum ad Meribam rebellarunt Iudaei, nondum effluxerant quadraginta anni, sed hoc factum est in medio itinere. Theodoretus tamen, Oecumenius et alii ad *nonum* comma referunt. Erasmus plane reiicit. Hanc populi impietatem, et contra deum rebellionem in causa fuisse Philo ait, Lib. I. de uita Mosis p. 639. C. quod, quum *secundo* mox anno, postquam Aegypto demigrauerant, agros diuidere Syriae potuissent, per inuia errantes, uix tandem *anno quadragesimo* sedes fixas fuere nacti.

10. διὰ προσώχθισα — τὰς δύος με) Προσώχθισα τῇ γενεᾷ ἐκείνῃ Castellio optime uertit: *itaque pertaesus illius nationis.* Hebr. טקא. Est uero טק fine טק fastidire, abominari. Sirac. I. 25. ἐν δύοιν ἔθνεσιν ἑπροσώχθισεν ἡ ψυχὴ μου, *a duabus gentibus anima se mea auertit,*

auertit, s. duas potissimum gentes abominor. Suidas ex hoc Epistolae loco: προσώχθισα αἰτ, ἐβδελυξάμην, δυσηρεθήθην. Ἄει πλανῶνται τῇ καρδίᾳ, i. e. *semper praeue sentiunt; semper falsas de me habent opiniones.* Putant, me non esse ueracem, non potentem. Καρδίᾳ, *animus*, hic praecipue ad iudicandi facultatem refertur. Ὅδοι θεῶν esse possunt, quae in commate antecedente dicuntur τὰ ἔργα.

II. ὡς ὄμοσα — κατὰπαυσίμ μὲ) Ὡς itaque, ut Hebraeum יָשַׁן. Diuinum iusiurandum habetur Num. XIV, 21. 28. et Deuter. XXIX, 20, 21. *Iram Dei figurate seu κατ' ἀνθρώπων dici, nec debere, quomodo penes homines, per affectum turbulentum explicari, fatis notum.* Εἰ, Οὐκ, in iuramentis absolute positum, et idem ualet, quod ἐκ. Secundum alios rectius aliquid subintelligitur; *ne pro Deo habeas*, aut, ut Ezech. XVII, 19. *ne uiuam ego.* Εἰ εἰσελεύσονται εἰς τὴν κατὰπαυσίμ μὲ, *non peruenient in locum quietis (et felicitatis,) quem iis destinaueram.* Κατὰπαυσις, *locus quietis*, in historia populi Israelitici est Canaan, regio illa, ubi populus a longis iactationibus quieuit, ut Deut. XII, 9. Addit Deus uoculam μὲ, quia eius boni Auctor erat, et quia arca, ubi Deus praefens esse credebatur, tunc uagari desit, Ps. CXXXII, 8. 14. Sed Paulus illam historiam accommodat ad Christianos. Nunc igitur κατὰπαυσις a Deo promissa allegorice est *possessio quaedam quieta, uel felicitas ad animum pertinens.* Alia est *quies Dei*, de qua c. IV, 3. sqq. Vid. *Morum* ad h. l. not. o)

12. Βλέπετε — Θεῶ ζῶντος) *Cauete, fratres, ne quis uestrum defectione a uero Deo ostendat animum malum et incredulum.* Καρδία πονηρὰ ἀπιστίας, est καρδία πονηρὰ καὶ ἀπιστος, *animus malus et incredulus*; nam Genitiuus est pro adiectiuo. Animum malum uero is etiam ostendit, qui promissionibus et minis Dei fidem non habet. *Defectio a uero Deo* h. l. est defectio a christiana religione. Valde autem efficaciter dictum ἀπὸ Θεῶ ζῶντος, nam qui uiuit, i. e. semper uiuit, semper etiam poenas sumere potest. Ἐν τῷ pro εἰς τὸ, quae particularum mutatio frequens his et aliis libris. Nolite redire ad Iudaismum, sicut illi in Aegyptum, unde eos Deus eduxerat. Qui a Christo deficit, simul deficit a Deo.

13. ἀλλὰ παρακαλεῖτε — ἀπάτη τῆς ἁμαρτίας) *Sed urgete alter alterum quotidie, ne quis uestrum obduratus, ab his etiam seducatur, qui iam defecere.* Παρακαλεῖτε ἑαυτοὺς, i. e. ἀλλήλους, *instate, atque urgete alter alterum*, sc. institutione et doctrina, admonitione, precibus, consolatione, reprehensione, increpatione, castigatione, prout nempe opus est. Nam haec omnia in hoc uerbo latere, bene ostendit *Carprouius*. Ἄχρις ἔ τὸ σήμερον καλεῖται, i. e. *per totam uitam uestram*, quam diu uobis dici potest illud Psalmi: *hodie*. Ἴνα μὴ σκληρυνθῇ τις ἐξ ὑμῶν, *ne quis uestrum occalescat*, contumax fiat, contra Deum rebellet. Verba ἀπάτη τῆς ἁμαρτίας uel proprie sumi possunt, *fraude peccati*, i. e. *deceptus sua incredulitate*; nam ἁμαρτία h. l. est ἀπιστία, uel ἁμαρτία pro ἁμαρτωλοῦς potest esse appositum, ut sensus sit; *ne*

quis uestrum obduratus seducatur ab Apostatis. Nam multi omnino ex Hebraeis uidebantur, metu uexationum, persecutionis, et calamitatum seducti, ab Euangelica professione illo tempore deficere uelle; multi etiam omnino defecerant.

14. μέτοχοι — κατάσχωμεν) *Participes enim sumus beneficiorum Christi, (haec conditione sumus ueri Christiani,) si, quem coepimus professioni christianae dare, assensum, ad finem firmum tenemus.* Μέτοχοι τῷ χριστῷ, *participes Christi, i. e. beneficiorum Christi, ueri nominis Christiani.* Ἐπόσασις hic est, quae supra u. 6. ἐλπὶς dicitur, spes firma, fiducia. Cf. infra XI, II. Ἀρχὴ τῆς ὑποστάσεως per Hypallagen nostris his libris non infrequentem, pro ὑπόστασις ἢ ἐξ ἀρχῆς, uel ἢ ὑπ᾽ ἀρχῆς ἔχειν, *spes illa quam ab initio habuimus, fides incepta.*

15. ἐν τῷ λέγεσθαι — παρωπιμασμῷ) *Quum autem dicitur: hodie etc. Supple: quaero, scire uelim.* Connectendus nempe est hic uersus cum sequenti. Iterum ad animum reuocat Paulus historiam contumacium Israëliitarum, uerbis utens Dauidis in hoc commate, partim ex persona diuini uatis, partim ex sua.

16. τινες γὰρ — διὰ Μωσέως;) *Accedo Chrysoftomo, Theodoreto et aliis, qui haec uerba interrogatiue sumunt.* Apostolus enim Hebraeis suis proponit exemplum Israëliitarum ueterum, eo fine, ut ostendat, non satis esse audire et tenere mandata Dei, sed obediendum etiam, et fidem adhibendam promissionibus diuinis. Cf. u. 19. Ergo non est

est legendum *τινές*, sed *τίνας*. *Γάρ*, non est particula rationem reddens, sed interrogatio. *Παρεπύκραναν*, *rebellarunt*, ad iram prouocarunt. *Ἄλλ' ἔ;* *annon?* Dicit Paulus, omnes illos Israelitas punitos esse propter hanc rebellionem. Omnes rebellarunt; omnes perierunt. Israëlitae, qui Deum ad iram prouocauerunt, eo grauius peccarunt, quod maximis beneficiis erant ornati, *ἐξελεθόντες ἐξ Αἰγύπτου διὰ Μωσέως*. Hebraei, ad quos Paulus scribit; qui per christianam religionem longe maiora beneficia acceperant, facile poterant hoc applicare.

17. *τίσι δὲ — ἐν τῇ ἐρήμῳ;*) *ἁμαρτάνειν* hic sumitur in sensu illo grauiore, quo respondet Hebraico *יָשַׁב*, *deficere a Deo*. *Πίπτειν ἐν τῇ ἐρήμῳ*, Philoni est *λοιμῶδες νόσῳ διαφθείρεσθαι ἐν ταῖς ἀβαταῖς ἐρημίαις*. *Πίπτειν, mori*, et quidem morte uiolenta, uel morbo grauiori. *τὰ κῶλα*, hebr. *קַוְלָה*, *cadauera*, corpora, uel potius *artus corporis*, ut pes truncatus, manus scissā, aut digitus, brachium etc. De ruinis idolorum, quae Deus uastauerat, habetur *Leuit. XXVI, 30*. Cf. *Num. XIV, 29, 31-36*.

18. *τίσι δὲ ὤμοσε — ἀπειθήσασι;*) Cf. supra u. II. Poenarum autem hic duo genera sunt: *perire in deserto*, et: *possessione Syriae et Palaestinae carere*. Nullum est discrimen hoc loco inter *ἁμαρτήματα, ἀπειθεῖαν*, et *ἀπιστίαν*, ut quidam Interpretes uolunt; nam *ἀπειθεῖα* frequenti uersu est *ἀπιστία*, eadem illa quae *ἁμαρτήματα* in uersu antecedente dicebatur; et ipsa *ἁμαρτία* dicitur *ἀπιστία* *Io. XVI, 9*.

19. καὶ βλέπομεν — δι' ἀπιστίαν) Βλέπομεν, i. e. ὀΐδαμεν, ex historia cognoscimus. Δι' ἀπιστίαν propter diffidentiam.

Caput IV.

I. Φοβηθῶμεν ὑπερηκέναι) Sollicite igitur caueamus, ne, quum (et nobis) promissio sit reliqua perueniendi in locum quendam tranquillitatis (et felicitatis) aliquis vestrum sero ueniat, i. e. excludatur. Post μήποτε, et τὴν κατάπαυσιν αὐτῆ, comma uidetur esse ponendum, ut καταλειπομένης ἐπαγγελίας sint Genitiui consequentiae. Nunc allegorice tractat Apostolus hanc historiam, applicans ad Christianos, quod haecenus dixerat. Nos etiam habemus promissionem diuinam, similem illi, quam ueteres Israelitae acceperant, multo tamen maiorem, melioremque. Καταλείπεσθαι, non solum est relinqui, negligi, sed et reliquum, uel residuum esse. Sic ἐλπὶς καταλειπομένη dicitur spes adhuc residua, quod patet ex locis apud Westenium. Ἐσπερεῖν, posteriorem esse cursu, remanere, tardius uenire. Polyb. Hist. IX, c. 13. ποτὲ μὲν ὑσπερεῖν, ποτὲ δὲ προτερεῖν ἀνάγκη, modo tardius, modo maturius uenire necesse est. Verba δοκεῖν et φαίνεσθαι, ut latinum uideri, saepe redundant, aut ponuntur, si res iam absoluta et certa est. Sic Cicero in fine periodorum ponit esse uideatur, pro sit. Demosthenes pro corona, 26. φαίνομαι τετυχικῶς, pro τετύχηκα. φοβηθῶμεν, sollicite caueamus. Quenam autem sit illa promissio, Christianis data, et κατάπαυσις illis parata, in sequentibus explicatur.

2. καὶ γὰρ — κακίνοι) *Nam et nos promissionem egregiam accepimus, sicut et illi.* Ἐυαγγελίζειν h. l. simpliciter est: *boni aliquid promittere.* Sensus est: Nobis promissum est bonum, ut et illis. Illis promissa erat Palaestina; nobis alia, coelestis nempe felicitas promissa est. ἀλλ' ἐκ — τοῖς ἀκούσασιν) *Sed promissio audita illis non profuit, non accepta firmissima fide ab audientibus.* Ὁ λόγος τῆς ἀκοῆς, קל שמוע, דבר שמע, *promissio audita, λόγος ἀκούμενος, uel perceptio promissionis, ἡ ἀκοή τῆς λέγου.* Nam ὁ λόγος, sicut hebr. דבר saepe est *promissio*, et Paulus h. l. intelligit ἐπαγγελίαν de ingredienda terra Canaanitica, pressis misere Israelitis suauissimam. Συγκεκραμένος τῇ πίσσει elegans est locutio, qua ad digestionem ciborum in succum respicitur. De aquae mixtura et uini adhibetur 2 Maccab. ult. εἶνος ὕδατι συγκεκραθεὶς ἡδύς. Sensus igitur loci nostri est: *Non commixta ab audientibus in succum et sanguinem, i. e. quia audientes non perpendebant eam animis, nec fide firma et fiducia accipiebant.* Alii legunt συγκεκρασμένους, alii συγκεκραμένους, respiciendo ad ἐκείνους. Sed recepta lectio, quae extat in Syr. Erp. Vulg. Cyr. et codicibus nonnullis, recte praefertur.

3. εἰσερχόμεθα — οἱ πισεύσαντες) *Fruemur itaque quiete et felicitate, qui credimus, exclusis nempe aliis omnibus, qui non habent fidem diuinis promissionibus.* Praesens εἰσερχόμεθα hic ponitur pro omni tempore. Ostendit nunc Apostolus, Christianis paratam esse felicitatem et quidem multo meliorem ea, quae Israelitis erat promissa, analogam diuinae quietis. Κατάπαυσις h. l. non historice
sed

fed allegorice intelligitur. Est nempe *requies* imago felicitatis. Ergo *κατάπαυσις Θεῦ* est felicitas, similis ei beatitudini, qua Deus fruitur. Eam pariter, qui fidem Deo habent, adepturos esse, Philo dicit, lib. de Cherub. p. 122. C. et seq. Verba quippe instituit de diebus festis, in quibus munera Deo offerebant. Maxima, ait, munera, uirtutes esse, per quas *fid* intelligit, cuius ope ad ueram Dei festiuitatem, (illam *Sabbatum* ac *Quietem* interpretatur,) perueniremus. D. inde pergit: Solus Deus uere festam agit, solus enim gaudet, laetatur, hilaritate paceque fruitur — *Καὶ διὰ τῆτο καὶ τὸ Σάββατον, ἐρμηνεύεται δ' ἀνάπαυσις, Θεῦ, φησὶν εἶναι Μωϋσῆς πολλαχῆ τῆς νομοθεσίας, ἐκτὶ ἀνθρώπων, ἀπτόμενος Φυσιολογίας ἀναγκάιας. Τὸ γὰρ ἐν τοῖς ἔσιν ἀναπαυόμενον, εἰ δεῖ ταλληθῆς εἰπεῖν, ἐν ἐσιν, ὁ Θεὸς. Et ideo Sabbatum, i. e. quies, Dei esse, non hominum, Moses multis in locis dicit, loquens ex philosophia necessaria. Quod enim in rebus quiescit, nihil praeter Deum est. Addit, οἰκειότατον εἶναι μόνῳ Θεῷ τὸ ἀναπαύεσθαι, soli Deo proprium esse, quiescere. καθὼς εἶρηκεν — κατάπαυσίν μᾶς) Supplendum hic aliquid uidetur, nempe δι' ἀπιστίαν (c. III, 19.) uel simile quid. Sola incredulitas excludit. Parenthesi includuntur haec uerba. Saltem, quae statim sequuntur: *καίτοι τῶν ἔργων ἔκτὸ καταβολῆς κόσμος γενηθέντων*) optime connectuntur cum prioribus huius commatis uerbis. *Requiem intelligo, ab omnibus operibus, a mundo condito* (inter homines) *peractis*, i. e. felicitatem et summam laetitiam illam, qua homines fruuntur, peractis iis negotiis, quae in hac uita ab hominibus peragenda erant. *Καί τοι, et quidem.* Sic apud Plutarchum in Caes. *καί τοι καὶ λόγον τινὰ κατέπεσαν**

τέσπειραν εἰς τὸν δῆμον : *et quidem sermonem quendam disseminarunt in uulgo.* Eadem significatione saepius apud Philonem occurrit. Intelligitur hic, ut Primasius ad hanc epistolam 507. recte monet, *regnum coeleste*, siue felicitas aeterna, ad quam quos peruenire contigerit, planissime requiescent a laboribus et aerumnis huius seculi, non tantum a molestiis longi itineris, ut olim Israelitae. Ergo illa felicitas, quae credentibus promissa est, non est similis ei qua Israelitae fruebantur, sed similis ei, qua Deus ipse fruitur, maxima et perfectissima.

4. εἶρηκε — τῶν ἔργων αὐτοῦ) *Dicit enim* (scriptura) *de die septimo ita : et requieuit Deus die septimo ab omnibus operibus suis.* Monet Apostolus his uerbis, mentionem fieri in sacris litteris *quietis Dei*, καταπάουσως θ' εἰς. Hominibus etiam promissum esse quietem, mox (u. 5.) deducet ex alio, supra iam memorato loco. Ἐιρηκε, sc. ἡ γραφή. Πῦ, i. e. ἐν τινὶ τόπῳ, nempe Gen. II, 2. Philo Lib. de conf. ling. p. 327. Ε. καὶ ἐν ἔμμοις πᾶ λείλεκται. Non solebant Iudaei loci librum et caput nominare, quia a prima aetate ita libris istis assueuerant, ut quisque, auditis uerbis, locum nosset. Locum Geneseos Philo interpretatur Lib. I. leg. Alleg. p. 43. Α. Κατέπαυσεν, αἰτ, ὁ Θεὸς τῇ ἐβδόμῃ ἡμέρᾳ ἀπὸ τῶν ἔργων αὐτοῦ, ὧν ἐποίησε. Τῆτο δ' ἐστὶ τοιοῦτον. Τὰ θνητὰ γένη παύεται πλάττων. ὁ Θεὸς, ὅταν ἀρχῆται ποιεῖν τὰ θεῖα, καὶ ἐβδουμάδος οικεῖα, *desinit Deus genera mortalia creare tum, quum incipit facere diuina, et naturae Sabbati conuenientia.* Explicat igitur Alexandrinus τὸ καταπάουσθαι : *mortales res non amplius creare, sed in diuiniorebus occupari,*

cupari, quod sine dubio significat, desinere rebus fortuitis producendis, et felicitate suae essentiae necessaria perfrui. Similem in modum loquitur eodem libro, pag. 41. D. πρῶτον ἔν εβδόμη ἡμέρᾳ καταπαύσας τὴν τῶν θνητῶν σύστασιν, ἀρχεται ἐτέρων θειοτέρων διατυπώσεων πάυεται γὰρ ἔδεποτε ποιῶν ὁ Θεός etc. *Primum igitur septimo die, requiescens ab operibus mortalibus, alias diuiniore formationes incipit. Numquam enim Deus desinit operari etc.* Videtur etiam Paulo haec Dei requies esse imago summae laetitiae et felicitatis.

5. καὶ ἐν — κατάπαυσίν με) Ex hoc loco intelligimus, (ex mente Apostoli,) *hominibus* etiam promissam esse requiem, et quidem Dei requiem. Nam in isto Psalmi loco mentio fit hominum, qui in illam quietem ingredientur, uel non ingredientur. Neruus est in uerbo ἐνσελεύσονται; hoc enim ad homines pertinet.

6. ἐπεὶ ἔν — εἰς αὐτήν) *Quia igitur inde sequitur, quosdam intrare debere in illum locum requiei, i. e. omnibus patere aditum ad eum; nam excluduntur tantum ii, qui non credunt.* Sic intellexit Syrus. Is enim uertit: **מטל הכיל דאית הוה אהרה דאנש זנא נשנ לנ** *quoniam igitur est locus, in quem unusquisque ingredi potest.* Ἀπολείπεται, hebr. נָתַן, *cogitur, sequitur, effici-tur.* καὶ οἱ πρότερον — δι' ἀπίθειαν) Οἱ πρότερον εὐαγγελισθέντες sunt illi, qui ex Aegypto exierant, quibusque promissa erat requies, sed sub conditione fidei et obsequii, supra u. 2. 3.

7. πάλιν — σήμερον) *Aliud tempus constituit, aliud hodie, quo sc. possit perueniri ad eam, de qua saepius dictum,*

atum, requiem, s. felicitatem. Post σήμερον recte ponitur colon. ἐν Δαβίδ — εἴρηται) *Per Dauidem dicens post tantum tempus, (annis quadringentis, uel quingentis post illam historiam, quae est in Numeris,) quemadmodum breui ante diximus. Dauides multo post promissionem, Iudaeis in deserto factam, uixit, et tamen quietis alicuius, adhuc expectandae, mentionem facit. Ergo non potest obiici, post illam Israelitis promissam requiem, aliam non esse expectandam. Verba καθὼς εἴρηται, notant: quemadmodum breui ante memoratum est, sc. cap. III, 7. 8.*

8. εἰ γὰρ — ἡμέρας) *Si enim Iosua eos ad quietem sc. ueram et stabilem, perduxisset, non locutus esset (Deus per Dauidem) de alio postmodum tempore, quo nempe cauendum sit, ne excludamur e requie. Aoristus Indicatiui κατέπαυσε, pro plusquamperfecto Subiunctiui positus, sumitur μεταβατικῶς, ut hebr. נִשְׁבַּח in Hiphil. i. e. quiescere fecit. Perduxit Iosua quidem Israelitas ad requiem, sed non ad perfectam et stabilem. Haec igitur adhuc expectanda est, nempe quies uera, perfecta, ac stabilis. Cf. Hebr. XIII, 14. Qui ἐν τῇ ἄλλῃ ἡμέρᾳ τὸς εὐαγγελισθέντας ἀναπαύει, est Iesus, Dei filius, Matth. XI, 28. 29.*

9. ἄρα ἀπολείπεται — τῷ Θεῷ) *Ergo relinquitur perfectissima requies, maxima felicitas, populo Dei. Qui ad populum Dei pertinent, ueri Christiani, nec non ii, qui relicto Iudaismo religionem christianam suscipiunt, ii omnes adipisci possunt eam felicitatem, quam Christus promisit. Ὁ Σαββατισμὸς, שַׁבָּת proprie est cultus Dei Sabbato*

peragendus, hic uero est gaudium coeleste, uerum ac perpetuum. Philo τὸ Σάββατον, Allegorice ut dicit, *uerissimam quietem* interpretatur, quando mens a curis ac mortalibus negotiis liberata, βίον ἔνδιον καὶ γαλήνιον, *uitam serenam et quietam* adeptam est. Atque haec ferena et quietam uita, nulla alia quam coelestis est, ubi omnium ἱερωσύνη ac σαββατισμὸς, quemadmodum Leuitarum olim sacerdotium, οὐκ ἐπίγειον erit, ἀλλ' ὀλύμπιον κτήμα.

10. ὁ γὰρ — ἰδίῳ δὲ θεῷ) *Qui enim ad eius (Dei) requiem peruenit, is et ipse a suis operibus requiescit, sicuti Deus a suis, i. e. qui felicitatem illam, diuinam similem adipiscetur, is purissima et perfectissima uoluptate fruetur. Quies Dei est summa illa uoluptas, quam ex suis summis perfectionibus et operibus capit. Quies hominum autem quandam similitudinem cum Dei quiete habet in eo, quod in coelesti uita a negotiis omnibus, curis, aduersitatibus, peccatis liberati, uoluptatem summam obtinebunt, ex amore Dei et admiratione operum diuinorum ortam. Philo in Lib. de sacrif. Abelis et Cain. p. 149. C. Ἐορτὴ γὰρ ψυχῆς ἢ ἐν ἀρεταῖς εὐφροσύνη τελεία, quies enim animae, est perfecta in uirtutibus uoluptas.* Totum hunc locum esse allegoricum, facile intelligitur; nam historia transfertur ad rem similem, diuersam quidem in multis, sed in quibusdam tamen apte respondentem rei, cum qua comparatur. Sensus, allegorice expressus, hic erit: Deus quiescit; populo eius promissa est quies; Israelitae non perueniunt ad quietem ob incredulitatem; credentes autem fruuntur ista quiete. Huius allegoriae sensus propriis uerbis expressus erit: Deus est beatissimus; etiam homines
Deus

Deus beatos reddere uult; Israelitae propter incredulitatem non facti sunt participes felicitatis; credentes autem certissime fruuntur illa felicitate. Ceterum non est, cur offendamur hac allegoria. Accommodata est enim haec ratio illustrandi doctrinas ingenio Iudaeorum, qui omnia allegoriis demonstrare conabantur, ut dilucide apparet e libris Rabbinicis, maxime uero e Philone. Quae igitur argumenta nobis uidentur parum idonea esse, eadem ad persuadendos Iudaeos uim haud exiguam habere poterant.

11. σπεδάσωμεν — κατάταυσιν) Demus operam, ut ad summam illam futuri seculi tranquillitatem perueniamus. Rebus aliis omiſſis, hoc agamus. ἵνα μὴ — ἀπειθείας) *Ne quis misere pereat propter similem infidelitatis modum.* Ἐπιπόδειγμα, pro quo frequentius adhibetur παράδειγμα, est *exemplum*. Ἐν pro διὰ. Verbum πέσις non refertur ad phrasin πίπτειν ἐν ἐπιπόδειγματι τῆς ἀπειθείας, incidere in exemplum diffidentiae, sed absolute ponitur ἵνα μὴ τις πέσις, ut c. III, 17. et notat *ne quis misere et ipse cadat pereatque.*

12. Ζῶν γὰρ ὁ λόγος τῆ θεῶ, καὶ ἐνεργῆς) *Quicquid enim Deus effatur, id uim habet et efficaciam.* Verum est, quod Deus minatur et promittit. Non est uana et sine uiribus ira. Ὁ λόγος, 777 saepe notat, quicquid Deus promittit, aut minatur. Hic minas intelligendas esse, quales Ps. XCV. continentur, ipse contextus docet. Ζῶν, quicquid agit, et uim suam exserit. Ἐνεργῆς, *efficax*, idem significat. Καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίσομον, *acutius quocumque ense utrinque acuto.* Hac allegoria exprimitur acerbitas doloris, qui oritur e

L 2

neglectis

neglectis minis diuinis, quasi e uulnere grauiter inflictō. *Μάχαιρα* non est culter, sed *ensis*, ξίφος. Τομώτερος in Glossario explicatur τμητικώτερος. Στόμα μάχαιρας, *acies gladii*; ρομφαία autem seu μάχαιρα δίσομος, Hebraeis פִּיפִיּוֹת חֶרֶב, *ferrum utrinque acutum*. Καὶ διικνεύμενος — μυελῶν, *penetrans adeo, ut uitam et animum, compages et medullam separet*. Ψυχὴ, שׁוּפֵן, *uita*. Πνεῦμα, רוּחַ, uel *habitus, uel animus, Spiritus hominis*; i. e. minae Dei grauissime animum uulnerant, et tristissimos habent effectus. *Verbis* tribuere et alii Scriptores solent ora, *acumen, penetrationem*, ut Eunapius in Iamblichō *Alypio* dat ἐν τοῖς λόγοις ὀξύτητα καὶ τομήν. *Comminationes* Dei perterrefacere debent homines; ubi uero homines non emendantur his comminationibus, infligitur poena, quam Deus minatus fuerat. Καὶ κριτικὸς — καρδίας, *et diiudicat etiam cogitationes et consilia animi*. Minis Dei tribuitur, quod proprie Dei est. Sensus: *Comminationes* Dei etiam ad cogitata nostra pertinent. Si uel animo cogitamus, falsa uel dubia esse, quae Deus minatur, poena digni sumus.

13. καὶ εἶχ — ἐνώπιον αὐτῆ) Sc. Θεῶ, de quo hic sermo; quocum nobis est negotium. πρὸς ὅν ἡμῶν ὁ λόγος. Κτίσις hic non est praecise *opus et actio humana, sed creatura, et inprimis homo*. Deus nouit omnes homines accuratissime, non tantum externa eorum opera, sed et cogitationes. πάντα δὲ — ὁ λόγος) *Omnia potius sunt manifesta et patent oculis eius, de quo nobis est sermo*. Γυμνά dicuntur manifesta, quae oculis tam plane patent, ut nihil omnino absconditum sit. Τετραχηλισμένα sunt *aperta,*

aperta, patefacta, uti apparet e ferie orationis. A nomine *τραχηλος*, *collum*, *τραχηλίζειν* est *retorquere*, *reflectere alicuius collum*. Hic facies sursum uertitur; fit igitur conspicua, magis uenit in conspectum. Perizonius ad Aeliani V. H. XII. c. 58. ex reiectis delatorum noxiarumque faciebus et collis, omniumque conspectui pro poena expositis uim uerbi *τραχηλίζεσθαι* declarari posse arbitratur, et eam ob causam prouocat ad Plinii Panegyricum c. 34. et ad Sueton. Vitell. c. 17. *πρὸς ὑμῶν ὁ λόγος*) *Quocum nobis est negotium*: nam *λόγος* saepe est res, negotium. *Πρὸς* haud raro notat *cum*.

14. ἔχοντες ἕν — τὸ θεῶν) *Quum igitur Iesus, filius Dei, in coelum exaltatus, sit noster Pontifex Maximus*. Post longiorem digressionem de Iudaeis in deserto, redit tandem Apostolus ad Pontificem, cuius mentionem c. III, 1. facere inceperat, et ostendit, Iesum maiorem esse Pontifice Maximo V. T. Ἀρχιερέως nomen latius patet, et omnes significat eos, qui inter Sacerdotes conspicui erant dignitate aliqua, non tantum ἀρχιερέα μέγιστον. Si igitur nude ponitur Ἀρχιερεὺς, adiuncta sunt consideranda, num subintelligendus sit μέγας nec ne? In hoc Epistolae nostrae loco distincte quidem μέγας adiicitur, sed c. III. 1. nude ponebatur Ἀρχιερεὺς. Ita etiam infra c. V, 10. IX, 11. Διελθὺν θόρον τὸν ἕρανυθόν, qui per aërem aetheremque peruenit in summum coelum, sedem diuinæ maiestatis. Philo de Pontifice Maximo Iudaeorum refert, Lib. II. de monarch. p. 821. D. illum quotannis in sanctissimo templo per τέσσαρας σόας εἰς μεσαίτατον τὸν νεδόν, παντὸς ἀδύς κρείττονα, *per quatuor Porticus, in medium San-*

Æum Sanctorum, nulla eloquentia exprimendum, ingredi solitum fuisse. Has quatuor *Porticus* s. *Atria*, Hebr. **הצריח**, Sacerdotum, Virorum, Foeminarum, Peregrinorum, Iosephus nominat; easque tot quasi *ἑρᾶνες* repraesentasse, dicunt Iudaeorum alii. Initio citati libri dicit *Philo, coelum* unice dici uerum *sacrarium Dei* et *templum* dignissimum oportere; nam alterum illud, manu factum, propter solam hominum pietatem dedicatum esse. Cf. infra c. VIII, 2. et IX, II. 12. **Τὸν υἱὸν τῆς Θεῆς**, non famulum, sed Filium Dei, ut supra III, 6. **κρατῶμεν τῆς διωλογίας**) *Retineamus professionem*, i. e. firmi in ea persistamus; faciamus id, quod promissimus; maneamus in christiana religione.

15. εἰ γὰρ ἔχομεν — χωρὶς ἁμαρτίας) *Non enim habemus Pontificem Maximum, qui non afficiatur aduersitatibus nostris, sed eiusmodi, qui perinde ac nos omnia afflictionum humanarum genera pertulit, excepto peccato.* **Δύνασθαι** hic referendum est ad effectum, ut supra II, 18. **Ἄσθενείας** hic sunt aduersa, quibus subiacent Christiani, ut Rom. VIII, 26. I Cor. II, 3. etc. imprimis uero calamitates ob religionem perferendae. **Πεπειρασμένος**, *exercitatus* uariis afflictionum generibus. **Δε, sed, Καθ' ἑμοῖς τῆτα, כדמותנו**, *perinde ut nos.*

16. προσερχώμεθα — βοήθειαν) **Οὗν**, quum tantum habeamus commendatorem. *Accedamus* sc. precibus nostris, *ad thronum gratiae*, i. e. ad Deum summum, nobis propitium. Deus comparatur cum Rege, qui throno insidet. Hebraei dicunt, Deum, ubi uidet totum mundum esse damnabilem, surgere a folio iudicii, **מַעַל כִּסֵּא הַדִּין**, ut *sedeat*

fedeat in folio misericordiae; **בְּנֶסֶחַ חַיִּים**, quod maxime post Christum apparuit. **Μετὰ παβήσιος**, cum bona spe, s. fiducia. **Ἐλεος** h. l. est **ἰσχυρὸν**, *auxilium*. **Ἐυρωμεν**, **נַמְנַם**, consequamur. **Ἐυκαιρον**, quale conuenit tempori.

Caput V.

1. **Πᾶς γὰρ — ὑπὲρ ἁμαρτιῶν**) *Quilibet enim Pontifex ex hominibus delectus, hominum causa constituitur, ut cultum Dei administret, i. e. ut offerat sacrificia uaria pro peccatis. Coherent haec cum superioribus, neque diuelli debuerant. Ostendere enim uult Apostolus, Christum omnia habere, quae in summo Sacerdote requiruntur, et quidem modo excellentissimo. **Δαμβάνειν** hic, ut **לקח** Num. XXV, 4. est *segregare*. **ὑπὲρ ἀνθρώπων καθίσταται τὰ πρὸς τὸν Θεόν**, *constituitur ad rem diuinam peragendam pro hominibus*. **τὰ πρὸς τὸν Θεόν**, i. e. *κατὰ τὰ πρὸς τὸν Θεόν πράγματα*. **Δῶρά τε καὶ θυσίας**, hebr. **ומנחות וקרבנות**, uocabula satis generalia sunt, quibus *sacrificia* exprimentur. Interdum **δῶρα**, **קרבני** in specie dicitur de holocaustis, Leuit. I, 2. **θυσία ὑπὲρ ἁμαρτιῶν**, **זֶבַח**, *sacrificium pro peccato*, Leuit. IV, 3. Quum igitur quiuis Pontifex, non sui ipsius, sed aliorum hominum causa constituitur, hoc idem ualet etiam de Christo.*

2. **μετροπαθεῖν — πλανωμένοις**) **Μετροπαθεῖν**, *moderate se gerere, moderatione uti, misericordia alicuius tangi, iram continere, adeoque non immodica seueritate uti*. Vocem hanc usurpat Iosephus, Ant. XII, 3. 2. ubi

Vespasianum et Titum laudans, quod quantumuis Iudaeis ob pertinacem rebellionem irati, iis tamen Antiochiae et Alexandriae ius civitatis non ademerint, addit: Ούεσπασιανῶ δ' ἄν τις καὶ Τίτῳ τὴν μεγαλοφροσίνην εἰκότως ἐκπλαγείη, μετὰ πόλεμον καὶ τηλικύτους ἀγῶνας, ἧς ἔιχον πρὸς ἡμᾶς, μετριοπαθεύσαντων, *Vespasiani et Titi magnanimitatem merito quis obstupescat, qui, post tot bella et certamina nobiscum, nihil immoderate in nos statuerunt.* Suidas: μετριοπαθεῖν. ἐκ μέρους τὰ πάθη κατέχεσθαι, συγγινώσκειν. Ἄγνοῦσι, καὶ πλανωμένοις, qui per incogitantiam, per obliuionem legis, aut subito motu absque deliberatione lapsi sunt. In criminibus grauioribus, si innotuissent, nihil poterat sacerdos summus. ἐπεὶ — ἀσθένειαν) Metaphora a ueste et περιβολῶν defumta. Ἀσθένεια modo ad animum, modo ad corpus refertur. Hic de infirmitate animi usurpatur, qua accidere potuit Sacerdoti, ut aut obliuisceretur praecepti alicuius de tam multis, aut ut id non ita repente ipsi in mentem ueniret. Quoniam ipse est homo, et scit, quid sit peccare, igitur fert indulgenter eos, qui infcii peccant, nec iis irascitur.

3. καὶ διὰ ταύτην — ὑπὲρ ἀμαρτιῶν) Διὰ ταύτην, sc. ἀσθένειαν. De sacrificiis, quae a sacerdotibus, quum *pro se ipsis*, tum *pro uniuerso populo* offerebantur, Leuiticus imprimis est legendus. *Pro populo* singulis diebus duo faciebant יומיה iugia, mane et uespera, Pontifex pariter et alii sacerdotes, offerentes ante *pro se ipsis*, Leuit. IX, 7. Praesertim *pro se ipsis*, et *populo* omni sacrificabant Pontifices Maximi, in anniuersario diei Expiationis sacro, Leuit. XVI, 6. II. 17. 24. De sacrificiis Pontificum

pro

pro peccatis, quae ex obliuione aut inconsiderantia ipsi commiserant, lege Leuit. IV, 3 — 12. Similitudinem Christi et Pontificis humani non ultra tertium comparationis extendendam esse, sponte apparet. Similitudo nempe haec est: Humanus Pontifex ipse peccat; ergo lenis est erga peccantes. Christus afflictus est; ergo libenter opem fert afflictis. Quare addit Apostolus c. IV, 15. *χωρὶς ἁμαρτίας.*

4. καὶ ἐχ' ἑαυτῷ — Ἁαρών) *Praeterea non arrogat sibi aliquis honorem, (munus publicum,) sed qui uocatus a Deo, ut et Aaron uocatus est.* Hic nouum argumentum tractatur. Ostenditur nempe, Christum iure meritoque haberi pro Pontifice, quamuis non ortus sit e tribu Leui. Τιμὴ, munus publicum, ad quod quis rite uocatus est, nominatim in hoc loco *ἱερωσύνη*. Erat nempe sacerdotium τιμὴ, κατ' ἐξοχὴν, et a Iudaeis regiae dignitati ac splendori praeferebatur, ut ex Agrippae litteris ad Caium patet, quas Philo legationi ad istum inferuit. Vid. p. 1031. C. Ita commate sequente, quod hic τιμὴ dicitur, δόξα est.

5. ἔγω καὶ — γεγέννηκά σε) Ὁυχ' ἑαυτὸν ἐδόξασε, *non ipse sibi honorem tribuit.* Qui superbia ducebantur, uel aliis affectibus, eum ad se rapere honorem tendebant, ut, qui cum Core conspirauerant; ut Alcimus et Maccabaei, quum tamen iure hereditario Aaronis gens a Deo priuilegium accepisset, ut maior natus per totam uitam summus Sacerdos permaneret. Christum autem Pontificem constituit Deus. Locum Ps. II, 7. iam supra I, 5. adductum, iam repetit, ut ostendat, Christum ab eodem uoca-

tum esse, ad Pontificatum, a quo esset pro filio, uel summo Rege declaratus, i. e. a Patre.

6. καθώς — Μελχισεδέκ) Ἐν ἐτέρῳ, sc. τόπῳ. Locus autem habetur Pf. CX, 4. Ἱερεὺς et Ἀρχιερεὺς promiscue usurpantur. Κατὰ τὴν τάξιν, in hebraico textu: יְבִרְתִּי לְךָ, i. e. καθάπερ, κατὰ τὴν ὁμοιότητα, *instar*, ut 2 Maccab. IX, 18. litterae Antiochi ad Iudaeos dicuntur ἐπιστολῆς ἱκετηρίας τάξιν ἔχουσα, i. e. *plane litterarum supplicatarum instar scriptae*. Christus est Sacerdos similis Melchisedeco; ergo non opus erat, ut ex tribu Leui nasceretur. Hoc Scriptor infra c. VI, 20. et c. VII, ulterius persequitur. Nunc explicat, quid nobis profit noster Pontifex, Iesus Christus. Est nempe nobis auctor aeternae felicitatis, u. 7. 8. 9.

7. ὅς ἐν ταῖς — προσενέγκας) Ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ, illo tempore, quo inter mortales homo agebat. Ἡμέρα enim, siue in numero plurali ἡμέραι, dicuntur pro χρόνος, καιρὸς, ut כִּימִי in diebus. Σάρξ, hebr. בשר, *tota hominis natura*. Aut, si mauis, σάρξ h. l. *status infirmus, ac multis malis obnoxius*, ut Ies. XXXI, 3. ut ad tempus passionis Christi respiciatur. Δεήσεις τε καὶ ἱκετηρίας, *preces et supplicationes*, 2 Maccab. IX, 18. X, 16. Μετὰ κραυγῆς ἰσχυρᾶς καὶ δακρύων, nonnulli referunt ad historiam Iesu in horto Gethsemane, ubi ἐκτενέσπερον προσήυχετο, Luc. XXII, 44. alii uero ad clamorem in cruce. Ad utrumque recte referri potest. καὶ εἰσακκοθεὶς ἀπὸ τῆς εὐλαβείας) *Et ex sollicitudine ereptus*. Ἐυλάβεια, גַּלְגַּל, *timor, anxietas*, Ios. XXII, 24. גַּלְגַּל Ies. LVII, II. et aliis locis. Hefychius
εὐλαβ

εὐλαβεῖσθαι, φοβεῖσθαι. Ἐισακύεται autem ἀπὸ τῆς εὐλαβείας, qui ex sollicitudine, et qua premitur, anxietate cordis, eripitur atque liberatur. Ita sumitur εἰσακύνειν pro σώζειν 2 Paralip. XVIII, 31. et Ps. XXII, 24. Ἄπὸ pro ἔκ.

8. καίπερ ὧν — τὴν ὑπακοήν) *Quamuis esset filius, tamen patiendo discere debuit obedientiam, uel patiendo documentum sui in Patrem obsequii edere debuit.* Obedientia Christi in eo erat, quod negotium sibi a Deo demandatum perfecit; ad hoc negotium pertinebat etiam, ut moreretur. Hoc Christus praestitit, eoque declarauit, se uelle obedire. Phrasis: *discere obedientiam* h. l. humano more sumta, commode de Christo est explicanda. Aludat Scriptor ad prouerbium graecum: παθήματα, μαθήματα, quales sententiae, et cum simili Paronomasia sunt ferme in linguis omnibus. Ita apud Herodotum Croesus dicit sibi γεγονέναι μαθήματα τὰ παθήματα, ἴ. e. rebus aduersis se redditum esse doctiorem. Ἄφ' ὧν ἔπαθε, ἴ. e. ἀπ' ἐκείνων, ὧν uel ἃ ἔπαθε. Καίπερ ὧν ὕδης. Vulgo pater tractat filium leniter, nec cogit illum, patiendo obedire. Deus uero duriter tractauit Christum, filium sibi carissimum.

9. καὶ τελειώθεις — σωτηρίας αἰωνίης) *Hoc modo inauguratus (muneri Pontificis Maximi,) auctor factus est salutis aeternae omnibus ei obsequentibus.* De uerbo τελειῶσαι uide supra c. II, 10. Notio consecrationis uel inaugurationis non inepte transferri potest ad hunc locum, siquidem Christus patiendo sacerdotis officia absoluit, et sacerdos est factus. Si τελειῶσαι, est per fortunatum exitum

tum reddere beatum, tum sensus erit: postquam nunc Dominus omnium factus est. Ἄριστος, *auctor, qui est in causa*. Ita Philo in fine libri de Cherub. Deum nominat ἀριστον τῆ σωζεσθαι, *quo auctore salutem adipiscimur*. Τοτε ὑπακούουσιν αὐτῷ, *obedientibus ipsi*, i. e. religionem eius suscipientibus, eique conuenienter se gerentibus - Christianis ueris. Respicitur simul ad ὑπακοὴν Christi u. 8. Christus obediuit Patri suo, et factus est Dominus omnium. Sic et nos, si Christo obedimus, accipiemus aeternam salutem.

ΙΟ. προσαγορευθεῖς — Μεληχισδέκ). Προσαγορευθεῖς, ארנן, *uocatus, constitutus*. Redit Apostolus ad rem susceptam u. 6. sed mox iterum digreditur usque ad c. VII, I.

ΙΙ. περὶ ἧ — ταῖς ἀκοαῖς) *De qua re prolixius nobis est dicendum; nam difficilis est res explicatu, quia segnes estis auribus*, i. e. propter segnitiam uix ac ne uix quidem potestis capere. Digressio, quae continet increpationem, adhortationem, ac solatium, ad finem usque capitae sequentis. Δυσερμήνευτος, *difficilis explicatu*. Artemidorus 3 Onirocrit. 67. τῶτον ἔν τὸν τρόπον καὶ οἱ ὄνειροι μεμιγμένοι εἰκότως εἰσὶ ποικίλοι καὶ πολλοὶς δυσερμήνευτοι. Νωθροὶ Graecis proprie sunt *tardi ad ambulandum*. Ex segnitie autem oritur imbecillitas ingenii, et plane stupor, siquidem etiam νωθροὶς pro homine *stupido* sumitur, quomodo Laertius *Hipponicum* νωθρὸν καὶ χασμαθήν nominat.

12. καὶ γὰρ — τῶν λογίων τῆ Θεῶ) Ὅφείλοντες εἶναι διδάσκαλοι, *qui iam deberetis esse idonei ad docendos alios*.

alios. Διὰ τὸν χρόνον, pro ratione temporis, ex quo percepistis Euangelii doctrinam. Πάλιν h. l. est *iterum*. Olim enim a Christo, deinde ab Apostolis fatis iam instructi erant doctrinis religionis. Post *χρεῖαν ἔχετε* intellige per ellipsin *με.* *Opus habetis, me docere uos.* Τὰ στοιχεῖα τῆς ἀρχῆς, *prima rudimenta*; nam illud ἀρχῆς est ἐξηγητικόν. Omnium artium principia uocantur elementa. Τὰ λόγια τῆ θεῶ, *oracula Dei*, praecepta et instituta diuina, et h. l. doctrina christiana, in qua sunt maxima et summe necessaria Dei oracula, quae et sic dicuntur 1 Petr. IV, 11. καὶ γεγόνατε — τροφῆς) Doctrinam cibo comparari, apud multos scriptores obuium. Arrianus in Epict. II, 16. ἢ θέλεις ἤδη ὡς τὰ παῖδια ἀπογαλακτισθῆναι, καὶ ἄπεισθαι σερεᾶς τροφῆς. Plura exempla uide apud *Carpzouium*.

13. 14. πᾶς γὰρ — καλῶ τε καὶ κακῶ) Ὁ μετέχων γάλακτος, supple: tantum. Νήπιοι, *infantes*, et τέλειοι, *adulti*, sibi opponuntur. Philo in lib. de agricult. p. 188. E. ἐπεὶ δὲ νηπίοις μὲν ἐστὶ γάλα τροφή. τελείοις δὲ τὰ ἐκ πυρῶν πέμματα, καὶ ψυχῆς γαλακτώδεις μὲν ἄν εἶεν τροφαὶ κατὰ τὴν παιδικὴν ἡλικίαν — τελεῖαι δὲ καὶ ἀνδράσιν εὐπρεπεῖς — αἱ ὑψηλῆς. *Quoniam autem infantibus lac nutrimentum est; adultis uero, quae e frumento coquuntur: animae quoque suum lac debetur in aetate tenera, sicut uiros perfectum alimentum decet.* Λόγος δικαιοσύνης, *institutio iusta*, ueri nominis institutio, est illa σερεᾶ τροφῆς, quae mox nominatur τελειότης, et Genitiuus est pro Adiectiuo. Sic iusti nominis statura dicitur, quae ad summum peruenit. Et Πῶς, *ueritas*, saepe uerti-

uertitur δικαιοσύνη. Στερεὰ τροφή, *solidus et ualidus ci-*
bus. Ἐξίς, *habitus.* Μοσι ἕξιν νομοθετικὴν tribuit Philo,
 L. II. de uita eius, p. 1154. Ε. Τὰ αἰσθητήρια γεγυμ-
 νασμένα ἐχόντων πρὸς διάκρισιν καλῆ τε καὶ κακῆ,
 i. e. αἰσθησιν γεγυμνασμένην ἐχόντων etc. Τὰ αἰσθητήρια,
 proprie: ὄργανα τῆς αἰσθήσεως, hoc loco ipsam τὴν αἰσθησιν
 significant. Quanquam et *organa sensoria* recte intelligere
 potes. Sicut enim in homine externo lingua, palatum,
 nares indicant, quae res bonae, quae malae sint, sic et
 homo interior sua habet αἰσθητήρια, per quae facile iudi-
 cat, quid uerum, quid falsum. Καλὸν, *utile*; κα-
 κὸν, *noxium.*

Caput VI.

1. Διδ — φερώμεθα) *Quapropter, missis nunc primis initiis*
doctrinae Christianae, ad doctrinam paullo difficiliorem pro-
grediamur. Διδ, ne semper tales maneatis, quales iam
 esse, uos dixi, spectans maximam uestri partem. Ἀφεῖναι
 λόγον, *omittere sermonem*, nihil de aliqua re *dicere.* Arria-
 nus Diss. Epict. L. IV, c. I. τὸν μὲν Κάισαρα πρὸς τὸ παρὸν
 ἀφῶμεν, *de Caesare in praesentia loqui desinemus.* Ὁ τῆς
 ἀρχῆς τῆς χριστιανικῆς λόγος, per enallagen ἢ ἀρχὴ τῆς περὶ
 χριστιανικῆς λόγος, *prima christiana doctrinae initia.* Φέρεσθαι,
festinare, se conuertere ad aliquid proponendum. Per
 τὴν τελεειότητα Apostolus sine dubio intelligit *doctri-*
nam aliquam difficiliorem, qualis erat illa de sacerdotio
 Iesu Christi Melchisedeciano. μὴ πάλιν — νεκρῶν ἔργων)
 i. e. *non iterum repetentes prima fundamenta, de respici-*
sentia a peccatis. Philo de septenar. p. 1187. Β. ἀρχὴν
 βαλλόμενος ὡσπερ, θεμέλιον. Νεκρὰ ἔργα, *facta mortua,* i. e.

mortem

mortem efficientia. Mors autem saepe ponitur pro quacun- que miseria. Ergo νεκρὰ ἔργα erunt *opera, quae miseriam afferunt, peccata*. Philo in fine Lib. I. leg. Allegor. p. 60. Ὁ δὲ ψυχῆς θάνατος, ἀρετῆς μὲν φθορὰ ἐστὶ, κακίας δὲ ἀνάληψις, *animae mors est corruptio uirtutis et assumptio uitii*. Sic ἀποθνήσκειν, *mortis reum esse*, Rom. VII, 10. et uerba תמות מות Gen. II, 17. Symmachus interpretatur θνήτδς ἔσθ. Locum de peccato, ac *resipiscentia ab illo* Ioannes baptista iam inculcauerat, Matth. III, 2. 8. καὶ πίστεως ἐπὶ θεῷ) *De fide et fiducia in Deum*, praecipue qualem doctrina Christi requirit. Fides in Christum simul est fides in Deum.

2. Βαπτισμῶν διδαχῆς) De baptismis in multitudinis numero loquitur Apostolus, quia Iudaeis multae erant rituales lotiones, lege mandatae, non modo ad fordium purgationem, sed ad peccatorum etiam abstersionem, et sequiori aetate Baptismus, qui ad regenerationem *profelytorum* pertinebat. Accessit denique baptismus christianus. Nosse autem Hebraei discrimen debebant inter hunc et illos; nam haec doctrina erat θεμέλιον πρῶτον religionis christianae. ἐπιθέσεως τε χειρῶν) *De impositione manuum*, quae Symbolum erat donorum Spiritus Sancti, quae promissa atque data sunt Christianis in baptismo. Act. VIII, 17. II, 38. coll. u. 17. XIX, 5. 6. In V. T. impositio manuum similiter pars erat religionis, dum manus imponebantur uictimis, et eo ritu peccata offerentium in illas transferebantur. ἀναστάσεως — αἰώνις) *De resurrectione mortuorum et poenis aeternis*. Κρῖμα αἰώνιον, *poenae aeternae*, cf. Matth. XXIII, 14. Luc. XXIII,

40. Rom. XIII, 12. Videtur igitur ἀνάσσις νεκρῶν hic esse resurrectio piorum ad beatam et aeternam uitam.

3. καὶ τῷτο — ὁ Θεός) ἰ. e. *Iam agite igitur, Deo auxiliante.* Verba καὶ τῷτο ποιήσομεν, cum Oecumenio, Theophylacto, Theodoreto recte referuntur ad comma 1. ἐπὶ τὴν τελειότητα φερώμεθα, *ad rem paullo difficiliorem progrediamur*, nempe ad explicationem V. T. et accommodationem eius ad Christum; ad comparationem historiae et oeconomiae V. T. cum noua hac et christiana oeconomia etc. Ἐάν περ ἐπιτρέπη ὁ Θεός, permittente, et uires largiente Deo.

4. ἀδύνατον γὰρ — πνεύματος ἀγίου) Commata 4. 5. 6. inter se connexa sunt, et bene cohaerent cum antecedentibus. Dicit nempe Apostolus, rem sibi non esse cum Apostatis, quales tum erant inter Hebraeos, c. X, 26. nec se istorum in gratiam prima elementa religionis repetere uelle, frustraneum hoc arbitratus: siquidem fieri non posse, ut eiusmodi homines corrigantur; similes enim eos esse terrae improbae, in quam, quod semen conieceris, periret omne, u. 7. 8. Ἀδύνατον, construendum esse cum πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν, nemo non uidet. Hic locus maxime in causa fuit, cur diu Romana ecclesia cunctata sit, hunc librum, in canonem recipere, ut liquet ex *Tertulliano* de pudicitia. Nam in illa controuersia, an lapsi in persecutionibus in gremium ecclesiae recipi possent, illi qui seueriores erant in lapsos, hunc locum urgebant. Quia autem Romana ecclesia in disciplina erga lapsos mitior erat ceteris ecclesiis, hunc autem
locum

locum suae consuetudini contrarium esse putabat, igitur hanc epistolam Pauli esse negabat. Sed ἀδύνατον h. l. non est metaphysice impossibile, sed potius res ita difficilis, ut propemodum sit impossibilis, ut centies in uita communi dicere solemus. Φωτισθέντες sunt edocti; nam φῶς, *lumen*, saepe est *institutio*, quo sensu φωτίζειν occurrit 2 Cor. IV, 4. 6. Exod. IV, 12. et multis aliis locis. Nam φωτισμὸς dicitur quidem *baptismus* a Patribus Apostolicis, Clemente Romano, Iustino Martyre, aliisque Ecclesiae doctoribus; sed hic in loco parallelo c. X, 26. φωτίζεσθαι est λαβεῖν τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας. Γέυσασθαι τῆς δωρεᾶς ἐπερανίας, *penitus percepisse et intellexisse, fide etiam apprehendisse doctrinam Euangelii, uel beneficia religionis christianae. Gustare eodem sensu usurpatur a Philone Lib. I. de monarch. p. 816. Α. μάρτυρες δ' οἱ μὴ χεῖλεσιν ἄκροισ γευσάμενοι φιλοσοφίας, ἀλλὰ τῶν λόγων καὶ δογμάτων αὐτῆς ἐπιπλέον ἐπιλάθοντες. Sicut testantur, quicumque non extremis solum labris philosophiam degustarunt, sed plene deletati sunt dogmatum eius epulis. Lib. de somn. p. 590. Α. ψυχὰς δ', ὅσαι θεῶν ἐρώτων ἐγέυσασθε, at uos, o animae, quotquot percepistis amorem Dei. Ἡ δωρεὰ ἢ ἐπερανίος, uarie explicatur; mihi autem uidetur esse ipsum beneficium religionis, quod recte uocatur *donum coeleste, uel diuinum*, Eph. I, 3. Μετόχος πνεύματος ἁγίου, *participes Spiritus sancti*, i. e. donorum spiritualium, qualia erant dona prophetiae, linguarum, sanationum etc. tranquillitas animi, spes uitae aeternae.*

5. καὶ καλὸν — αἰῶνος) Καλὸν θεῶ ῥῆμα, *egregia illa promissa*, hebr. טוב רב, Ier. XXIX, 10. XXXIII, Tomus V. M

14. Intelligitur h. l. Euangelium, ut recte uiderunt Chrysofostomus, Theophylactus, Oecumenius, Ambrosius, et opponitur legi V. T. quae erat ζυγος και φορτίον ἀβάζακτον, Act. XV, 10. Γένεσθαι hic construitur cum Accusatiuo, non cum Genitiuo, ut commate antecedente. Sed Plato etiam habet: νέες αὐτῶν γένεσθαι, et λόγον γένεσθαι. Δυνάμεις μέλλοντος αἰῶνος secundum nonnullos sunt *dona miraculosa tempore N. T.* Nam δυνάμεις saepe sunt *miracula, dona miraculosa, et μέλλων αἰῶν, אבן חליץ tempora Messiae.* Sed δυνάμεις rectius h. l. esse possunt *uires.* Gustare uel experiri uires regni Messiae, esset: experiri quid religio christiana efficere possit? Potest autem nos reddere felices. Possumus etiam intelligere *uitam aeternam,* quae interdum uocatur *mundus futurus.* Δύναμις, ייח, *opes, bona.* Ita γένεσθαι δυνάμεις μέλλοντος αἰῶνος esset: *habere praegustum uitae aeternae.*

6. και παραπεσόντας — μετάνοιαν) Παραπεσόντας hic dici eos, qui a religione christiana deficiunt, iam ad comma 4. monuimus. Hebraei etiam שָׁדַד sic usurpant, et uerbum שָׁדַד, παραπίπτειν uertitur Ezech. XIV, 13. XV, 8. XVIII, 24. Πάλιν ἀνακαινίζειν, non est pleonasmus; nam ἀνα in compositione non semper significat πάλιν. In phrasi πάλιν ἀνακαινίζειν εἰς μετάνοιαν aut subintelligendum est ἑαυτοῖς, aut integer sensus est: πάλιν ἑαυτοῖς ἀνακαινίζειν ὁδὸν εἰς μετάνοιαν, aut denique, si mauis, ἀνακαινίζειν est שָׁדַד, quod saepe significat *in priorem statum restituere,* ut Pl. CIII, 5. Lament. V, 21. ut sensus sit: nemo tantus est magister, qui id facere possit.

ἀνασαν-

ἀναστυρέντας — παραδειγματίζοντας) i. e. Publice ostendunt, credere se, Christum dignum fuisse cruce, omnique ignominia. Ἀναστυρέν idem est quod στυρέν, nec significat rursus crucifigere. Sic apud Sextum Empir. Pyrrh. Hyp. III, 24. Πέρσας δὲ Φασιν ἀνασκολοπίζειν τὸς ἀποθανόντας. Vbi ἀνασκολοπίζειν simpliciter est suspendere. Ἐαυτοῖς, apud se. Et egregia figura dicuntur, facere id, quod approbant factum. Παραδειγματίζειν est ὑβρίζειν, aliquem infamare. Ad Christianos scelestes uiuentes hoc dictum referri nequit. Nam sermo est de Christianis, qui redeunt ad religionem Iudaicam.

7. γῆ γὰρ — ἀπὸ τοῦ Θεοῦ) Bibere etiam Graecis terra dicitur, quum irrigatur; ueluti Anacreon carmen εἰς τὸ θεῖν πίνειν incipit: ἡ γῆ μέλαινα πίνει. Philo comparat terram cum spongia, aquam super sese uenientem imbibente. Βοτάνη h. l. idem ualeat, quod hebr. נשֶׁבֶת, et significat omne id, quod ex terra nascitur, etiam fruges. Ἐυθετον ἐκείνοις, δι' ἧς καὶ γεωργεῖται, utiles illis per quos, (uel propter quos) colitur, i. e. fundi Dominis. Μεταλαμβάνει εὐλογίας ἀπὸ τοῦ Θεοῦ, i. e. larga et copiosa messe a Deo ornatur. Similis phrasis 2 Cor. IX, 6. Applicatio est facilis. Tellus, quae pluuias accipit, est Christianus, qui bona religionis accepit: is fert fruges, i. e. bene utitur sua religione; Deus ei benedicit, i. e. praemiis eum ornat, et in hac et in futura uita.

8. ἐκφέρσασα — εἰς καῦσιν) Ἀδόκιμος καὶ κατάρσας ἐγγύς, inutilis est, et domino suo maxime displicet, ita ut eam exsecretur. Hesychius: ἀδόκιμον, πονηρὸν, ἀπόβλητον, ἄχρηστον. Ἐγγύς rem breui futuram significat. Breui fu-

turum est, si talis manet, ut dominus terram talem exferretur. Ἦς τὸ τέλος εἰς καῦσιν, *cuius exitus erit combustio*. Hebraismum sapit, in quo הׁה cum praepositione שׁ construitur, quae commode redditur per εἰς. Metaphora ab agricolis sumpta, qui agros exurunt steriles. Virgilius, Georg. I, 84. *Saepe etiam steriles incendere profuit agros*. Et est Metonymia. Nam de terra dicitur, quod proprie iis rebus conuenit, quae terrae superstant. Hic erit exitus, ut tandem dominus pertaesus sumtuum, uillam et arbores, et senticeta exurat, habeatque derelictui. In applicatione sentibus et tribulis respondet contemptus christianae religionis; maledicto herili, damnatio; incendio, poena gehennae.

9. πεπέισμεθα — σωτηρίας) *Attamen de uobis meliora, et salutem uestram speramus*. Particula δὲ hic est aduerfatiua, *attamen*. Πέπεισμαι, hic non est *certus sum*; nam de Hebraeorum נודרֹתִי supra u. 2. erat questus, sed *spero, mihi persuadeo*. Τὰ κρείττονα, sc. τέτων, meliora, quam ut et uos a religione deficiatis. Ἐχόμενα σωτηρίας, quae cohaerent cum salute; quae efficiunt et augent salutem, uel ipsa salus. Sic apud Philonem de Agric. p. 202. C. τὰ καρτερίας καὶ σωφροσύνης καὶ τῆς ἄλλης ἀρετῆς ἐχόμενα sunt *fortitudo, temperantia, reliquaeque uirtutes*.

10. εἰ γὰρ — καὶ τῆς ἀγάπης) Sic enim legendum, non uero τῆς κόπης τῆς ἀγάπης. Τὸ ἔργον, per enalagen sunt *bona opera* Christianorum. Οὐ γὰρ ἄδικος ὁ Θεός. Iustitiae est implere promissā: quare Deus iniustus aliquo modo dici posset, si non staret promissis.

Obli-

Obliviscitur autem, qui non remuneratur. διακονήσαντες — διακονῶντες) Διακονεῖν per Synecd. est *uitam et uitae necessaria procurare et suppeditare, beneficia exhibere.* Intelliguntur hic officia humanitatis et pietatis, quae ob Christi nomen uinctis et afflictis exhibuerant Hebraei, consolando fratres, cohortando, et uarias pro iis molestias sustinendo.

11. Ἐπιθυμῶμεν — ἄχρι τέλους) Τὴν αὐτὴν σπεδὴν, *par studium.* Πρὸς τὴν πληροφορίαν τῆς ἐλπίδος ἄχρι τέλους, *quod attinet spem et fiduciam firmissimam, ad finem usque retinendam.* Πληροφορία τῆς ἐλπίδος, *spes plena.* Haec Hebraeis adhuc defuerat.

12. ἵνα μὴ — τὰς ἐπαγγελίας) *Ne remissiores fiatis, (nempe in fiducia et spe,) sed imitemini eos qui fide et constantia consecuti sunt bona ipsis promissa.* Νωθρὸς, *tardus ad sperandum;* qui non facile sperat, sed semper dubitat. Μοκροθυμία hic non est longanimitas, sed *patientia, constantia in aduersis.* Κληρονομεῦντων positum pro κληρονομησάντων, Praesens pro Praeterito, et κληρονομεῖν est *adipisci, consequi.* Ἐπαγγελίαι, per meton. *bona promissa.*

13. τῷ γὰρ — καθ' ἑαυτῆ) *Quum enim Deus Abrahamo promitteret aliquid iurauit per seipsum, quia per superiorem se non poterat iurare.* Ἐπαγγελίαν intelligit, quae statim u. 14. adducitur. Sumit Apostolus a promissione Abrahamo facta occasionem dicendi de firmitate uoluntatis diuinae, quam ex iureiurando illustrat. Deum non nisi *per seipsum* iurare Philo etiam dixit, respiciens ad

uerba Gen. XXII, 16. 17. L. III, Alleg. p. 98. E. Ὁραῖς γὰρ, ὅτι ἐ καὶ ἑτέρεθ ὁμνύει Θεός. κ'δὲν γὰρ, αὐτῷ κρεῖττον, ἀλλὰ καὶ ἑαυτῷ, ὅς ἐστι πάντων ἄριστος. Idem Scriptor. L. de plantat. Noë p. 225. E. ὄρκον describit: τὸ πίστεως βεβαίωτατον σύμβολον, μαρτυρίαν Θεῷ περιεχούσης, *fidei signum longe firmissimum, coniunctum cum Dei testimonio.*

14. λέγων — πληθυνῶ σε) Eadem uerba in LXX. loco Gen. XXII, 17. nisi quod pro πληθυνῶ σε, ibi est πληθυνῶ τὸ σπέρμα σου. Ἦ μὴν, certe, profecto, est iurandi formula, quam adhibent optimi scriptores, Herodotus, Xenophon, Demosthenes, aliique. Ἐυλογῶν ἐυλογήσω σε, hebr. כִּי בָרַךְ אֲבָרַכְךָ, ualde, omnino te fortunabo. Quamuis enim non semper sit emphasis in eiusmodi loquendi formula, in nonnullis tamen locis repetitio uerbi eiusdem amplificare omnino significationem uidetur; quemadmodum μεθύειν μεθύειν, non modo nude inebriari, sed subinde uehementer inebriari, significat.

15. καὶ ἔτω — ἐπαγγελίας) *Et quum constans in fide permanisset, consecutus est tandem promissam felicitatem,* non tantum numerosam posteritatem post mortem, sed etiam aeterna bona; nam haec omnino exspectauit, Hebr. XI, 10. sqq.

16. ἄνθρωποι — ὁμνύουσι) *Apud maiorem se, nimirum apud Deum summum, omnibus rebus praestantiorem.* καὶ πάσης — ὁ ὄρκος) Constr: καὶ ὁ ὄρκος εἰς βεβαίωσιν (sc. πρόσθετος ἢ προστιθέμενος) ἐστὶν αὐτοῖς πέρασ πάσης ἀντιλογίας, *ut iusiurandum ad confirmationem additum,*

additum, finiat omnes controuersias, uel omnia diffidia. Καὶ, ἢ ut. Ἀντιλογία, quasi cogitatio in contrarium, tanquam id, quod dicitur, uerum non esset: adhibetur de disceptantibus in iudiciis, ac controuertentibus. Nisi potius ἀντιλογία h. l. sit dubitatio, quod contextus requirere uidetur, ut infra c. VII, 7.

17. ἐν ᾧ περισσώτερον — ἐμεσίτευσεν ὁρκῶ) *Quam ob causam, quum Deus excellentissimo modo confirmare uellet iis, ad quos promissio pertinet, consilium eius esse immutabile, interposuit iusiurandum.* Ἐν ᾧ, sc. πράγματι, i. e. διὰ, διὰ τῆτο. Περισσώτερον, pro Superlatiuo, modo excellentissimo, grauissimoque. Οἱ κληρονόμοι τῆς ἐπαγγελίας, ad quos illa promissio, Abrahamo facta, εὐλογῶν εὐλογήσω σε, quasi haereditatis iure pertinet, quibus Deus aequae ac Abrahamo promisit, se eos fortunare uelle, si fide imitentur Abrahamum. Potest uero per enallagen intelligi ipse Abrahamus. Μεσιτέυειν, interuenire, et speciatim interuenire iureiurando, interponere iusiurandum.

18. ἵνα διὰ — ἐλπίδος) Διὰ δύο πραγμάτων ἀμεταθέτων, per duas res, quarum Deum non poenitet, nempe promissum et iuramentum. ψέυδασθαι improprie dicitur, cuius uerbis aliquis fallitur, ideo quod ea non intelligat. Παράκλησις hic non adhortationem significat, sed consolationem. Καταφυγόντες κρατῆσαι, i. e. πρὸς τὸ seu εἰς τὸ κρατῆσαι τῆς προκ. ἐλπ. nisi potius uelis πρὸς καταφεύγειν καὶ κρατῆσαι, qui eo confugimus, ut firmiter teneamus spem nobis propositam, nempe in Euangelio, et promissione illa, de qua antea erat sermo. Me-

taphora a navigatione desumpta; nam haec spes statim cum ancora comparatur. Dicere uidetur Apostolus, nobis Christianis *iureiurando* aliquid a Deo promissum esse. Sed tibi extat illud iusiurandum? Respondeo: In exemplo Abrahami, quod nobis proponitur, ut ex eo aliquid discamus. Discimus uero ex illo, Deum, si aliquid uelit, serio illud uelle; si aliquid promittat, serio illud promittere. Iam Deus nobis Christianis aliquid promisit. Ergo spes nostra tam certa est, ac si Deus promissionem iureiurando confirmasset.

19. ἦν ὡς ἄγκυραν — καταπέτασματος) Ἦν (ἰ. ἔλπιδα, non παράκλησιν, ut nonnulli uolunt,) ἔχομεν ὡς ἄγκυραν τῆς ψυχῆς ἀσφαλῆ τε καὶ βεβαίαν, cui spei innititur, tanquam tutae et firmae animi ancorae. Profani etiam *spem* cum *ancora* comparare solent. Demophilus in *similitud. opusc. myth. Galei*: τὸ αὐτὸ εἶσιν ἐξ ἀσθενῆς ἄγκυρῆς σκάφος ὀρμίζειν, καὶ ἐκ φάουλῆς γνώμης ἐλπίδα, idem est nauem infirmae ancorae et *spem animo peruerso inniti*. Ἐισερχομένην iterum ad ἐλπίδα refertur. Haec spes penetrat ueluti uelum interius, i. e. extendit se ad coelum. Τὸ καταπέτασμα, תכרפ, interius uelum, Sancto Sanctorum oppansum, quo discernebatur a Sancto. Hoc loco intelligitur *coelum*, sicut c. VIII, 2. IX, 11.

20. ὁπς πρόδρομος — αἰῶνα) Πρόδρομος, *praecursor* est quasi *primipilus* et auctor, infra c. XI, 10. XII, 2. qui nobis aperuit introitum in coelum. Post digressionem fati longam redit Apostolus ad propositum, et explicat locum Ps. CX, 4. quem adduxerat supra c. V, 6. 10.

Caput VII.

1. **Ο**υτος γὰρ — ὑφίς) *Hic enim Melchisedecus fuit rex Salemi* etc. Respicit Apostolus ad Gen. XIV, 18. *Melchisedech* nomen proprium in Phoenice, siue Cananea, pari forma qua Adonisedek, Ios. X, 10. Nam interponere Iod nominibus compositis, mos est illarum gentium. *Salem* uidetur fuisse tota regio a Iebusaeis, Chittaeorum affinis occupata, uel etiam huius regionis sedes regia, haud procul a planitie, quae antea Siddimorum uallis, deinde mare Salfum dicebatur, ubi Sodoma ac Gomorrha, Adama et Zeboim erant sitae; quae urbs sequenti forte tempore deleta, desit esse, aut aliud adepta est nomen. Nisi plane Salimorum terra, a Saulo, asinam quaerente, peragrata, 1 Sam. IX, 4. et a Graecis dicta Σααλιμ, intelligatur. Ἰερεὺς τῷ Θεῷ ὑφίς. Gessit nempe Melchisedecus rex simul munus Sacerdotis, quod pristinis gentibus erat usitatum. δ συναντήσας — εὐλογήσας αὐτὸν) Gen. XIV, 17. Ἐυλογεῖν est uerbum satis late patens. Nostro loco significat preces Melchisedeci pro felicitate Abrahami factas, et gratulationem de uictis prostratisque hostibus.

2. ᾧ καὶ δεκάτην — Ἄβραάμ) Δεκάτην, sc. μοῖραν uel μοιρίαν. Ἄπὸ πάντων sc. τῶν ἀκροθινίαν, u. 4. Perfoluit autem Abrahamus decimas in honorem Dei summi, quem et Melchisedecus et Abrahamus colebant, Gen. XIV, 40. Vetustissimus mos fuit omnium gentium de praeda decimam Deo dare. πρῶτον μὲν — εἰρήνης) Βασιλεὺς δικαιοσύνης, i. e. βασιλεὺς δίκαιος, rex iustus.

Βασίλευς εἰρήνης, rex pacificus, uel potius salutem, incolumitatem afferens.

3. ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος) Syrus hic non male: cuius nec pater, nec mater scripti sunt in genealogiis. Genus eius a Mose non recensetur, ac ne pater quidem aut mater; unde uideas, quantum hic distet a Leuiticis sacerdotibus, qui patre debebant esse Aaronide, matre autem Israëlitide, Leuit. XVIII, 1. XXI, 14. Sic Seneca Epist. CVIII. quum dixisset duos Romanos Reges esse, quorum alter patrem non habeat, alter matrem, idipsum explicans dicit, de Seruio, matre dubitari; Anci patrem nullum dici. μήτε ἀρχὴν — ἔχων) Nempe in Mosis historia, qui alioqui de uiris magnis agens addere solet, quando nati, quando mortui sint. Καρζουίος: Qui primus est atque ultimus in sui generis sacerdotio. ἀφωμοιωμένος — διηνεκής) Sacerdos in perpetuum, cuius munus in suo genere unicum est, primum pariter et ultimum.

4. Θεωρεῖτε — ὁ πατριάρχης) Animo uero perpendite, quantae dignitatis sit ille, cui Abrahamus adeo, caput gentis nostrae, persoluit decimas manubiarum. Ἀκροθίνια, manubiae. Apud Latinos, Ciceronis certe ac Liuii aetate uocabulum hoc significabat eam praedae partem, quae Imperatori cedebat, ut illam ad sacra uel publica opera, templa imprimis erigenda et ornanda, impenderet. Καὶ Ἀβραάμ, ipse adeo Abrahamus. Ὁ πατριάρχης, הַכֹּהֵן הַגָּדוֹל caput gentis Iudaicae ac patrum. Πατριὰ apud LXX. et tribum et familiam notat.

5. καὶ οἱ μὲν — ἀδελφὸς αὐτῶν) *Ex posteris Leui sacerdotium accipientes, i. e. Sacerdotes ex Leui et Aaronis posteritate oriundi. Ἐντολήν ἔχουσιν, ius hoc habent, ὡδωδ. Ἀποδεκατῶν τὸν λαόν, a popularibus suis decimas exigendi. Κατὰ τὸν νόμον secundum normam a Deo praescriptam. καίπερ — Ἀβραάμ) Ex lumbis exire dicuntur Hebraeis, qui ex alicuius semine nascuntur, Gen. XXXV, 11. Exod. I, 5. etc.*

6. ὁ δὲ — εὐλόγηκε) Cuius genus neque a Leui, neque ab Abrahamo deducitur, i. e. Melchisedecus, is decimas exegit ab *Abrahamo*, et bona apprecatus est ei, qui promissiones acceperat, (Abrahamo nempe.) Quantum igitur debet haberi Melchisedecus, qui bona poterat apprecari ei, cui Deus ipse ea promiserat!

7. χωρὶς — εὐλογεῖται) *χωρὶς πάσης ἀντιλογίας, sine omni dubio; per se intelligitur; ἀυτόδηλον est. τὸ ἔλαττον ὑπὸ τῆ κρείττονος, Graecismus neutrius generis, pro: οἱ ἐλάττονες ὑπὸ τῶν κρειττόνων. Verbum εὐλογεῖν hoc loco est, efficaciter, nomine et auctoritate Dei fausta atque felicia apprecari. Sic Moses Iudaico populo bona apprecatus est; sic etiam parentes liberis, doctores discipulis bona apprecantur.*

8. καὶ ὧδε — ὅτι ἡ) *Et hic quidem, in lege Leuitica, decimas sumunt, qui moriuntur, ac plures habent in suo munere successores; illic autem, in loco Geneseos, is decimat, cuius uitae tantum fit mentio, sacerdotii sui primus et ultimus. Ὡδε μὲν, hic quidem, opponitur τῷ ἐκεῖ δὲ, illic autem, ne repetendum esset ex 5. οἱ ἐκ*

τῶν υἱῶν Λευὶ τὴν ἱερατείαν λαμβάνοντες, et ex u. 6. δ μὴ γενεαλογούμενος ἐξ αὐτῶν.

9. καὶ ὡς ἔπος — δεδεκάτωται) *Et, ut ita dicam, in persona Abrahami ipse Leui, cuius posterii decimas accipiunt, dedit decimas.* Audacior uidebatur locutio; ideo Apostolus adiicit aliquod μελίγμα. ὡς ἔπος εἶπεῖν. Vfitata optimis scriptoribus dictio.

10. ἔτι γὰρ — ὁ Μελχισεδέκ) Phrasis ἐν τῇ ὁσφύῳ εἶναι, significat, Leuin, et uniuersam adeo tribum Leuiticam sacerdotalem non ἐνεργεία, sed δυνάμει fuisse in Abrahami et patrum suorum lumbis.

11. εἰ μὲν ἔν — Ἀαρὼν λέγεσθαι;) *Iam si per Leuiticum sacerdotium expiatio hominum plenarie perficeretur, (populus enim ei Davidis adhuc aetate ui legis subiectus erat etc.) Τελείωσις fit per Sacerdotium, i. e. Sacerdotium efficit id, quod efficere debet, uere expiat, uere tranquillat, uere sanctos et pios reddit homines. Hoc autem Sacerdotium Leuiticum efficere non poterat. Ὁ λαὸς — νεομοθέτητος, populus legem habebat de sacerdotio Leuitico, i. e. ui legis subiectus erat sacerdotio, tota ciuitas Iudaica eo, (Sacerdotio) nitebatur, nec sine eo existere poterat. Si igitur Sacerdotium Leuiticum illud efficere potuisset, quid esset amplius opus, ut alius sacerdos, similis Melchisedeco excitaretur, de quo non dicatur, illum similem esse Aarōni? Virget scriptor uerba Psalms: κατὰ τὴν τάξιν μελχισεδέκ, ut euincat promitti sacerdotem non Leuiticum. Ἀνίστασθαι dicitur, qui munus aliquod publicum orditur, ut Exod. I, 8. Λέγεσθαι, nempe*

nempe in Psalmo. Cur ille uenturus Sacerdos ibi dicitur fore instar Melchisedeci, et non instar Aaronis?

12. μετατιθεμένης — γίνεται) *Translato enim sacerdotio in aliquem non Aaronidem, quod futurum praedicit Psalmus, necessario etiam lex de Sacerdotio auctoritatem suam amittit.* Νόμος sc. ἱερατικῶς, de quo supra egerat. Iudaei uolunt, legem nulla in parte mutatum iri. At ex Psalmo apparet, mutatum iri, et quidem in eximia eius parte, nempe de sacerdotio; neque enim stante lege, sacerdos aliquis esse potuit, non Aaronides. Haec mutatio Sacerdotii erat in eo, quod Messias factus fit Sacerdos, non Leniticus, sed plane alius. Μετάθεσις, *transmutatio, abolitio.*

13. ἐφ' οὗ — τῷ θυσιαστηρίῳ) Illud γὰρ eo pertinet, ut, praeluctis, quae oportebat, iam ostendat, sensum Psalmi illius omnibus partibus in Iesum Nazarenum competere. Ἐφ' οὗ, *de quo*, in quem ista dicta competunt. Μετέχειν φυλῆς, *esse de tribu.* Cf. c. II, 14. Ἀφ' ἧς ἔδεις προσέσχῃκε τῷ θυσιαστηρίῳ, *ex qua nemo operam dedit altari.* Προσέχειν, *animum attendere*; hinc per meton. *curare, operam dare.* Sic προσέχειν πολέμῳ, πράξει, ἔργοις, frequentia apud Graecos. Quidam Codices προσέσχε habent; alii προσέσχηκε τῷ θυσιαστηρίῳ, *appropinquauit altari*, sed eodem utriusque sensu.

14. πρόδηλον — ἐλάλησε) Ἀνατέταλκεν, *ortus est.* Respicitur ad locos V. T. ubi Messias ΠΝΣ, *germen*, (quod LXX. reddiderunt ἀνατολήν,) uocatur. Vide Zachar.

III, 8. VI, 12. et Ies. LX, 1. Εἰς ἣν, de qua ut modo ἐφ' ἧν, com. 13. Moses nihil dixerat, sacerdotem esse eligendum e tribu Iuda. Sequitur ergo ex Pſalmo, aliam legem legi Mosis substitutum iri. **Ἀλλεῖν** interdum etiam est *promittere*.

15. 16. καὶ περισσότερον — ζωῆς ἀκαταλύτης) *Et hoc ipsum* (quod dixi de legis mutatione,) *amplius etiam inde liquet, quod talis promittitur Sacerdos alius, Melchisedeco similis, qui non sit constitutus, ui legis, quae ad homines mortales, sed quae ad immortalem pertineat.* Nunc etiam illa uerba Pſalmi urget Apostolus, in quibus ille promissus sacerdos dicitur εἰς τὸν αἰῶνα fore sacerdos. Cf. u. 17. Περισσότερον ἔτι κατάδηλον ἔστιν. Rabbini dicerent וְיִתֵּר בְּרוּר. 'Εἰ, quia, quod, ut hebr. **וְיִתֵּר, בְּרוּר.** οὐ κατὰ νόμον ἐντολῆς σαρκικῆς, uel ut alii legunt σαρκικῆς, non ui legis, hominibus mortalis datae. Κατὰ, per, ui. Ἐντολὴ σαρκικῆ, praeceptum, institutum, quod hominibus mortalibus conuenit, quod tantum ad tempus durat. Nam σάρεξ saepe dicitur quicquid est *caducum*. Hoc praescriptum temporaneum erat, quod lex Mosis constituit aliquem sacerdotem ad dies uitae. Νόμος ἐντολῆς est lex, quae constat praescripto. Κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτης, propter uim uitae immortalis, quia fit immortalis is, qui constituitur Sacerdos. Sensus igitur est: Promittitur in Pſalmo sacerdos, qui non esset ex lege, quae constat ex praescripto ad dies uitae durante, sed qui haberet uim uiuendi in aeternum. Is est Christus, qui habet hanc uim, ut in aeternum uiuere possit.

17. Μαρτυρεῖ — Μελχισεδεκ) Μαρτυρεῖ γὰρ, Dauid nempe, uel Spiritus S. per Dauidem. Neruus probandi latet in uerbis εἰς τὸν αἰῶνα: nam demonstrandum erat, Iesum esse ἱερέα κατὰ δύναμιν ζωῆς ἀκαταλύτου, i. e. ἱερέα αἰώνιον. Premit illam uocem **ὀλιγὺς**, quae alibi quidem longum tempus significat, at hic aeternitatem: ὅτι hic est recitantis.

18. 19. ἀθέτησις — ἐγγίζομεν τῷ Θεῷ) Itaque (ui horum uerborum) lex illa prior aboletur, i. e. haec uerba declarant, priorem illam legem abrogatum iri, quia erat imperfecta et inutilis; (nam obseruatione rituum illorum legalium nemo uere expiari potuit,) contra uero promittitur melioris spei uel felicitatis auctor, quo mediante accedere ad Deum possumus. Ἀθέτησις γίνεται, aboletur, abrogatur. Ἀθέτησις opponitur τῇ ἐπεισαγωγῇ u. 19. uerbis ἕδεν γὰρ ἑτελείωσεν δ νόμος parenthesi inclusis; nam ἡ τινὸς ἀφαίρεσις, πρόθεσις ἔσι ἐτέρῃ, ait Philo princip. libri de sacrif. Abel. et Caini. Τελεῖσθαι expiare, sanctos reddere homines, tranquillare. In nullo horum lex Moisaica praestitit, quod debuit praestare. Προαγῆσα ἐντολή, lex ceremonialis, ac Sacerdotium Leuiticum, quod antehac ualuerat. Ἀσθενές, imperfectum. Hoc, ut et sequens neutrum ἀνωφελές, substantiue sumitur. Fuit autem lex Moysis infirma et inutilis, quia non poterat recte expiare, non sanctum reddere, non tranquillare animum. Οὐδὲν dici genere Neutro pro ἕδένα ἄνθρωπον, Theophylactus ad h. l. monet. Ἐπεισαγωγή, sc. γίνεται, inducitur praeterea, nempe uerbis Psalmi, i. e. promittitur, ut c. I, 6. ὅταν εἰσαγάγη etc. Ἐλπίς h. l. est

est *auētor spei*, uel felicitatis, ut 1 Tim. I, 1. Col. I, 27. Ἐγγίζειν τῷ Θεῷ, *accedere ad Deum* est, eum pie colere, eiusque fauore beneuolentiaque frui. Est uox proprie sacerdotalis.

20. 21. 22. καὶ καθ' ὅσον — ἔγγυος Ἰησοῦς) *Atque uti hic non sine iuramento constitutus est sacerdos: (nam illi quidem, Leuitae, sine iureiurando facti sunt sacerdotes; hic uero, Iesus, cum iureiurando factus est, per eum, qui dixit ei: iurat dominus etc.) ita etiam est mediator praestantioris foederis.* Καθ' ὅσον h. l. ualet ut, uti; et κατὰ τοσοῦτον, ita, uel illud quatenus et hoc eatenus. Οὐ χωρὶς ὀρκωμοσίας, sc. γέγονε ἱερεὺς. Ὀρκωμόσια in Neutro plurali dixit Plato; quae uox explicatur per θύματα, ἐφ' ὧν οἱ ὀρκοὶ γίνονται, unde Hesychius in Lexicon uerba transtulit. Glossatores autem τὸ ὀρκωμόσιον et τὴν ὀρκωμοσίαν promiscue pro *iureiurando* adhiberi, dicunt. Descendit ab ὄρκος et ὀμόσαι. Οἱ μὲν, nempe Sacerdotes Leuitici. Ἐἰσὶν ἱερεῖς γεγονότες, pro γενόμενοι, eodem modo, quo τετυπότες εἰσὶ, ἀπολελοιπότες εἰσὶ, πεπτωκότες εἰσὶ, atque alia. Ὁ δὲ, nempe Christus, in Psalmo praedictus, sacerdos constitutus est. Κρείττονος διαθήκης ἔγγυος, *melioris religionis sponsor.* De uoce διαθήκης lege quae annotauimus ad titulum horum librorum: ἡ καινὴ διαθήκη. Nostro loco praecipue ad promissiones et bona huius nouae religionis respicitur. Ἐγγυος, *sponsor, promissor.* Vetus Glossarium: ἔγγυω, *spondeo, ἔγγυη, uadimonium, fideiussio; ἔγγυος, ἔγγυητής, sponsor, fideiussor.* Κρείττον Apostolus infra c. XI, 16. uertit ἐπεράνιον, quae significatio etiam hic

hic locum habere potest; Christus enim bonorum coelestiam sponsor nobis est.

23. καὶ οἱ μὲν — παραμένειν) Ἱερεῖς, i. e. ἀρχιερεῖς, Pontifices Maximi, quorum supra septuaginta fuerunt ab Aarone ad tempus excidii. Non poterant permanere in Sacerdotio, morte id prohibente.

24. ὁ δὲ — τὴν ἱερωσύνην) Non transmittit Sacerdotium. Leuitarum sacerdotum munus παρέβαινε, transibat a decessore ad successorem; hic uero Sacerdos manet in perpetuum, nec finire olim uitam potest. Sacerdotium eius primum est in suo genere, et item ultimum. Haecenus autem aeternus sacerdos dicitur Christus, quatenus nunc, postquam in coelum abiit, nobis salutifer est. Hoc statim u. 25. aliis uerbis repetitur.

25. ἴδεν — ὑπὲρ αὐτῶν) Unde et perpetuam salutem afferre potest iis, qui per eum, fauorem Dei consequi cupiunt, quia semper uiuit, et pro iis intercedit. Ex eo, quod Christus, in aeternum uiuens, aeternus est sacerdos, concludit Apostolus, eum in aeternum posse salutiferum esse et euergetam iis, qui Deum per ipsum adeant. Repetit hoc sic: nam ideo uiuit in perpetuum, ut horum hominum causa medium se interponat, εἰς τὸ εὐτυχεῖν ὑπὲρ αὐτῶν. Per indolem uero et usum linguae is dicitur εὐτυχεῖν τινα, qui praesens, absens, ulla de causa cum altero agit et tractat aliquid; et quot de causis, quot item modis cum altero agit, tot significacionibus uariatur uis huius uerbi, adeoque de deprecante, commendante, se alterius causa interponente, accusante, Tomus V. N defenden-

defendente, pacifcente dicitur. Iam autem, quum Apostolus hic et Rom. VIII, 34. hanc Christi εὐτευξιν referat ad illud tempus, quo is Deo dexter fedet; non ad illud, quo his in terris humilis uixit, facile intelligitur, hoc describi: Christum regnantem adhuc esse et manere causam salutis nostrae et datorem, et qui salutem quaerant, hos propter hunc et per hunc eam certo accipere. Vid. D. Sam. Fr. Nath. *Mori dissertatt. theolog. et philolog.* p. 298. seq. Εἰς τὸ παντελές, omnino, prorsus; uel idem est, quod comm. 3. εἰς τὸ διηνηκές. Chrysofostomus et Theophylactus: *in praesenti et futura uita.* Προσέρχασθαι τῷ Θεῷ, *accedere ad Deum*, i. e. quaerere eius fauorem et beneuolentiam.

26. τοῖστος γὰρ — ἔρανῶν γενόμενος) Ἐπρεπεν, i. e. conueniebat, talem nobis pontificem dari; *necessarius nobis erat talis Pontifex M.* Ὁσιος, *pius.* Ἀκακος, *remotus ab omni re mala.* Ἀμίαντος, qui non tantum pollutus non fuerit istis contaminationibus externis, de quibus agitur Leuit. XXII, sed nec ullo uitio. Κεχωρισμένος ἀπὸ τῶν ἀμαρτωλῶν, *separatus, ergo diuersus a peccatoribus, omnis peccati expers.* Ἐψιλότερος τῶν ἔρανῶν γενόμενος, supra aërem et aetheream regionem positus, ergo apud Deum. Describitur maiestas summa et imperium Christi. Cf. infra c. VIII, 1. et Eph. IV, 10.

27. ὅς ἐκ ἔχει — τῆ λαῶ) Καθ' ἡμέραν hic uidetur esse *saepissime*, quoties res fert. Neque enim tantum in sacro anniuersario, sed et quoties aut summus sacerdos conscius sibi esset subreptionis alicuius, aut alius
quiuis,

quibus, offerebantur uictimae *περὶ ἁμαρτίας*. Sic et Philo lib. de special. leg. p. 797. E. ait: Ἀρχιερεὺς κατὰ τὸς νόμους εὐχὰς δὲ καὶ θυσίας τελῶν καὶ ἑκάστην ἡμέραν. Et in lib. de uictim. p. 836. et seq. multa fatur de sacrificiis καὶ ἑκάστην ἡμέραν. Facit autem ad nostram tranquillitatem, quod Pontifex noster non debuit pro se sacrificium offerre; nam ex eo discimus, eum omnia nostri causa et commodo nostro fecisse atque tulisse. τῆτο γὰρ — ἀνεύγκας) Ἐαυτὸν ἀνεύγκας, *quum se ipsum morti obtulit*, nempe pro peccatis humani generis; pro se ipso enim offerre opus non habuit, quia peccati plane erat expers, u. 26. 27.

28. ὁ νόμος γὰρ — τετελειωμένον) *Lex enim ceremonialis Pontifices maximos sistit homines, qui et ipsi peccant, et aliorum peccata expiare non possunt; sed promissio iureiurando confirmata, post legem data, Pontificem Maximum constituit Filium, cuius plena expiatio in aeternum ualet.* Ἐχοντες ἀσθενείαν, qui infirmi sunt, uitiosi. Ὁ λόγος τῆς ὀρκωμοσίας, declaratio iureiurando firmata. Intelligitur declaratio Pf. CX. de sacerdote Messia. Dicitur autem haec declaratio facta esse μετὰ τὸν νόμον. Declarauit nempe Deus hoc tempore Dauidis, qui diu post legem uixit. Itaque hoc iusiurandum abrogat legem Moſis. In uoce τετελειωμένος respicitur ad Ἱερεῖον τελειώσεως, *uictimam perfectionis et consecrationis*, ut Philo eam nominat L. III. de uita Moſis p. 676. A. In antecedentibus, de sacrificiis Pontificum pro se ipsis locutus, offerre eos arietem dixerat, εἰς τὴν τῶν ἱερωμένων διὰ καθάρσεως ἀγνευτικῆς παντέλειαν, ὅν ἐτύμως τε-

λειώσεως ἐκάλεσεν, *ad absolutam omnis integritatis consummationem, quam apte Perfectionis appellauit Moses.* Possimus etiam τετελειωμένου interpretari simpliciter *perfectum, i. e. sanctum et peccati expertem.*

Caput VIII.

I. Κεφάλαιον — ἐν τοῖς ἑβραίοις) *Caput autem rei est, nos talem habere Pontificem Maximum, qui confidet ad dextram throni diuini in summo coelo.* Κεφάλαιον, saepe est id, quod in aliqua re excellit. Chrysostomus: κεφάλαιον ἀεὶ τὸ μέγιστον λέγεται, *caput semper dicitur, id quod est maximum.* Hoc loco significatur praecipua pars in tota hac tractatione de Christo, aeterno sacerdote. Θρόνος τῆς μεγαλωσύνης, כבוד נוס, significat ipsam Dei maiestatem. Vid. supra c. I, 3.

2. τῶν ἁγίων — ἄνθρωπος) *Qui sacerdotis munere fungitur in Sancto Sanctorum atque tabernaculo uero, quod fecit Deus, non homo, i. e. in coelo.* Λειτουργός est publicus minister; ac magistratum officia, sacra et priuata, λειτουργίαι uocantur. Inprimis ἡ προσφορά s. sacrificium dicebatur uulgo ἱερουργία et λειτουργία. Λειτουργός itaque h. l. est Sacerdos. Ἁγία, Sanctum Sanctorum. Et quidem ἁγία ἁγίων ἀληθινὰ, s. ἑβραῖα opponuntur τοῖς ἁγίοις κοσμικοῖς, sicut statim σκηνὴ ἀληθινὴ tacite opponitur τῇ σκηνῇ πρώτῃ, c. IX. 1. Dicitur autem coelum, in quod Christus ingressus est, *tentorium uerum,* quia non est tantummodo imitatio et adumbratio, sicuti illud Mosaicum. Hoc uerum tentorium, coelum, Deus ipse fecit; illud Mosaicum fabricatum est ab hominibus,

minibus, opificibus. Πήγνυσθαι proprie de tentoriis dicitur, quae clavis attinebantur, sed per translationem etiam de uniuerso usurpatur. Christus munere Pontificis fungitur in coelo, i. e. auctor felicitatis nostrae est in aeternum.

3. πᾶς γὰρ — προσενύκη) Ostendit, cur dixerit λειτουργός, quia talis est omnis sacerdos summus. Necessè est igitur, Christus, quem Psalmus sacerdotem uocat, et quidem eximium supra Aaronidas, aliud offerat. Id quid fit, dicit infra c. IX, 12. Procurat nempe Christus etiam nunc, in coelo, salutem nostram. Fructibus mortis eius semper fruimur.

4. 5. εἰ μὲν γὰρ — τῶν ἐπυρανίων) Dixerat Apostolus comm. 2. ἔχομεν ἀρχιερέα seu λειτουργὸν ἐράνιον. Vtramque inde notionem Apostolus euoluit. Nam comm. 3. illustiat uocabulum λειτουργός, eiusque ait esse munus τὸ προσφέρειν. Commate 4. alterum ἐράνιος, explicat, et quidem ab indirecto. Post uerba εἰ μὲν γὰρ ἦν supple ιερεὺς, et per ιερέα intellige ἀρχιερέα μέγαν. Sensus: *Quodsi enim (Christus) esset (Pontifex M.) in his terris, plane non esset Sacerdos maximus, nempe non esset eiusmodi Sacerdos, qualis in Psalmo describitur, quia Sacerdotes, qui ex praescripto legis sacrificia offerunt, tales sunt, qui inferiunt figurae et umbrae coeli.* In his terris, in templo Hierosolymitano, non potest Iesus esse sacerdos; alii enim ex lege constituti sunt. Eo tempore, quo haec epistola est scripta, omnis cultus Leuiticus adhuc floruit. Τὰ ἐπυράνια h. l. est ipsum *coelum*, ut Eph. I, 20. Ἐπὶ δειγμα καὶ σκιὰ τῶν ἐπυρανίων,

effigies et umbra, i. e. *effigies adumbrata coeli*. Ministrant, λατρεύουσι *umbrae*, i. e. ministri sunt in effigie adumbrata coeli, nempe in templo Hierosolymitano, quod est effigies adumbrata coeli. Ἐπὶ δειγμα explicatur per uocabulum sequens σκιᾶ. Philo: παράδειγμα, μίμημα, τύπος. Hebr. תבנית. Theophylactus: ὑποδείγματα, τρυτέσι ἀμυδρὰ δείγματα, *obscurae delineationes*, ut ἀμυδρὰ γράμματα, *litterae uetustate exoletae et subobscurae*. καθὼς — ἐν τῷ ὄρει) χρηματίζεσθαι, *diuinitus admoneri*. Ita etiam apud Plutarchum de def. Oracul. et in N. T. faepius. Locus est Exod. XXV, 40. ubi dicitur, Mosi exemplar monstratum esse a Deo. Hoc non ita intelligendum est, ac si Mosi exemplar ob oculos positum fuisset; sed *monstrare*, est *uerbis monstrare*. Iudaei autem putabant, Mosen omnia fabricasse ad exemplar ob oculos positum, ita ut totum tabernaculum fuerit effigies adumbrata coeli. R. Bechai dixit, Mosen uidisse res intellectuales atque spirituales. Vid. Wolf. in Curis ad h. l. Philo, postquam Lib. III. Allegor. p. 80. A. dixerat, Deum cognosci ex hoc uniuerso, uelut διὰ σκιᾶς, paullo post ita pergit: Μωσῆς μὲν γὰρ τὰ ἀρχέτυπα τεχνιτεύει, Βεσελεὴλ δὲ, τὰ τῶν μιμήματα etc. Hoc uult Apostolus: Omnia, quae in templo tanquam in umbra repraesentantur, ea in coelo sunt reuera. In illo tabernaculo sanctum sanctorum repraesentat thronum Dei; sed coelum reuera sedes Dei est, etc.

6. οὐκ δὲ — γενεομοθέτηται) Ante διαφορωτέρας supple τοσούτων. Τυχάνειν, *nancisci*. Κρείττονος διαθήκης μεσίτης est idem, qui c. VII, 22. ἔγγυος κρ. διαθ.

διαθ. uocatur. Pro τεθῆται maluit dicere νενομοθέτηται, ut ostenderet, pactum hoc simul et legem esse. Ἐπὶ uero cum Datio h. l. ut saepe apud elegantiores Graecos significat contractus partem. Itaque ἐπὶ κρείττοσιν ἐπαγγελίαις est: *ita ut praestantiora promissa, praestantiores conditiones contineat.* Promissa est nobis hoc nouo foedere, uel hac noua religione remissio peccatorum certissima, et quidem in perpetuum; requiritur a nobis maior uitae sanctitas.

7. εἰ γὰρ — τόπος) Ἡ πρώτη, i. e. προτέρα ἐκείνη, sc. διαθήκη, Religio. Ἄμεμπτος, perfecta. Chrysofomus: εἰ ἔδεν εἶχεν ἑλλιπές, εἰ ἀμέμπτος ἐποίησεν. Sensus est: Si uetus illa constitutio Mosaica homines uere emendare, eorumque animos tranquillare potuisset, non opus fuisset nouo foedere, noua religione.

8. μεμφόμενος — διαθήκην καινὴν) Ἄυτοῖς non refertur ad λέγει, sed ad μεμφόμενος. Ἄυτοῖς sc. τοῖς ὑπὸ τῆς πρώτης διαθήκης ἔσιν. Iterum Chrysofomus recte: ἔκ εἶπε, μεμφόμενος δὲ αὐτῇ, ἀλλὰ, μεμφόμενος δὲ αὐτοῖς, λέγει, non legem sed personas reprehendens. Declarat, illos non seruasse leges. Verba Ieremiae c. XXXI, 31-34. Apostolus, memoria partim adiutus, partim Alexandrina de interpretatione adducit, nonnullis tamen uocabulis mutatis, usque ad comma 12. Ἐρχονται, יָבֹאוּ, sono est praesens, sensu saepe futurum. Καὶ συντελέσω, i. e. *quum efficiam*, locutione frequenti Hebraeis. Ἐπὶ, Πᾶσι cum, uel erga. *Pangam nouum foedus cum gente Israelitica et gente Iudaica*; noua ratione efficiam, ut mihi obsequium praestent, meque pie colant

Israelitae. Sensus quidem apertior huius et aliorum finitium locorum respicit tempus illud, quo Iudaei prope omnes, et ex decem tribubus, qui uellent, restituti in patrias sedes, cultum Dei restituerant, qui nulla postea idololatria corruptus fuit, quod ante saepe euenerat. Sed uerba in Christi tempora quadrant exactius; per hunc enim uere antiqua religionis forma non est renouata, sed facta plane noua, et quidem non diuturna, sed plane aeterna. *Iudae* autem et *Israelis* nomina ad Christi ecclesiam referuntur, quia haec nunc est populus Dei meliori iure, quam illi fuere.

9. ἢ κατὰ — Ἀιγύπτῃ) *Non simile foederi, quod feci cum maioribus eorum* etc. Κατὰ similitudinem significat. Ἐν ἡμέραις, *circa illud tempus. Quum eos manu prehensos ex Aegypto ducerem.* Nam solent, qui captiuum carcere educunt, *eius manum prehendere*, quo ipso auxilium indicatur. Ἐξαγαγεῖν, i. e. εἰς τὸ ἐξαγαγεῖν. Οὐκ ἐνέμειναν ἐν τῇ διαθήκῃ μου, i. e. *non constanter obseruarunt mea religionis praecepta*; nam διαθήκη nunc praecepta religionis, nunc promissiones, nunc totam religionem significat. Ἠμέλησα αὐτῶν, *neglexi eos*, non exhibui illis maiora beneficia; in Hebraico contextu: בלתי ב, *fastidiui eos*. Nam uerbum בלתי quoties cum ב constructur, turpitudinem significare, et idem esse quod בלתי, i. e. תצר, *neglexi, fastidiui*, seu ἡμέλησα, patet ex Ierem. III, 14.

10. ὅτι αὐτῶν — ἐπιγράψω αὐτῶν) Ὅτι, ו, particula recitantis, *scilicet*. Διδῶς, supple δῶσω, ut LXX. habent. Διδῶς νόμους — ἐπιγράψω αὐτῶν, i. e. *efficiam, ut*
prae-

praecepta mea bene intelligant, et mente teneant. Locutione ἐπιγράφειν τι ἐπὶ καρδίαν utitur Philo Lib. de opif. mund. p. 17. D. ἄνθρωποι γραφόμενοι ταῖς ἑαυτῶν ψυχαῖς. Cicero Acad. disp. 3. 1. *ille in animo suas res insculptas habebat.* καὶ ἔσομαι — λαθὺ) *Et ero ipsis Deus, beneficiis eos ornabo; et ipsi mihi erunt populus, pie me colent.*

11. καὶ ἔ μὴ — γνώθι τὸν κύριον) Οὐ μὴ διδάξωσιν, in potentiali, i. e. *non opus erit, ut doceant.* Pro τὸν πλησίον alii rectius legunt τὸν πολίτην. Non amplius opus erit, ut unus alterum subinde moneat, Iouam solum esse uerum Deum, nec alios Deos colendos. ὅτι πάντες — μεγάλης αὐτῶν) i. e. *omnes, sine exceptione.* Magni et parui nempe sunt pueri et senes, in omnibus fere linguis. Tritum praeterea sermone prouerbium est penes scriptores, μικρὰ καὶ μεγάλα, quando τὰ πάντα innuunt.

12. ὅτι ἴλεως — μνησθῶ ἔστι) Ἄδικία, ἀμάρτημα, ἀνομία, cuiuscumque generis peccata notat. Ἰλεως εἶναι poenas exigere uolle criminum. Sic etiam non meminisse peccatorum est, ea condonare. E toto contextu loci Ierem. XXXI, 31. sq. perspicere licet, promitti Iudaeis post reditum e Babylónico exilio maiorem religionis notitiam, atque feliciora tempora. Hoc euentum habuit, primo, dum Iudaei reuersi in patriam non amplius delapsi sunt in idololatriam, sed in cultu ueri Dei perstiterunt; deinde perfectiori modo tempore Christi, quo cultus ueri Dei per omnem terrarum orbem sparsus, et per Messiam peccatorum expiatio facta est.

13. ἐν τῷ λέγειν — ἀφανισμῷ) Παλαιῶσθαι est *ueterascere*, deinde *antiquare*, inutile reddere, ut sunt senes decrepiti, a quibus haec metaphora est ducta. Hic uero rectius uertitur: *de eo tanquam antiquato loqui*. Ἀφανισμὸς notat *discessum*, saepe *interitum* ac *internecionem*. Sensus igitur est: *Dum (Propheta) nouum foedus promittit, primum illud pro antiquato declarat; quicquid enim senescit, id fini et interitui propinquum est.*

Caput IX.

I. ⁵Εἰχε — κοσμηκόν) *Habuit igitur primum etiam foedus leges de cultu diuino, et sanctum terrestre*. Instituit Apostolus comparationem inter munus Aaronis et Iesu Christi, ad tollendum praedudicium eorum, quibus splendidus apparatus Aaronicae λειτουργίας oculos praefringebat, ut illam aegerrime dimitterent. Vox σκηνη recte omittitur; deest enim in Codicibus, Versionibus et Patribus diuersarum recensionum, et post ἡ πρώτη potius supplendum est διαθήκη ex antecedentibus. Δικαιώματα λατρείας, constitutiones *ad cultum Dei publicum pertinentes*. Τὰ δικαιώματα, quicquid ἐδικαίωσεν ὁ Θεός, *rectum Deus esse uoluit, leges, praecepta, constitutiones Dei*, cuiuscunque generis. Ita LXX. hebraicas uoces מִצַּו, מִשְׁפַּחַת וּמִקְדָּשׁ uerterunt. Ἁγίου κοσμηκόν, *sanctuarium mundanum*, oppositum sanctuario coelesti, uel coelo, quod est sancta sedes Dei. De tabernaculo loquitur Mosaico, priore illo, quod Philo p. 665. nominat ἱερὸν φορητὸν, LXX. σκηνην τῆ μαρτυρίας, in thesauris templi postea asseruato.

2. σκηνή — ἡ πρώτη) Nam structum erat tabernaculum antierius, in quo erat candelabrum, et mensa, et panes spectando propofiti, quod (tabernaculum) dicitur sanctum. Σκηνή, i. e. מִשְׁכָּן, saepe uocatur totum illud tabernaculum, siue tentorium potius, cuius erant duae potissimae partes, sed quae et ipsae recte σκηναι dicuntur, quia habebant quaeque suum uelut tectum. Igitur σκηνή πρώτη h. l. est προτέρα, seu anterior pars, cui in templo respondet locus, quem Philo πρῶτον nominat, הַיְכָל. Δευτέραν autem uocat eam, quae ob maiorem sanctimoniam uocabatur ἅγια ἁγίων, cui in templo respondebat דְבִיר, locus oraculi. ἐν ἣ ἦτε λυχνία) מְנוֹרָה, candelabrum. Exod. XXV, 31 — 39. XXXVIII, 17 — 24. καὶ ἡ τράπεζα — ἄρτων) Mensa, הַשֻּׁלְחָן, et panes duodecim in ea positi. Ἡ πρόθεσις τῶν ἄρτων, pro οἱ προτεθέντες ἄρτοι, locutione frequente et Hebraeis et Graecis, sunt פְּנִי מִלְּפָנֵי Exod. XXV, 30. ita dicti, quia in conspectu erant semper sacerdotibus. ἥτις λέγεται ἅγια) Ἡτις, sc. σκηνή ἡ πρώτη. Deinde non ἅγια scribendum, sed ἅγια, ut ex sequentibus apparet.

3. μετὰ — ἅγια ἁγίων) Καταπέτασμα, פְּרֹכֶת proprie uocabatur uelum Sanctissimo oppansum; κάλυμμα, דָּפֶסֶס autem, obuersum Sancto, quibus alii tertium, תְּהֵם אֲוֵלָה adiiciunt. Philo L. III. de uita Mos. p. 669. B. τὸ μὲν ἔνδον καλεῖται. Καταπέτασμα, τὸ δ' ἐκτὸς προσαγορεύεται Κάλυμμα. Sed inualuit, ut utrumque aulaeum καταπέτασμα diceretur. Ἄγια ἁγίων, קֹדֶשׁ הַקֹּדֶשׁ, Exod. XXVI, 33. Locus sanctissimus. Nam comparatiuos aut superlatiuos Hebraei per Genitiuos additos saepe exprimunt.

4. χρυσῶν ἕχμα θυμιατήριον) Θυμιατήριον potest significare uel aram suffitus, uel thuribulum. *Altare suffitus* hic intelligi non potest; hoc enim fuisse ἐν τῇ σκηνῇ τῇ ἐξωτέρᾳ satis constat ex Mose, Exod. XXX, 1. sqq. Philone, Iosepho, Rabbinis. Itaque alii intelligunt *thuribulum*, et locum nostrum ita capiendum esse existimant, ut sacerdos summus quotannis intulerit illud thuribulum sancto sanctorum, die expiationis. Leuit. XVI, 12. Sed hoc est durum; dicitur enim ἕχμα etc. Quamobrem alii putant scriptum fuisse ἱλαστήριον, quod omnino responderet historiae. καὶ τὴν κιβωτὸν — χρυσῶν) Πάντοθεν, i. e. ἐνδοθεν καὶ ἔξωθεν, Philo L. III. de uit. Mosi p. 668. C: ἡ δὲ κιβωτὸς ἐν ἀδύτῳ καὶ ἄβατι τῶν καταπετασμάτων ἔισω, κεχρυσωμένη πολυτελῶς ἐνδοθεν καὶ ἔξωθεν, *arca autem in Sanctissimo intra aulaea, intus et extra undique auro obducta est.* Exod. XXV, 10 — 16. XXXVII, 1 — 5. ἐν ἧ ἑάμνος — μάννα) Ἐν ἧ, sc. κιβωτῷ non σκηνῇ, hanc enim intelligi, contextus non patitur. Στάμνος, *metalla, urceus, urna.* Glossar. Hefychii: ἑάμνος, ὕδρια, κάλπη, hebr. חַבְצֵצֵץ Exod. XVI, 33. Ceterum, quod hic exponitur, id Moses factum aperte tradit, Exod. XVI, 32 — 34. ubi etiam dicitur, praeter tabulas legis *Virga Aaronis* reposita in arca fuisse. Neque is pugnat locus cum 1 Reg. VIII, 9. et 2 Chron. V, 10. ubi solae insuissē Legis tabulae perhibentur. Nam distinguenda sunt tempora. Mosi aetate, de qua hic Paulus loquitur, tria haec omnino ibi reposita erant; sed tempore Salomonis et exstructi templi, solae legis tabulae. Ad reliqua huius commatis cf. Num. XVII, 23. Exod. XXV, 16. XL, 20.

5. ὑπεράνω — ἱλαστήριον) χερσβίμ τῆς δόξης, i. e. Cherubi splendentes; erant enim aurei. Exod. XXV, 22. Leuit XVI, 2. τὸ ἱλαστήριον, operculum arcae. Cf. notata ad Rom. III, 25. Κατασκιάζοντα τὸ ἱλαστήριον additur, quia Cherubinorum alae sic erant expansae super illud arcae tegmen, sicut aues pullis incubant; unde proverbiale *umbra alarum*, Ps. LVII, 2. περὶ ᾧ — μέρος) Περὶ ᾧ, sc. πραγμάτων, sive δικαιωμάτων λατρείας, u. I. Κατὰ μέρος, *singulatim*.

6. τότων δὲ ἔτω κατεσκευασμένων) i. e. quum ita se habeat tentorii exterioris et interioris structura. εἰς μὲν — ἐπιτελεῦτες) Non semel intrant, sed quotidie, et ibi cultum peragunt, i. e. suffitum faciunt, panes proponunt, lucernam accendunt. Διαπαντός respondet Hebraeo דָּמָת. Ἡ πρώτη σκηνή sumitur ut supra com. 2. Ἐπιτελεῖν, ut et συντελεῖν solet poni pro ἡσῶ, uel לַעֲשׂוֹת quod est *facere, obire*.

7. εἰς δὲ — ἢ χωρὶς αἵματος) Ἐἰς δὲ τὴν δευτέραν, quae et ἑσωτέρα, i. e. in adytum. Ἄπαξ τῷ ἑνὶ αὐτῷ, הַשָּׁנָה, Exod. XXX, 10. Leuit. XVI, 34. Is dies erat decimus mensis Tisri. Ὁ χωρὶς αἵματος, nempe uituli et hirci, Leuit. XVI, 14. 15. Eo sanguine adspergebatur tegmen illud, sive ἱλαστήριον. Quum dicitur Summus Sacerdos semel intrasse, id intelligendum, quod uno tantum die intrauerit. Hoc uero die aliquoties exiuit, et rursus intrauit. Primum enim intrare eum oportuit batilli inferendi causa; deinde suffitus; deinde sanguinis uitulini primum, deinde et hircini. Itaque quater illo die eum intrasse ait *Moses Kotzi*. ἢ προσφέρει — ἀγνοημάτων) Προσφέρει,

σφέρει, i. e. fert intra adytum; pro se uitulinum sanguinem, hircinum pro populo. Ἀγνοήματα per χαριεντισμὸν quaeuis peccata dicuntur; nam illo die expiabantur omnia peccata, quibus in lege non erat adiecta mortis poena.

8. τῆτο δηλῆντος — εἰσιν) Quo ipso nos docet Spiritus sanctus, nondum patefactam fuisse uiam ad Sancta Sanctorum, stante adhuc illo primo tabernaculo. Δηλῆειν, docere, ostendere. Τὸ πνεῦμα ἅγ. ον, Spiritus Sanctus, nempe per Mosen. Μήποτε πεφανερῶσθαι τὴν τῶν ἁγίων ἰδδὸν, nondum clare reuelatam fuisse uiam in coeleste illud Sanctuarium. Τῶν ἁγίων, i. e. εἰς τὰ ἅγια sc. ἁγίων, et quidem ἀληθινὰ, coelum. Ἡ πρώτη σκηνή, primum illud tabernaculum, in quo cultus Leuiticus peragebatur. Quamdiu igitur illud primum tabernaculum stetit, i. e. quam diu ualuit cultus Leuiticus, tam diu nondum patefacta erat uia in coelum, uerum illud et perenne Sanctum Sanctorum; nondum perspicue patuit, omnibus sine discrimine nationum et locorum hominibus patere uiam ad gratiam Dei, et ueram, aeternamque felicitatem; nam cultus ille Leuiticus uni tantum populo erat adstrictus.

9. ἥτις παραβολή — λατρεύοντα) ἥτις, sc. σκηνή πρώτη, παραβολή (intellige εἰσιν) εἰς τὸν καιρὸν ἐνεσηκότεα, quod tabernaculum usque ad hoc praesens tempus umbra tantum et imago est. Παραβολὴν Theophylactus h. l. bene interpretatur τύπον καὶ σκιαγραφίαν. In uocibus καιρὸς ἐνεσηκῶς, Participium praeteriti sumitur praesenti tempore, notatque tempus, quo epistolam hanc scribe-

scribebat Paulus. Templum enim, cultusque Iudaicus usque ad Titum Vespasianum durabat, quo et illud, et omnis respublica deleta sunt funditus. Καθ' ἑν, sc. καιρὸν. Hoc nostro adhuc tempore, (inquit Apostolus,) *sacrificia uarii generis offeruntur, quae non possunt mentem offerentis tranquillam reddere.* Τὸν λατρεύοντα, non intellige sacerdotem, munere suo fungentem, sed quemlibet Iudaicum, qui suo nomine offerri uoluit illa sacrificia. Κατὰ συνείδησιν, quoad mentem, atque conscientiam, ita ut nulla plane suspicio restet in animo, peccatum quoddam non expiatum fore. Hebraei ipsi probe intelligebant, caerimoniis Leuiticis labes animi expiari non posse; intelligebant, Deum non gaudere muneribus ac donis, sed casta mente. Cf. Philo Lib. quod deter. pot. infad. p. 159. B.

10. μόνον — ἐπιτείμενα) *Quae omnia una cum legibus ad cibos, potus et uarii generis lotiones, i. e. ad corpus uitamque praesentem pertinentibus, tantum usque ad tempus correctionis, (melioris religionis introducendae,) constituta erant.* Ἐπὶ h. l. est praeter, s. super, unacum. Βρώματα dicit propter leges de cibis uetitis; πόματα, propter uini abstinentiam in sacerdotibus, quo tempore munere suo fungebantur, Leuit. X, 9. *Varias lotiones nominat, quia lotio alia erat Sacerdotum, alia Leuitarum, alia Israelitarum post impuritatem aliquam contractam.* Δικαιώματα σαρκός, *praecepta ad corpus pertinentia, quorum obseruatio hominem aut a poena liberabat, aut admittebat ad consortium aliorum hominum etc.* Quae omnia pertinebant ad uitam praesentem. Καίρως διαρ-
θώσεως,

θώσεως, tempus correctionis, i. e. melioris religionis, qua uetera illa instituta sunt correctā et emendata. Ἐπικείμενα, *imposita*, constituta, refertur ad δώρα, com. 9.

11. χριστός δὲ — ἀγαθῶν) Μέλλοντα ἀγαθὰ, i. e. *coelestia bona*. Pontifex τῶν μελλόντων ἀγαθῶν uero Christus uocatur, quia coelestia et aeterna bona nobis acquisiuit, ueniam peccatorum perpetuam, u. 12. internam puritatem, sanctitatemque, u. 14. aeternam salutem, u. 15. διὰ τῆς μέλλουσας — κτίσεως) *Per maius et perfectius tabernaculum, non arte humana factum, hoc est, non huius structurae*. Continuat Apostolus coeptam similitudinem. Pontifex M. in V. T. per σκηνὴν προτέραν peruenit in Aduertum: ita Iesus Christus post mortem et resurrectionem transit per coelum aëreum et aethereum, in summum coelum, et confedit ad dextram Dei. Τὰ χειροποίητα sunt opera, arte humana facta, e. g. tabernaculum manu Bezeleelis fabricatum; et opponuntur quum his, quae sua sponte fiunt, tum coelestibus et diuinis. Σκηνὴ δ' χειροποίητος itaque h. l. est *mundus*, s. coelum aëreum aethereumque. Sic et Philo Lib. II. de monarchia statim ab initio dicit, *Dei templum summum uerumque esse hunc mundum uniuersum, et eius Sanctissimum esse coelum*. Κτίσις h. l. est *structura*, sicut uerbum κτίζειν saepe est *condere*, e. g. κτίζειν πόλιν, *urbem exstruere*. Idem his uerbis dicitur, quod c. VIII, 2.

12. Ἐδὲ δι' αἵματος — εὐράμενος) *Neque cum uictimarum sanguine, sed cum suo sanguine intrauit semel Sanctissima (sedem illam Dei,) postquam comparauerat nobis morte*

morte sua redemptionem aeternam. Praepositio διὰ conditionem indicat necessariam, qua Iesus Pontifex M. per Sanctum transiit tandem ad Adytum. Dicitur enim per aliquid fieri id, quod sine eo non fit. Sic Summus Sacerdos Iudaeorum non intrabat in adytum, nempe postrema introitu, nisi secum ferens sanguinem hircinum pro populo, vitulinum pro se. Διὰ τοῦ ἰδίου αἵματος uerte: suo sanguine fuso. Εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ ἅγια, ingressus est semel in coelum. Ergo Christus post mortem est in coelo, ubi nos perpetuo fructuum mortis suae nos redat participes. Αἰώνια λύτρωσις, expiatio est, cuius ualor est aeternus, neque iterari debet. Vetus Glossarium: ἀπολύτρωσις, liberatio, expiatio. Ἐυρίσκειν, ut hebr. נָצַח, h. l. est *acquirere, mereri, impetrare.*

13. εἰ γὰρ — καθαρότητα) Ταύρων dixit, pro μόσχων, u. 12. nam μόσχος est ταῦρος νεώτερος. Quare etiam hae uoces promiscue apud LXX. Philonem, et Iosephum usurpantur. Philo L. III. de uita Mos. p. 675. C. ταύρον et μόσχον ait, πρὸς ἄφεσιν ἁμαρτημάτων offerri. Deinde τράγον dicit, symbolum perfectorum esse, σύμβολον τελείων, ὃ καθαίρει καὶ κενοῖ ψυχὴν ἁμαρτημάτων εἰς. Σποδὸς δαμάλεως, βαντίζουσα τὸς κεικοινωμένους, cinis uaccæ rufæ, quo adsparguntur, qui sibi impuritatem contraxerunt. Vide Num. XIX. Δάμαλις, uitula, iuuenca. Ex hoc cinere fiebat aqua, cuius adspersio purgabat, i. e. ad hominum confortium et ad atrium templi admittebat eos, qui attigissent cadauer hominis aut sepulcrum. Κεικοινωμένοι, Οἴμνη, apud LXX, et Philonem p. 185. ἀκάθαρτοι καὶ μεμιασμένοι, proprie qui usus sunt communis,

subinde dicuntur κοῖνοι, Latinis *profani*, et opponuntur τοῖς ἁγίοις. Ἁγιάζει πρὸς τὴν τῆς σαρκὸς καθάρτητα, *purgat sic, ut sequatur puritas corporis*, et omnino puritas externa, quae erat in eo, ut ii, qui sibi impuritatem aliquam contraxerant, rursus templum intrare, uictimas offerre, inter amicos uersari, preces facere in templo possent.

14. πῶσω μᾶλλον — Θεῷ ζῶντι) *Quanto magis sanguis Christi, qui ob aeternam naturam se obtulit Deo perfectam uictimam, purgabit mentes uestras ab improbe factis, ut colatis Deum uerum?* Quaerunt interpretes, quid h. i. fit πνεῦμα αἰώνιον; Quoad sensum recte Ven. Noesselt (opuscul. fascic. I. p. 331. ed. 2.) reddit haec uerba: *Christus ita se innocentem Deo obtulit, ut uictimam praeberet perfectam, eamque sempiternam*, h. e. praestituram salubres effectus sine fine futuros. Est nempe lectio πνεύματος αἰώνιος praefenda alteri, quae habet πνεύματος ἁγίου, et πνεῦμα αἰώνιον est Christi aeterna duratio et uita. Uictimae a Iudaeis oblatae, ubi maectatae essent, perierunt, et destructae sunt. Christus quoad hominem mortuus est; sed quatenus est filius Dei semper uiuit. διὰ, *cum*, ut supra u. 12. et infra u. 26. Vocabulum ἄμωμος, quum ad Sacerdotes spectat, qui δλόκληροι debebant esse, tum ad hostias. Vtrumque hic coniungendum; Christus enim et Sacerdos, et simul uictima est. Συνείδησις per synecdochen totum *animum* significat. Theophylactus: τὴν συνείδησιν καθαρῶς. τρεῖς τὸν ἐντὸς ἀνθρώπου. Oecumenius: τί ἐστὶ τὴν συνείδησιν; τρεῖς, καὶ τὴν ψυχὴν ὑμῶν καθάρις, ὡς μηδὲ συνειδῆναι τί ἑαυτοῖς τὸ λοιπὸν παράπτωμα.

Νεκρὰ ἔργα peccata esse, dictum ad c. VI, 1. Ab his purgat nos sanguis, uel mors Christi; impellit nos ad uitae sanctitatem.

15. καὶ διὰ — μεσίτης ἐστίν) *Et propterea nouam religionis formam, quae testamenti rationem habet, instituit. Διαθήκη hic iterum est religionis forma. Ea, quam instituit Christus, hoc habet noui, quod testamento similis est, non autem nudo pacto, sicut uetus illa religionis forma Mosaica. Chrysostomus recte hic monet, Paulum hoc dicere propter infirmiores, qui propterea etiam, quod mortuus esset Christus, de religionis christianae ueritate dubitarent. Ostendit nempe Apostolus, propter hoc ipsum nos posse bono esse animo, quod non uiuentibus sed mortuis iis, qui sunt testati, firma et ualida sunt testamenta, et robur accipiant. ὅπως θανάτου — κληρονομίας) *Vt morte sua expiaret etiam peccata, quae durante uetere religionis forma commissa erant, et omnes iis, quos Deus adoptauit, promissam aeternam haereditatem acciperent. Θανάτου γενομένων, ipsius Christi, non uictimarum. Παραβάσεων, i. e. ἀπὸ παραβάσεων, quomodo apud Ciceronem liberatio culpae, pro a culpa. Ἐπὶ, i. e. ἐν τῇ πρώτῃ διαθήκῃ, prioris religionis tempore. Docemur hic, morte Christi expiata esse etiam peccata ante mortem eius admissa. Κεκλημένοι, intellige cum effectu; quos Deus uocauit, et pro liberis suis declarauit. Ἡ ἐπαγγελία τῆς αἰωνίας κληρονομίας, promissa aeterna haereditas, felicitas.**

16. ὅτις — διαθεμένῳ) *Vbi enim testamentum est, necesse est constare de morte testatoris. Διαθήκη h. l. est testamentum. Quia enim Apostolus in superioribus hereditatem*

tatem commemorauerat, delabitur ad notionem testamenti. Glossæ ueteres: Διαθήκη ἐστὶ δικαία βέλησις, ἧν τις ἐθέλει μετὰ θάνατον αὐτῷ γενέσθαι. Itaque sufficit, usum uocabuli διαθήκης mortem testatoris necessario inuoluere. Ἀνάγκη, pro ἀναγκασίῳ ἐστὶ. Verbum φέρεσθαι, simpliciter hic positum est pro ἔπεσθαι, *insequi*, aut γενέσθαι, ut ante: θανάτῳ γενομένῳ. Διαθέμενος, i. e. ὁ διέθετο διαθήκην, quae uox per ellipsin intelligenda. Vide Actor. III, 25. et saepissime apud LXX, Isocratem, et Platonem.

17. διαθήκη — ὁ διαθέμενος) Διαθήκη βεβαία sc. ἐστὶ, uel γίνεται. Hoc est, quod dicunt Romani Iurisperiti: *Testamentum morte confirmatur*. Ἐπὶ νεκροῦ, *ubi mortui sunt, qui testamentum fecere*. Nam ἐπὶ hic notat *post*, ut ἐπὶ κυνὶ, *postea, quam exortum est sidus caniculae*. Ἐπεὶ μήποτε ἰσχύσει, sc. διαθήκη, *quia alias nequaquam ualet*, i. e. nullum interim producit effectum. Est enim testamentum, *Modestino* definiente, uoluntatis iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri uelit. Vnde et uoluntas *defuncti* a *Quintiliano* definitur.

18. θεν — ἐγκαινίσιαι) Vnde ne illa prior quidem religionis forma sine sanguine sancita est. Persequitur Paulus id, quod modo dixerat: morte alicuius effectum esse, ut peccata, etiam ante mortem Christi admittā, remitterentur. Ὁ θεν, διὰ τούτο, ut similitudo aliqua esset inter ueterem illam et hanc nouam religionis formam. Quanquam in illius legis sanctione testator nondum est mortuus, sanguis tamen fusus est. Ἐγκαινίσιαι, *Chrysofomus*: βε-

βάρια γέγονεν, ἐκυρώθη. Respicitur his Apostoli uerbis ad Exod. XXIV, 1 — 8.

19. λαληθείσης — τῷ λαῷ) *Recitata enim omni lege ex iussu diuino a Mose coram uniuerso populo.* πᾶσα ἐντολή, omnia praecepta illa, quae sunt Exod. XXI. XXII. XXIII. Et λαλεῖν hic est de libro recitare. Κατὰ νόμον, ex Dei iussu. λαβῶν — τὸ βιβλίον) Μετὰ ὕδατος. Exod. XXIV, 6. tantum dicitur sanguine uictimarum respersum fuisse populum. Sed sanguini solitam misceri aquam, discimus ex Leuit. XIV, 49 — 51. ubi etiam lanae coccineae et hyssopi fit mentio. Τὸ αἷμα, totum pro parte; nam hebr. textus, LXX. ac Philo habent ἸϚ, τὸ ἡμῖν τῷ αἵματος. Sine aqua et fasciculo hyssopi aspersio fieri non potuisset. Τὸ βιβλίον refer ad λαβῶν. Τὸ βιβλίον, ספר הברית, pars est Pentateuchi, leges completens a Deo in monte acceptas. Καὶ πάντα τὸν λαὸν ἐβράντισε. Hoc καὶ est superuacaneum, et delendum. *Conspergit populum.* Πάντα τὸν λαὸν, intellige eos, qui de populo proxime adstabant, et in hac re populi totius gerebant uices.

20. λέγων — εἰ Θεός) *Dicens: hoc sanguine confirmatur religio, Deo auctore uobis tradita; incipit foedus ratum esse et ualere.* Exod. XXIV, 8. Locutio διαθήκην ἐντέλλεσθαι, eadem est cum superioribus, διαθήκην συντελεῖν, ποιεῖν, ἐγκαινίζειν. Hebraicus contextus habet: כרת אשר, proprie: *quam scidit*, quia in pangendis foederibus pecudes maectabant, et per partes earum transibant. Ἦς, per Atticismum pro ἡν. Πρὸς ὑμᾶς, pro ὑμῖν,

21. καὶ τὴν σκηνὴν — ἐβράντισε) Hoc factum esse, Philo et Iosephus perhibent. Ille, postquam L. III, de uita Mosi exposuerat, Mosen in monte omnia legis, templi, sacerdotii, uasorum, et rituum placita, a Deo didicisse, atque illa deinde cum populo communicasse, addit p. 675. uasa quaenis, tabernaculum, sacerdotes, et omnia, primum unguento fuisse inuncta, mox uero sanguine uitorum ac arietum aspersa, eaque cuncta peracta esse ἡμέρα τελετήσ, p. 676. C. i. e. ut Paulus ait u. 18. ἐπεὶ ἡ πρώτη διαθήκη ἐγκεκάνισται. Idem fere dicit Iosephus Ant. III, c. 8. et 9.

22. καὶ σχεδὸν — καθαρίζεται) Σχεδὸν, ferme, prouidenter dicit; erant enim quaedam quae aqua, alia quae igne mundabantur. Καθαρίζειν h. l. est consecrare, ut u. 23. καὶ χωρὶς — ἄφεςις) Sub lege nonnisi sanguinis effusione peracta est expiatio. Est Iudaeorum regula apud Maimonidem de Pasch. I, 6. fundamentum sacrificii in aspersione consistit; et tritum axioma Benazielis, apud Thalmudicos Cod. Ioma, c. i. fol. 5. i. אֵלֵּי כִפּוּרֵי אֵין אֵין אֵין non est expiatio, nisi per sanguinem. In sacrificiis, ubi omnia sanguine purgabantur, ἄφεςιν ἀμαρτημάτων acquiri, clara Philonis uerba sunt p. 840. lin. ult. τῷ τῷ Θεῷ βωμῶ, δι' ἧ πάντων ἀμαρτημάτων καὶ παρανομημάτων ἀπολύσεις γίνονται, καὶ παντελεῖς ἀφέσεις, ad altare Dei, ubi solet impetrari omnium peccatorum et iniquitatum remissio.

23. ἀνάγκη — παρὰ τούτας) Ducitur conclusio: Necesse igitur erat, umbram rerum coelestium, (tabernaculum) his purgari; sed ipsum coelum melioribus sacrificiis, quam ista

ista sunt, purgari. De uoce ὑπόδειγμα uide supra VIII, 5. Omnia, tabernaculo atque antiquae legis sacerdotio peracta, erant nonnisi umbra coelestium; igitur satis erat ea factis usibus consecrari τέτοις, nempe sanguine uitorum et hircorum. Haec autem, nempe *coelestia*, dedicanda erant κρείττοσι θυσίαις, i. e. unico Christi sacrificio. Pluralis enim hic positus est pro singulari, ut Matth. XXI, 7. Hanc enallagen et Profanis usitatam esse, multis exemplis probat *Carpzouius* ad h. l. Illud autem καθαρίζεσθαι est Metonymia, qualem saepe usurpari necesse est, ubi inter se comparantur res partim similes, partim dissimiles. Nam quia per legalem καθαρισμὸν aditus dabatur in sanctuarium, ideo effectum fumendo pro causa, καθαρίζεσθαι dixit *coelum summum*, pro eo, quod est *aditum per ista in illud coelum dari*. Κρείττον construitur h. l. cum praepositione παρὰ, quum dici potuisset κρείττοσι τέτων.

24. ἔ γὰρ — τὸν ἕρανδν) Χειροποίητα intellige, quae facta sunt arte hominum, ac proinde non ui diuina. Ἄντιτυπον eandem notionem habet cum uocabulis ὑπόδειγμα, παραβολή, σύμβολον, quae a Philone promiscue usurpantur. Christus non intrauit in sanctum sanctorum manu factum, quod erat imago, repraesentans uerum sanctum sanctorum, h. e. coelum, sed in ipsum coelum. νῦν ἐμφανισθῆναι — ἡμῶν) Plenior locutio erat: ὤσσε, siue εἰς τὸ ἐμφανισθῆναι, et ἐμφανίζεσθαι est *apparere, conspiciendum se dare*. Perstat Apostolus in similitudine. Nam et summus Sacerdos dicitur apud Deum apparere, ubi stat apud arcam. Huic actioni et ritui hoc adiunctum erat: de-

clarabatur, iam factam esse expiationem solemnem. Sic Christus intrauit in coelum, et est ad dextram patris. Nunc ergo declaratum est, factam esse omnem expiationem. VII, 25.

25. ἔδ' ἴνα — ἀλλοτρίῳ) *Neque saepius offerre uoluit seipsum, sicut summus Sacerdos quotannis sanguinem uictimarum infert in Sanctissimum.* Particula ἔδ' non pendet a commate antecedente 24. sed 23. atque duae diuersae partes sunt, sibi eadem negatione contra subordinatae, ἔ γὰρ u. 24. et hoc ἔδ', *non enim, neque.* Προσφέρειν h. l. est ἑαυτὸν θυσίαν φέρειν, *pati, mori.* Christi oblatio nempe longe melior est oblatione Sacerdotis summi in V. T. quippe non iterata, sed unica. Neque enim Iesus ex coelo redibit, ut se denuo sacrificet, sicut antequam in coelum ingressus fuerat; si enim secunda uice redibit, id fiet ob κρίσιν et εἰς σωτηρίαν. Ἐν αἵματι est σὺν αἵματι, *cum sanguine.* Vocabulum autem ἀλλότριος opponitur τῷ ἰδίῳ, idemque est quod ἄλλος.

26. ἐπεὶ ἔδει — κόσμῳ) Si aliqua maior efficacia fuisset in oblatione repetita, expediisset, Christum non tam diu promitti, sed mitti illico post mundum conditum, ut posset singulis seculis, aut certe Iubilaeis pati et offerre. Ἐδει saepe non praecisam significat necessitatem, sed id, quod melius aut utilius est. νῦν δὲ — πεφάνερωται) Νῦν, hic non est temporis, sed oppositionis. Non esse uerum id, quod quis imaginari possit, oblationem saepius repetitam plus ualere, inde apparet, quod Christus nec saepe passus est, nec saepe se ostendit in sanctuario coelesti, sed semel, idque ἐπὶ συντελείᾳ τῶν αἰώνων, *mundo ad finem decurren-*

currente, cf. Matth. XIII, 39 40. 49. XXIV, 3. φανε-
ρῶσθαι. h. l. est uerbum sacrificantis in terra, et idem
quod ἐγγίξειν τῷ Θεῷ, καὶ ἑαυτὸν θυσίαν προσφέρειν.
Dicuntur autem sacrificantes ἐγγίξειν et φανερῶσθαι
τῷ Θεῷ penes Philonem L. II. leg. Allegor. p. 1097.
C. Potest tamen etiam explicari de apparitione in fan-
ctuario coelesti, *post peractum sacrificium suum, διὰ τῆς*
θυσίας αὐτοῦ.

27. καὶ καθ' ὅσον — κρίσις) Καθ' ὅσον, pro καθὼς.
Nam sexcenties fit apud Graecos, ut particulae sibi non
tam exacte respondeant. Verbum ἀπόκειται ad diuinum
respicit decretum. Paulus *unitatem* sacrificii Iesu Christi
tanquam exemplo illustrat. Opponuntur sibi hominum
mors et κρίσις: Iesu *mors* et κρίσις: Κρίσις Iesu, ut *iu-*
dicis, hominis ut *iudicandi*.

28. ὅπως καὶ — εἰς σωτηρίαν) Προσενεχθεὶς, sc. εἰς
θυσίαν. Πολλοὶ pro πάντες, quomodo uicissim Graeci
πάντες scribunt pro πολλοὶ. Χωρὶς ἁμαρτίας, sine pec-
cati nostri onere, quod sibi ferendum imposuit; non redi-
bit ideo ut expiet peccata. Ὁφθήσεται Syrus cum εἰς
σωτηρίαν construit; ideo apparebit, ut illis salutem affe-
rat aeternam, qui ipsum expectarunt per fidem.

Caput X.

I. Σκιάν — πραγμάτων) *Lex enim umbram tantum exhi-*
bens coelestium bonorum, non ipsam rerum substantiam.
Σκιὰ, uox a pictoribus translata, repraesentantibus homi-
nem, illius umbra lineis circumducta. Philo Lib. de plant.

Nöe p. 218. A. de Bezeleele dicit: Ἐκείνος γὰρ τὰς σκιὰς πλάττει, καθάπερ οἱ ζωγραφῶντες, οἷς ἂν θεῖος ἔδεν ἔμφυχον δημιουργῆσαι, *hic* (in extruendo tabernaculo) *umbrae fingit, sicut pictores, qui uiuam efformare imaginem non possunt.* Ἐικῶν, *res ac ueritas, ipsa rerum substantia.* Ita uox εἶδος usurpatur 2 Cor. V, 7. item *effigies*, a Plinio maiori, de re quae plene spectatur. Τὰ πράγματα sunt μέλλοντα ἀγαθὰ, cf. IX, 11. κατ' ἐνιαυτὸν — τελειῶται) Constructio est talis: ἴδετε τε δύναται τελειῶσαι τὰς προσερχομένους κατ' ἐνιαυτὸν ταῖς αὐταῖς θυσίαις, ἅς προσφέρουσιν (sc. ἱερεῖς) εἰς τὸ διηκεῖς, *non potest perfecte expiare eos, qui Deum colunt quotannis iisdem sacrificiis, quae a Sacerdotibus Summis sine intermissione offeruntur.* Προσερχομένους uocat eos, qui his sacrificiis Deum colunt, quos iamiam dicet λατρεύοντας, לַבְיָנִים. Nam summus sacerdos in illo sacro personam referebat populi ipsius. Si summus sacerdos hoc non potuit, et in tam solenni sacro, quanto minus alii sacerdotes?

2. ἐπεὶ ἂν — ἄπαξ κεκαθαρμένους) Alii legunt ἐπεὶ ἔκ ἂν, et pronunciant cum interrogationis nota, eodem sensu. Ἐπάυσαντο προσφερόμεναι, positum est ex Graecismo pro ἐπάυσαντο προσφερόμεναι εἶναι, seu προσφέρεσθαι. Si semel expiati fuissent, non ultra conscii sibi essent nouorum quotannis peccatorum, quae expiatione egerent.

3. ἀλλ' ἐν αὐταῖς — ἐνιαυτὸν) Ἐν αὐταῖς, sc. θυσίαις. Mentio fit in precibus summi sacerdotis nouorum criminum, illo anno commissorum, adstipulante populo.

4. ἀδύνα-

4. ἀδύνατων — ἀμαρτίας) Ἀφαιρεῖν, *poenas peccatorum auferre*. Taurorum et hircorum sanguis, ad corporis unice puritatem lustrabat; solus Christi sanguis nos ab omnibus peccatis purgat.

5. διὰ εἰσερχόμενος — ἡθέλησας) Ἐισερχόμενος εἰς τὸν κόσμον, i. e. *tanquam in orbem uenturus*, subintellecto ὡς ante εἰσερχόμενος, uel simpliciter *Messias*. Λέγει, nempe Pf. XL, 6. sqq. *Θυσία καὶ προσφορὰ* sunt cuiuscunque generis et nominis sacrificia. Οὐκ ἡθέλησας, *non magni facis*; obedientiam istis praefers. σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι) Ita etiam habent LXX. Pf. XL, 7. Hebraici textus uerba sunt **אָנִיִּם כִּרִית לִי**, sensu eodem. Nam *aures fodisti mihi* uel *aperuisti*, est: *me tibi obedientem fecisti*. Sic Ies. L, 5. et Hiob. XXXIII, 16. **אָנִיִּם פִּתַּח אָזְנוֹ** *aurem aperire* Deus dicitur, quum facit ut audiant homines, deinde ut admonitionibus atque mandatis morem gerant. Phrasis σῶμα δὲ κατηρτίσω μοι, intelligenda est de *corporis in sacrificium aptatione et oblatione*. Sensus est: *Creasti mihi corpus, ut eo uterer ad obediendum, ut facerem id, quod tu fieri uis, idque traderem morti*. Hoc uult Apostolus: Quum sacrificia lege Mosis praecepta non possent tollere peccata, ipse Christus se offerre, et hoc sacrificio nos expiare et tranquillare uoluit.

6. δλοκαυτώματα — εὐδόκησας) Τὰ δλοκαυτώματα sunt hostiae, quae integrae comburebantur. Περὶ ἀμαρτίας, sc. *θυσιαν*, hebr. **הַטָּה**, *sacrificium pro peccato*. Pro hebr. **לֵא שְׂאֵלָה**, et illo τῶν LXX. *ἐκ ἡτησας*, Paulus *ἐκ εὐδόκησας* posuit, ut uim fastidii ostenderet.

7. τότε ἔειπον — θέλημά σς) Sensus est: Quia cognoueram, Deum non delectari sacrificiis, dicebam: en adsum, ut tibi obediam; paratus sum ad obediendum tibi, h. e. ad exsequendum munus a te mihi demandatum. Pro uoce κεφαλις Symmachus et Aquila apud Chrysostomum εἴλημα scripserunt, et huc respexit Suidas, κεφαλις βιβλίς aiens, ὕπερ τινὲς εἴλημα φασίν. Sermone hellenistico ἢ κεφαλις idem quod פֶּלֶא, uolumen notat, ut Ezech. III, 1. et aliis locis. Nonnulli deducunt ab Hebr. פֶּלֶא uel Syro פֶּלֶא, פֶּלֶא, quod διπλόμενον, *complicatum, conuolutum* indicat, terminatione graeca addita. Intelligitur autem per eum librum aut *uniuersa Scriptura* S. de Messia praecipiens, aut speciatim *Pentateuchus*, de lege exponens Leuitica ac sacrificiis, Messiam praefigurantibus.

8. 9. ἀνώτερον — τότε ἔειπεν) *Quum superius dixisset — deinde dicit*, uel addit. Non sunt haec hymni uerba, sed epistolae scriptoris. Neque inusitatum est scriptoribus, uel ipsi Philoni, sumtis alterius uerbis, hinc membratim inferre et argumenta ex instituto deducere. λέγων, pro λέξας. ἀναιρέ — σήση) *Tollit primum, ut alterum stabiliat*. Sicut solet fieri in Syllogismis disiunctiuis. Ἰσάναι, Ἰσάναι, *statuere, figere, firmare*. Ex epistolae, ac omni contextus cohaerentia certum, τὸ πρῶτον et τὸ δεύτερον significare διαθήκην πρώτην et καινήν, com. 16. 18. c. VIII, 13. IX, 15.

10. ἐν ᾧ — ἐφάπαξ) Ἐν ᾧ θελήματι, *propter quam uoluntatem*. Ἐν, 3, *propter*. Τὸ θέλημα autem non unice ad uoluntatem Patris respicit, qua Christi desiderauit beneficium,

beneficium, et illo est delectatus, sed praesertim ad Christi illam, qua se Deo cupide subiecit, in offerenda ei digna, probata uictima. Verbum ἀγιαζεῖν idem significat quod καθάρσειν, et refertur ad sacram καθάρσειν, piaculis ac uarii generis lauacionibus impetrandam. Innuitur plenaria peccatorum omnium expiatio.

11. καὶ πᾶς — προσφέρων θυσίας) Ἰερεῖς, pro ἀρχιερεῖς, ut nonnulli Codices et Versiones habent. In accendendo candelabro, in suffitu faciendo, primae erant partes Summi Sacerdotis. Ceteri erant ei adiutores. τὸ ἑστηκε opponitur τῷ ἐκάρθισεν com. 12. Chrysofomus : ἅρα τὸ ἐστάναι τῷ λειτουργεῖν ἐστὶ σημεῖον. ἐκτὸν τὸ καθῆσθαι, τῷ λειτουργεῖσθαι. Est autem uis uerborum collocata non tantum in ἑστηκε, ἐκάρθισε, sed et in πολλάκις, et ἐφάπαξ προσφέρειν.

12. αὐτὸς δὲ — τῷ Θεῷ) Verbo ἐκάρθισεν significatur maiestas et dignitas Christi. Plena igitur comparatio est : Sacerdotes Leuitici sunt ministri ; Christus uero est Dominus, et obtulit unum sacrificium perfectissimum.

13. τὸ λοιπὸν — ποδῶν αὐτοῦ) Vide annotata ad c. I, 13. Οἱ ἐχθροὶ αὐτοῦ, sunt, quicquid impedit salutem, quam Christus suis impetrare uoluit, scelera, superstitio, idololatria, et mors ipsa, ut explicat Paulus, 1 Cor. XV, 26.

14. μιᾶ — τῶς ἀγιαζομένων) Τελειῶν hic idem esse ac ἀφειν ἁμαρτιῶν ποιεῖν, apparet ex u. 17. 18. Ἐἰς τὸ διηνεκῆς non pertinet ad nomen προσφορᾶν, ut nonnulli uolunt, sed

sed uerbum τετελείωκε. Ἄγιαζόμενοι, sunt omnes homines, quibus redemptio acquirenda erat.

15. 16. 17. μαρτυρεῖ δὲ — ἔ μὴ μνησθῶ ἔτι) Δὲ post μαρτυρεῖ significat *insuper, praeterea*. *Insuper uero Spiritus sanctus nobis testatur*, nempe nos esse uere tranquillatos et expiatos. Verba μετὰ γὰρ τὸ προειρηκέναι neſtuntur cum u. 16. et sub initium commatis 17. subintelligitur εἴτ' ἐπιλέγει. Neruus enim probandi commati 17. inest; quod partim ex illatione commatis 18. partim inde patet, quod post uerba uersus 16. multa omiſſa sunt, cap. VIII. adducta.

18. ὕπερ δὲ — ἀμαρτίας) Paulus ex eo, quod omnes Iudaei concedebant, colligit. In sacrificio περὶ ἀμαρτίας, dicebant, *quaeri παρὰ τῆς ἰλεω τῆ Θεῦ δυνάμεως, ἀμνησίαν ἀδικημάτων, a misericordia Dei remissionem peccatorum*; tauros enim atque uitulos maētari περὶ ἀφέσεως ἀμαρτημάτων. Vid. Philo de uictim. p. 843. C. de uit. Mos. L. III. p. 675. C. Apostolus itaque docuit in antecedenti, amnestiam et plenariam peccatorum liberationem una Iesu Christi oblatione effectam; inde colligens, omnem adeo περὶ ἀμαρτίας προσφορὰν iam inuutilem esse.

19. Ἔχοντες ἔν — Ἰησοῦ) *Quum igitur iam liberum ius adepti simus, fratres, ingrediendi in Sanctissimum, (coelum) uirtute ac ui sanguinis (i. e. mortis) Iesu Christi*. Respicitur ad ritum V. T. dum nemini εἰσοδος τῶν ἁγίων, nisi Pontifici M. patebat, reliquos arcebat διασημα. Fideles autem, sanguinis Iesu Christi uirtute, ut sacerdotes ipsi, sistuntur, VII, 19. IV, 16. Intrabunt cum sanguine Christi, i. e. peruenient ad gaudia coeli ob
sanguini-

fanguinem Christi, quod credunt in eius mortem. Παβ-
 βησία, *fiducia, libertas, ius*, III, 6. IV, 16. Verbis
 ἔχοντες ἔν, ἀδελφοί, Paulus ad explicata huc usque,
 tanquam certissima, respicit, ad alia inde deducenda re-
 spiciens. Incipit igitur noua Epistolae sectio. Huc enim
 usque διδασκαλία promanuit, qua et sufficientiam sacer-
 dotii Iesu Christi Melchisedeciani, et τὸ ἀσθενές Aaro-
 nici, Apostolus exposuerat. Iam ad genus νεθετικόν, atque
 λόγον τῆς παρακλήσεως progreditur, quo Hebraeos ad fidem,
 et in religione christiana perseuerantiam adhortatur, ad fi-
 nem usque Epistolae. Quoniam *possumus sperare*, (inquit,) *uolimus* etiam sperare.

20. ἢν ἐνεκαίνισεν — σαρκὸς αὐτοῦ) *Ad quod*, (Sanctifi-
 fimum, coelum nempe,) *parauit nobis uiam nouam et iu-*
cundam, remoto uelo, i. e. corpore suo mortali. Ἐνεκαί-
 νισεν, *parauit, inaugurauit.* Chrysostomus: τῆς ἐξου-
 νισεν, καὶ ἧς ἤρξατο. Ἐγκαίνισμας γὰρ λέγεται ἀρχὴ κτή-
 σεως λοιπῶν. Ἦν κατεσκύασε, Φησί, καὶ δι' ἧς αὐτὸς ἐβάδισεν.
 Ergo *uiam inaugurare* est primum ire hac uia; eundi ini-
 tium facere. Πρόσφατον, hebr. שָׁפָט, deducitur ἀπὸ τῆ
 φατον, proprie *recens dictum*, deinde generatim notat
recens, cui opponitur παλαιάτον. Vetus Glossar: πρόσφα-
 τόν, *recens, προσφάτως, nuper.* Cicero πρόσφατον δόξαν
recentem opinionem uertit, ex Stoicis. Hesychius: πρόσ-
 φατον, τὸ ἀρτίως γινόμενον, νέον, νεαρὸν. Ὁδὸς ζωσα, i. e.
amoena, iucunda, quae fidelibus amoenitatem summam af-
 fert; ut regio amoena dicitur *uitam* nobis reddere, ubi
 plaga et tractus reliquus suaue ridet. Διὰ τῆ καταπ. τῆτ.
 τ. σ. ἄ. *per uelum, nempe uelum sui corporis.* Quemad-
 modum

modum Pontifex M. non nisi remoto uelo in Aduytum transibat, ita nos, nonnisi carne Christi mortem perpeffa, (remoto itidem et hoc quasi uelo,) *coelum* accendimus. Διὰ μέδιον indicat, per quod *coelum* ingredimur.

21. καὶ ἱερέα — Θεῶ) Nempe ἔχοντες. *Domus Dei* autem h. l. uidetur esse *coelum*, ubi nunc Christus munere suo fungitur, dum res nostras Deo commendat, uel etiam *coetus christianus*, cui Christus est praefectus. Vid. c. III, 6.

22. προσερχόμεθα — ποιηῶς) Προσερχόμεθα, *colamus Deum*. Vox passim obuia in Philone, cultum Deo a sacerdotibus praestandum, indicat. Hinc προσερχόμενοι Paulo et Philoni sunt λατρεύοντες, pii, sacrificiorum causa templum accedentes. Μετ' ἀληθινῆς καρδίας, *pietate non ficta*; nam τὸ ἀληθινὸν, *uerum*, saepe opponitur ψεῦδο. Ἐν πληροφορίᾳ πίστεως, *plena fide et fiducia*. Hesychius: πληροφορία, βεβαιότης. Ἐβραυντισμένοι τὰς καρδίας ἀπὸ συνειδήσεως ποιηῶς, i. e. *ita purgati a peccatis, ut nihil mali uobis fitis consciū*. His et sequentibus uerbis alluditur ad ritum sacrificantium, a quibus lex postulabat, ut *animo* et *corpore* essent puri. Per conscientiam malam, sine mali, intelliguntur ipsa peccata, uocabulo effecti sumto pro causa. καὶ λευκίμενοι τὸ σῶμα ὕδατι καθαρῷ) *Et qua corpora loti aqua pura*, i. e. liberi a flagitiis. Τὸ σῶμα, *quoad corpus*. Describitur itaque *externa* sanctitas, quae coniuncta esse solet cum *interna* sanctitate, cuius modo facta erat mentio. Tempore V. T. sacerdotes quotidie corpus abluebant, Exod.

XXIX, 4. Leuit. XVI, 4. ad quem morem uerba haec Apostoli respiciunt.

23. κατέχωμεν — ἀκλιῆ) *Firmiter retineamus religionem christianam*, quae nobis aeternam felicitatem promittit. Ὁμολογία, cf. c. III, 1. Ἐλπίς, *religio christiana*, 1 Petr. III, 15. quia illa professio spem uitae aeternae habet comitem. Ἀκλιῆ, nihil inclinatum, nihil nutantem.

24. καὶ κατανοῶμεν — ἔργων) *Obseruemus alii aliorum actus*, ut, si qui languescant, eos excitemus ad dilectionem et pia facta. Κατανοεῖν, *observare*. Παροξύνειν, uox est media, quae ex adiectis hic in bonam partem iumitur. Glossae: παροξισμός, *concitatio*. Plutarchus in Themistocle: παροξύνει ἐπὶ μάχην.

25. μὴ ἐγκαταλείποντες — παρακαλῶντες) Ἐπισυναγωγή, i. e. συναγωγή, hebr. קהל, קהל, quod LXX. uertunt ἐκκλησία et συναγωγή. Hoc loco intelliguntur conuentus sacri Christianorum, quos nonnulli fugiebant, ne Iudaei animaduenterent, eos esse christianos. Hoc autem erat initium defectionis. Καθὼς ἔθος τισίν, est λιτότης, siue, μείωσις, pro πολλοῖς. Παρακαλῶντες, sc. ἑαυτὸς, εἰς τὸ ἐπισυνάγεσθαι. Etiam in hoc alii alios hortamini, ne conuentus deserantur. καὶ τοσούτω — ἡμέραν) Per τὴν ἡμέραν intelligitur tempus iudicii super Iudaeos, siue reipublicae Iudaicae ruina. Inflare autem excidium Hierosolymorum, inde discere poterant Christiani, quia tum euenire coeperant, quae Christus Matth. XXIV. praedixerat. Nolite deficere a religione christiana, inquit Apo-

stolus ; non enim proderit vobis defectio ad Iudaismum ; siquidem reipublicae Iudaicae ruina iam instat.

26. ἐκσιώς — ἀπολείπεται θυσία) Ἄμαρτάνειν h. l. est *deficere a religione christiana*, reiicere Christianismum, et reuerti ad Iudaismum. Cf. supra VI, 4. 5. 6. Additum autem ἐκσιώς, quia tales ignorantiam culpaе suae obtendere nequeunt. Philo in lib. de profug. p. 461. D. ἐκσιώς ἀμαρτάνοντι opponit ἀκσιώς ἀμαρτάνοντα. Λαβεῖν ἐπίγνωσιν ἀληθείας est idem quod φωτισθῆναι supra VI, 4. II autem, qui sic a Christianismo deficiunt, per nullas uictimas alias ad bonam frugem reuocabuntur, ut ueniam consequi possint.

27. φοβερὰ — ὑπεναντίας) φοβερὰ δὲ τις ἐκδοχὴ κρίσεως, *horribilis expectatio poenae*. *Expectatio* non bonarum saltem rerum, sed, ut h. l. *malarum* etiam est. Philo de nom. mut. p. 1070. B. ἡ προσδοκία κακῆ, ait, φόβον ἐγέννησεν. Πυρρὸς ζήλος, *uindicta grauissima*. *Dei ira* saepe cum igne comparatur, Deut. XXXII, 22. Pl. II, 12. Zeph. III, 8. Eleganter autem igni adiicitur τὸ ἰσθίειν, hebr. שׂוּן ut Num. XVI, 36. Leuit. X, 2. et aliis multis locis. Ὑπεναντίος, Hesychio est ἐχθρός. Intelliguntur hostes et aduersarii religionis christianaе, qui Christum pro impostore habebant, et ad Iudaismum redibant.

28. ἀθετήσας — ἀποθνήσκει) Ἀθετήσας, sc. ἐκσιώς. Ἀθετεῖν Hesychius interpretatur ὑβρίζειν, καταφρονεῖν, ἀτιμάζειν. Per *legem Moysi* intellige *Leuiticam* et *caerimoniam*. Neque exemptos fuisse a supplicio, contra *caerimonias*

monias si fecissent sacerdos, pontifex, senator, Synedrii princeps, e libris Rabbinicis confirmat *Braunius*. Χωρίς οίκτιρμῶν. Ἀπαραίτητος ἡ κόλασις dicit Ioseph. L. II. c. Apion. Philo, de profug. p. 562. D. ἔδει συγγνώμης μεταδοτέον, *nemini ulla conceditur uenia*. Nullus enim rex, sacerdos nullus remittere poenam poterat. Ἀποθνήσκει, gladio, lapidatione, strangulatione aut igne.

29. πόσω — ἐνυβρίσας) Sicut ἄξιον, ita et uerbum ἀξιῶν uox est media, et tam ad poenas, quam ad praemia refertur. Et eleganter interiicitur illud δοκεῖτε. Quid ipsi putatis ea de re? Καταπατεῖν, *contemnere, pro re uilissima habere*. Eustathius ad Homer. II. Δ. πολλὴν, ait, δηλοῖ καταφρόνησιν τὸ πατήσαι. Significat: *rem pedibus, tanquam uilissimam conculcare*. Καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγισάμενος, *sanguinem illum, quo sancita est religio, habens pro sanguine profano*, infamans mortem Christi, quasi is mortuus esset ut latro uel impostor. Ἐν ᾧ ἡγιάσθη, *quo remissio peccatorum ipsi parata est*. Ἐνυβρίσειν, *contumelia afficere*. Τὸ πνεῦμα τῆς χάριτος, *dona spiritus, quorum particeps factus erat*. Haec dona respuit, quisquis Christianismum abiicit.

30. ἴδωμεν — κύριος) *Cogitemus, quis et quantus etc.* Verba desumpta sunt ex Deuter. XXXII, 35. **קָנָה לִי** **עֲלֹשִׁי**, *mibi uindicta et retributio*. LXX. habent: ἐν ἡμέρᾳ ἐκδικήσεως ἀνταποδώσω. Apostolus tantum sensum expressit, ut Rom. XII, 19. καὶ πάλιν — λαὸν ἡμῶν) Grotius cum aliis haec uerba putat ex Ps. CXXXV, 14. desumpta esse. Rectius Psalter atque Apostolus dicuntur

tur spectasse Deut. XXXII, 36. Paulus autem καὶ πάλιν adiicit, partim quia ex contextu hebr. nonnulla omiserat; partim ob interiectum de suo λέγει κύριος. Κρίνειν ibi est *uindicare*. Sic etiam ultionem sumet de iis, qui ecclesiam contempserunt.

31. φοβερὸν — ζῶντος) Ἡ χεῖρ significat, ἐξουσίαν, et in utramque partem accipitur, pro *mitiori iudicio*, ut 2 Sam. XXIV, 4. et pro *graviori ultione*. Polybius 15. πεσῶσι δὲ ὑπὸ τὰς τῶν Καρχηδονίων χεῖρας. Θεῶν ζῶντος, qui in aeternum uiuens, in aeternum etiam potest punire.

32. ἀναμιμνήσκουθε — παθημάτων) Ἄς πρότερον ἡμέραι pro προτέραί ἡμέραι, ut Philo c. Flacc. p. 972. ult. αἱ ὑστερον ἡμέραι. Excitat ipsos ad fortitudinem suo ipsorum exemplo. Ἐν αἷς φωτισθέντες, accepta primum Euangelii luce. Ἀθλησις παθημάτων, i. e., ἀθλητικὴ μακροπάθεια, Paulus in aliis etiam locis uitam cum stadio et palaestra, calamitates et παθήματα cum antagonists, quibuscum luctandum athleticis est, comparat. Eidem metaphorae inhaeret c. XII, 1.

33. τῷτο μὲν — θεατριζόμενοι) *Quum partim contumeliis et miseris palam afficeremini*. Τῷτο μὲν, *partim*. Nam sic Demosthenes et Graeci alii per τῷτο μὲν et τῷτο δέ exprimunt, quod Latini per *geminum partim*. Ὀνειδισμοῖς, *per conuicia*. Nam hoc ipsum, esse aliquem Christianum, illo tempore significabat, esse pessimum nebulonem. Θεατριζέσθαι h. l. tropice in partem deteriorem dicitur, et significat risui omninoque contumeliae exponi.

poni. Veteres supplicia spectaculi uice populo exhibebant, ut si hominem εις ἀθλησιν παδημάτων cum leone uel urso committebant. Tacitus Annal. 16. *Pereuntibus addita ludibria* etc. τῆτο δὲ — γενηθέντες) *Partim participes essetis illorum, qui ita premebantur*, condolendo, adiuuando, liberalitate, solatio. Ἀνασρέφασθαι, *uitam agere*.

34. καὶ γὰρ τοῖς δεσμίοις συνεπαθήσατε) Pro eo, quod alii habent τοῖς δεσμοῖς μὲν, omnino legendum est τοῖς δεσμίοις cum codicibus nonnullis, multis Patribus et Versionibus. Δεσμοί habentur etiam c. XIII, 3. καὶ τὴν ἀρπαγὴν — προσδέξασθε) *Rapinam bonorum uestrorum*, nempe per plebis seditiones, quae saepe ex odio religionis oriri solent. Μετὰ χαρᾶς, quod summum honorem existimarent, ob Christum pati, Act. V, 41. Matth. V, 12. Jac. I, 2. γινώσκοντες ἔχειν ἑαυτοῖς — μένεσαν) Ἐν αὐτοῖς omittunt Codices multi cum Versionibus et Patribus diuersarum recensionum. In Glossario: ὕπαρξις, *substantia, opes*. Intelligit bona uitae aeternae. *Habere* autem saepe dicuntur rem, qui ius ad eam habent, loquendi genere etiam Iurisconsultis usitato.

35. μὴ ἀποβάλητε — μεγάλην) Ἀποβάλλειν, *iacturam facere*; metaphora a militibus uel athletic sumta, qui, ut ne clypeum abiciant, ἀθλον consequuntur. Ἐχει μισθὰ ποδοσίου μεγάλην, *ius habet ad magna praemia*.

36. ὑπομονῆς — τὴν ἐπαγγελίαν) Ἐπομονή, *constantia, patientia*. Ποιήσαντες, nempe ad finem usque, et patientes etiam malorum, quae Deo permittente uobis imminuent. Ἐπαγγελία, *res promissa*, nempe μισθὰ ποδοσίου, u. 35.

37. 38. ἔτι γὰρ — ἐν αὐτῷ) Ex Habac. II, 3. 4. Paulus nec textum hebraicum, nec LXX. exacte expressit; hos magis tamen, quamuis uerborum ordinem inuertendo, quia commate ultimo ex uerbo ὑποσείληται quaedam infert. Μικρὸν ὅσον ὅσον notat τὸ ἐλάχισον, *perquam exiguum tempus*. Τὸ ὅσον non tantum adiicitur in uocabulis *magnitudinis*, sed et *paritatis*, ut Ies. XXVI, 20. Heliodorus, L. V. ἄλιγον ὅσον. Aristoph. in Vesp. ὅσον ὅσον εἶλην. Ὁ ἐρχόμενος ἤξει, *ueniet is, qui uenire uult*, qui promisit se uenturum esse, Christus nempe, qui promissit, suis liberationem a uexationibus. Liberati sunt autem Christiani a uexationibus Iudaeorum, quum euerteretur Iudaica ciuitas. Ὁ δὲ δίκαιος ἐκ πίστεως ζήσεται, *Iustus enim propter fidem et fiduciam suam salutem consequetur*. Ἐποσελλεσθαι, *minus facere, quam oportet, subducere se, timidum esse*. Si quis expectando defatigetur, et propterea expectare bona illa promissa desinat, is mihi summo opere displicebit.

39. ἡμεῖς — ψυχῆς) *Nos autem non sumus timidi ad perniciem nostram, sed fiducia pleni ad salutem nostram*. Ἐποσελλεσθαι, πίστεως, sc. υἱοὶ ἰ. τέκνα, *timidi, fiducia pleni*, ex Hebraismo. Περιπέποισις ψυχῆς, *possessio uitae, felicitas, salus*; nam uitam possidere saepe indicat felicitate frui. I Theff. V, 9.

Caput XI.

1. Εἰς δὲ — εἰς (βλεπομένων) *Est autem fides rerum sperandarum firma quaedam expectatio, conuictio indubitata de existentia rerum, quae sub adspēctum non cadunt*. Ἐπὶ

επισεις, *firma quaedam expectatio*, supra III, 14. Hebr. תְּלִיָּה, LXX. et ἐλπίς et ὑπόσασις uertunt. Ἐλεγχος Glossaria, et Graeci scriptores de *conuictione indubitata* usurpant. Aristoteles de *demonstratione mathematica*, Rhet. ad Alex. c. 14. Ἐλεγχος δὲ ἐστὶν ὃ μὲν μὴ δυνατὸς ἄλλως ἔχειν, ἀλλ' ἔστις ὡς ἡμεῖς λέγομεν. Τὰ ἔβλεπόμενα, *quae non cernuntur*. Intelligendum hoc de rebus praeteritis et futuris, ut ex sequentibus patet. Eleganter Chrysostomus ad h. l. Ἡ πίσις τοίνυν ἐστὶν ὄψις τῶν ἀδήλων, Φησὶ, καὶ εἰς τὴν αὐτὴν τοῖς ἐρωμένοις φέρει πληροφορίαν τὰ μὴ δρώμενα. — Ἐπειδὴ γὰρ τὰ ἐν ἐλπίδι ἀυπόσαστα εἶναι δοκεῖ, ἡ πίσις ὑπόσασιν αὐτοῖς χαρίζεται. μᾶλλον δὲ, ἔχαρίζεται, ἀλλ' αὐτὸ ἐστὶν ἕσσια αὐτῶν οἶον, ἡ ἀνάσασις ἢ παραγέγεκεν, ἕδὲ ἐστὶν ἐν ὑπόσασει, ἀλλ' ἡ ἐλπὶς ὑφίστησιν αὐτὴν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ ψυχῇ. Est itaque ἐλπίζομένων ὑπόσασις, *quum ea, quae futura speramus, quasi praesentia nobis mente et cogitatione repraesentamus*. Fides autem intelligitur ea, qua Dei dictis creditur et ficitur. Neque enim Apostolus, quum ueterum temporum exempla profert, de fide in Christum agit, sed de fide in Deum, cuius species excellentissima est fides illa euangelica, quae ita est fides in Christum, ut simul fit fides in Deum, quia quae dixit Christus, ea dixit Dei nomine.

2. ἐν ταύτῃ — πρεσβύτεροι) *Propter hanc enim maiores nostri laudem consecuti sunt*. Πρεσβύτεροι hic sunt, qui c. I, 1. πατέρες uocantur, יְבִרָה, *Veteres*, Ibraëlitae, Patriarchae, Prophetae, quorum nonnulli nominatim laudantur in sequentibus. Μαρτυρεῖσθαι, sc. ἀποδοχῆς ἀξίον εἶναι, (ut Philo ait,) *testimonio aliquem laudare, atque aliis commendare*.

3. πίσει νοῦμεν — γεγόνε·αι) Fide conuincimur mundum creatum esse uoluntate Dei efficacissima, ita ut, quae nunc conspiciuntur, facta sint, quum antea nihil extitisset. Νοεῖν, intelligere, certissime cognoscere. Per αἰῶνας hic, ut supra, intelligit totum hoc uniuersum. Hoc ait, κατηρτίσθαι, in ordinem certamque speciem digestum. Τὰ μὴ φαινόμενα et τὰ βλεπόμενα, res non aspectabiles et spectabiles, eodem sensu intellige quo Rom. IV, 14, de Deo dicitur: ῥήματι καλεῖ τὰ μὴ ὄντα, ὡς ὄντα. In uerbis εἰς τὸ μὴ ἐκ φαινομένων, aduerbium μὴ ad φαινομένων recte refertur, qua transpositione nihil esse usitatius Hellenistis, ostendit *Heinſus* ad h. l. ex 2 Maccab. VII, 28. Mundum hunc aspectabilem sola uoluntate Dei creatum esse, discimus fide; nam illa creatio non est res ante oculos uersans, sed dudum praeteriit. Nos nunc uidemus, arbores ex arboribus gigni, animantia ex animantibus, homines ex hominibus. At primae illae arbores, prima animantia, primi homines, non habuere ortum ex talibus, qualia nunc existunt atque conspiciuntur. Hoc ideo dicit, ut eo facilius credamus, Deum exhibere posse, quae non conspiciuntur.

4. πίσει — προσήνεγκέ Θεῷ) Θυσία hic dicitur, tam de frugibus, quam de pecudibus. Πλεῖονα, acceptiorem, quomodo et Hebraei sumunt קָלִי, et παρὰ Καῖν, intelligendum παρὰ τῆς τῆς Καῖν, quomodo hic accepit Syrus. Ideo autem acceptiorem dicit fuisse oblationem Abelis, quia fidem habuit. Credidit, Deum repensare bona et mala facta, quod et diserte ad historiam addidit Paraphrastes Hierosolymitanus. δι' ἧς — θυτῆ Θεῷ) Similiter Philo

Philo Abelem uocat δίκαιον, de sacrif. Abelis, quia primitias Deo dedicauit. Ita etiam uocatur Matth. XXIII, 35. In reliquis alludit ad Gen. IV, 4. sqq. Verbum μαρτυρεῖσθαι eodem sensu, quo u. 2. sumitur. καὶ δι' αὐτῆς — λαλεῖται) Vel, ut alii rectius habent, λαλεῖ, sc. τὴν ἑαυτοῦ πίσιν, δικαιοσύνην, ἀρετὰς etc. *mortuus, fidem suam atque iustitiam adhuc loquitur*; mortuus docet nos suo exemplo, ut ipsum imitemur. Cf. infra XII, 24. Mortuo loquelam Paulus tribuit, eodem sensu, quo apud Virgilium Phlegyae poena *magna testatur uoce per umbras: discite iustitiam moniti*. Sic Latini rebus inanimatis loquelam tribuentes, *rem ipsam loqui* dicunt.

5. πίσει ἐνώχ — δ. Θεός) *Fide aliorsum translatus est Enoch, ne moreretur*. In loco Mosis non dicitur, eum non esse mortuum, sed illud dicitur: uitam agebat sanctam, ergo non amplius erat; nam abstulerat eum Deus; quod etiam de morte naturali intelligi poterat. Καὶ ἔχ' εὐρίσκειτο, hebr. וַיִּבְנֵי, Gen. V, 22. 23. XLII, 36. De subita et improuisa morte explicant locum haud pauci, et addunt corpus eius post mortem non esse repertum. Iudaei uero hunc locum ita interpretati sunt, ut dicerent, ablatum esse Enochum a Deo, ne moreretur. Huic Iudaeorum opinioni se accommodat Paulus. De *morte peccatorum* explicat *Drusus* in Praeteritis. Heinsius Henochum ita putat dici ἀθάνατον, ac si eius mors in sacris litteris saltem non reperiatur, et legendum esse: ὅτι ἔχ' εὐρίσκειται. Iosephus Antiq. L. I, c. 3. ἀνεχώρησε πρὸς τὸ Θεῖον. Cf. Gen. V, 24. πρὸ γὰρ — τῷ Θεῷ) Legimus nempe apud Mosen, pie eum uixisse; ergo placuit Deo.

6. χωρὶς δὲ — γίνεται) Ἐυαρεσιῆσαι, sc. Θεῶ. Cur autem sine fide Deo placere nemo possit, causa statim additur. Προσέρχουσαι τῷ Θεῷ, *accedere ad Deum*, est *Deum colere*, ut supra iam habuimus. Ἐκζητεῖν τὸν Θεόν, hebr. שָׁקַב aut שָׁרַב, eas inire vias, per quas Dei fauor obtineri possit, Deut. IV, 29. Ier. XXIX, 13. et aliis locis. Fides Enochi in eo erat, quod credebat, Deum esse, eumque esse remuneratorem hominum proborum.

7. πίσει χρηματισθεὶς — τῷ οἴκῳ αὐτοῦ) Χρηματισθεὶς, *oraculo monitus*, ut Matth. II, 12. 22. Περὶ τῶν μηδέπω βλεπομένων, *de iis quae nondum aderant*, de imminente diluio. Illud πίσει refertur ad εὐλαβηθεὶς κατεσκεύασε, fide pie morem gerens, struxit *arcam*, i. e. quia oraculo pie fidem habebat. Ἐυλαβηθεὶς, *pie ac religiose oraculum Dei colens*. Κιβωτὸν, λάβρακα, הַבַּיִת, *nauem constratam*, quales sunt arcae. δι' ἧς — κληρονομία) Δι' ἧς, *per quam* sc. nauem; eius extruptione. Κατέκρινε τὸν κόσμον, i. e. totum, extra familiam suam genus humanum. Condemnare dicitur aliquis etiam, qui suo facto ostendit, quid alii facere debuerint, atque inde eos non idem facientes, culpae conuincit, ut Matth. XII, 41. 42. Δικαιοσύνη autem hic est *praemium iustitiae*, sicut *peccatum* apud Hebraeos est *poena peccati*. Saluus euasit diluuium.

8. πίσει καλέμενος — πῶς ἔρχεται) Priora uerba construe: Ἀβραὰμ καλέμενος πίσει ὑπήκουσε. Ἐξεληθὼν, ex Chaldaica terra et Mesopotamia. εἰς τὸν τόπον, ὃν ἤμελλε λαμβάνειν εἰς κληρονομίαν, in Cananaeam, quam ipse, i. e. posterius ipsius erant possessuri. Μὴ ἐπιστάμενος,

πῶ ἔρχεται, i. e. nesciebat, quae et qualis erat illa terra.
Gen. XII, 1. 7.

9. πίσει παρώκησεν — τῆς αὐτῆς) Ἐἰς τὴν γῆν, pro ἐν τῇ γῆ. Τῆς ἐπαγγελίας, i. e. ἐπιγγελημένη. Ὁ παροικίος, unde uerbum παροικεῖν, Hebraeis est יָרֵד, ξένος, ἀλλογενής, *aduena, peregrinus*, et non συμπολίτης, οἰκετός, *domesticus ac ciuis*. Abrahamus uitam agebat Nomadicam. Ergo in terrā, quae ipsi promissa erat, ut eam possideret, ita uentus est, quasi non esset eius possessor. Μετὰ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ, paritatem et modum indicat; nam et ipsi erant Scenitae, sicut Abrahamus.

10. ἐξιδέχeto — ὁ Θεός) Τὴν τὸς θειμελίς ἔχουσαν πόλιν non esse Hierosolyta terrestria, sed *patriam coelestem*, patet ex commate 16. coll. cap. XIII, 14. Θεμελίς, pro θεμέλιον, Hebraeorum more, qui תהוֹמָה potius quam תָּמֹנֶה scribunt; et *fundamenta* ponuntur hic pro *perpetuis* fundamentis. Expectatione urbis illius stabilis, i. e. felicitatis aeternae excitatus, molestias peregrinationis patienter tulit. Deus, uniuersi totius τεχνίτης καὶ δημιουργός, praecipue urbis coelestis architectus et faber dicitur, quia, Chrysofomo et Theophylacto auctoribus, in coelo potissimum elucet quum sapientiae diuinae, tum potentiae illius magnitudo.

11. πίσει — ἔλαβε) Propter fidem ipsa quoque Sara robur accepit ad concipiendam prolem in utero etc. Δύναμιν ἔλαβε, robur uteri accepit; uis iuuenilis ei restituta est. Ἐἰς καταβολὴν σπέρματος, i. e. εἰς τὸ δέχασθαι σπέρμα καταβεβλημένον, ad *recipiendum semen iniectum*, ut
nempe

nempe fieret grauida. καὶ παρὰ — ἔτεκεν) Alii rectius omittunt τὸ ἔτεκεν, ut uerba παρὰ καιρὸν ἡλικίας cohaereant cum illo ἔλαβε.

12. διὰ καὶ — ἀναρθμητος) Διὰ refer ad fidem et Abrahami et Sarae. Ἄφ' ἐνδ'ς, sc. ἀνδρ'ς, Abrahamo, uel ut alii malunt σπέρματος, αἵματος. Καὶ ταῦτα, graeca locutio, quam latine recte exprimas: *et quidem*. Νενεκρωμένος, *emortuus* dicitur Abrahamus respectu geniturae, quia per longam aetatem eae uires in eo erant emortuae. Cf. Rom. IV, 19. *Stellarum* aut *arenarum* nomen usurpamus, quum innumera indicamus.

13. κατὰ πίσιν — ἀσπασάμενοι) Quod editiones multae post ἰδόντες habent: καὶ πεισθέντες, deest in plurimis codicibus, uersionibus ac Patribus. Οὗτοι πάντες, sc. κληρονόμοι τῆς ἐπαγγελίας, Abrahamus, Isaacus et Iacobus, de quibus com. 9. Ἀποθνήσκειν κατὰ πίσιν, *fide usque ad uitae finem permanere*. Μὴ λαβόντες τὰς ἐπαγγελίας, *quum nondum accepissent beneficia promissa*, possessionem terrae Canaan, numerosam posteritatem etc. uel etiam stabilem ueramque felicitatem. Ἀλλὰ πρόβρωθεν αὐτὰς ἰδόντες καὶ ἀσπασάμενοι, *sed eminus quasi uiddissent, et iis delectati fuissent*. Firmiter crediderunt nempe, Deum impleturum esse quod promiserat, etiam post mortem ipsorum, et gauisi sunt de prosperitate posterorum. Ἀσπάζειν saepe est *amplecti, delectari*. Aelian. Var. Hist. XIII, 18. de Dionysio, Siciliae tyranno: τραγωδίαν ἠσπάζετο, *tragoediam amabat*. δμολογήσαντες — γῆς) Peregrinos sese atque uiatores in hoc mundo sunt facti, uitam ut peregrinationem, mundum ut hospitium confi-

confiderantes. Gen. XXIII, 4. XLVII, 9. Παρῆπιδημος, qui ad tempus breue alicubi degit.

14. 15. οἱ γὰρ τοιαῦτα — ἀνακάμψαι) Ἐμφανίζουσι, significant. Ὅτι πατρίδα ἐπιζητῶσι, quod desiderant, habere patriam. Nam qui in Patria est, non est aut hospes, aut uiator. Patria autem non est tantum, ubi nati sumus, sed et ubi ius ciuitatis habemus. Μνημονεύειν desiderium et amorem indicat, quo alicuius rei meminimus. Si ideo se peregrinos uocabant, quod Chaldaeam haberent pro patria, licebat illuc redire. Intra annos plus ducentos, qui intercesserunt inter Abrahami exitum e Chaldaea, et Iacobi mortem, satis temporis fuit Abrahamo, Isāaco et Iacobo redeundi in Chaldaeam, si illam amassent ut patriam suam.

16. νυνὶ δὲ — ἐπερανίς) Ita Anaxagoras apud Diog. Laërt. 2 segm. 7. quaerenti: εἰδὲν σοὶ μέλει τῆς πατρίδος; respondebat: εὐφήμει. ἐμοὶ γὰρ καὶ σφόδρα μέλει τῆς πατρίδος. δείξας τὸν ἕρανον. διδὲκ — πόλιν) Θεὸς κυτῶν. Nam specialiter dicitur Deus Abrahami, Isaaci et Iacobi. Ita se nominauit, non tantum quum adhuc uiuerent, sed etiam post mortem eorum. Eo ipso intelligitur eorum esse fautor summus, et εὐεργέτης. Ἐποιμάζειν, destinare. Πόλιν coelum esse hoc loco, e contextu clarum.

17. πίσει προσενήνοχεν — ἀναδεξάμενος) Προσενήνοχε, sc. ἐπὶ τὸν βωμὸν, Iac. II, 21. Partem oblationis re ipsa, impleuerat Abrahamus, filio ἐπὶ τὸν βωμὸν καὶ θυσιαστήριον imposto; partem perfecerat animo, quod certissime eum macetasset, si Deus permisisset. Itaque illud sacrificium pro integro

integro atque consummato, non in sacris modo litteris, sed communi omnium in ore haberi, Philo fatur p. 374. D. Πειραζόμενος, Deo explorante ipsius fidem, idque postremum; nam post id ultra exploratus non est. Τὸν μονογενῆ, *unicum*, nempe ex iusta matrefamilias. Ἄναδέχεσθαι plus est, quam δέχεσθαι. Itaque *suscipere* non male uertit Latinus. In animum admiserat promissa a Deo sibi facta, nempe in Iſaaci posteritate implenda, quod iam adder.

18. πρὸς ὅν — σπέρμα) Cui promissum erat: ex Iſaaco habebis posteritatem. Gen. XXI, 12. Κληθῆναι, esse; uerba enim nominalia saepe sunt realia. Notum est autem, Iſaacum, quum morti destinaſsetur, fuisse improlem.

19. λογισάμενος — ὁ θεός) Λογισάμενος referendum est ad remotius προσενήνοχε. *Reputans secum*. Credebat, ex Iſaaco se habiturum posteros. Credebat, eundem interficiendum. Haec conciliari non poterant, nisi per admirandam Dei potentiam, ad id efficiendum, quod eo tempore exemplo carebat. ὅθεν — ἐκομίσατο) *Vnde eum etiam per imaginem quandam resurrectionis ex mortuis recepit*. Ἐν παραβολῇ, לַשָּׁמַיִם, supple ἐκ νεκρῶν, quasi scriptum esset: ὅθεν αὐτὸν καὶ ἐκ νεκρῶν ἐν παραβολῇ ἐκομίσατο. Illud καὶ huic interpretationi non obstat, si uertas: *etiam*; quod saepe fieri solet. Aliis ἐν παραβολῇ idem est ac παρ' ἐλπίδα, παραδόξως. Cf. *Krebsium* ad h. 1.

20. πίσει περὶ — τὸν Ἰσαάκ) Περὶ μελλόντων, sc. προφητεύων, uel potius cohaerent haec uerba cum πίσει, *fide*

fide de rebus futuris, i. e. quia crediderat Deo, res magnas posteris suis euenturas, Gen. XXVI, 24.

21. πίσει Ἰακώβ — βᾶβδδδ αὐτῆ) Ἀποθνήσκων, *moriturus*, praefens pro proximo futuro. Ἐπὶ τὸ ἄκρον τῆς βᾶβδδδ αὐτῆ habent etiam LXX, Gen. XLVII, 31. Vox hebraea tam *baculum* potest significare, quam *lectum*; nam puncta uocalia, quae significationem uariant, olim adscripta non fuere. Sive *lectum* intelligas, siue *baculum* non multum interest; nam praecipuum in hac re est, Iacobum Deo honorem exhibuisse.

22. πίσει Ἰωσήφ — ἐνετείλατο) Mandata dedit de offibus suis in terram promissam deportandis, quod signum erat, eum de possessione promissa nihil dubitare.

23. πίσει Μωσῆς — τῆ βασιλείῳ) Πατέρας hic uocat *parentes*, masculinum pro communi usurpans. Ἀξεῖτος Moses hic dicitur, ut penes LXX, et Act. VII, 20. Vox autem ad corporis atque uultus refertur speciem. Hesychius: ἀξεῖτος, καλὸς, ἐπίχαρις. Τὸ διάταγμα τῆ βασιλείῳς, edictum, quo iuebantur parentes Iudaei exhibere infantes mares, ut interficerentur. Nam et hoc comprehensum fuit in edicto, quod breuiter refertur Exod. I, 22.

24. πίσει Μωσῆς — Φαραῶ) Spreuit honorem, quem habebat, dici filium adoptium *Thermutidis*, filiae tanti regis, Exod. II, 9. Μέγας γενόμενος, de *actate* intelligendum est.

25. μᾶλλον ἐλόμενος — ἀπόλαυσιν) Per πρόσκαιρον ἔμαρτίας ἀπόλαυσιν intellige aulicae uitae licentiam, et occasionem ad omne genus peccati.

26. μείζονα — μισθαποδοσίαν) Ὀνειδισμὸς τῆς χριστοῦ
hic sunt contumeliae illae, quas tum Israelitae patiebantur, similes illis, quas perpeffurus erat Christus, ut 2 Cor. I, 5. παθήματα τῆς χριστοῦ. Ἀπέβλεπε γὰρ εἰς τὴν μισθαποδοσίαν, respiciebat enim praemium; rationem habebat remunerationis. Hoc sensu ἀποβλέπειν occurrit apud Philonem de opif. p. 4. Β. ἀποβλέπων εἰς τὸ παράδειγμα, respiciens exemplum.

27. πίσει κατέλιπευ — ἐκαρτέρησε) Κατέλιπευ Ἄιγυπτου, migratione illa solenni, cui ductor et caput praefuit. In uerbis: non extimescens iram regis, respicitur historia, quae est Exod. X, 28. 29. Τὸν γὰρ ἀβρατὸν ὡς ὀρῶν ἐκαρτέρησε, i. e. quia Deum inconspicuum ita praesentem habebat animo, quasi eum conspiceret, constans fuit.

28. πίσει πεπόηκε — θίγη αὐτῶν) Τὴν πρόσχυσιν τῆς αἵματος, sparsionem sanguinis, factam ad postes. Pro ἄλοθρεύων, I Cor. X, 10. legitur ὀλοθρευτῆς, angelus mortis; i. e. pestis. Cf. I, c. Τὰ πρωτότοκα, sc. γεννήματα. Tam enim de pecudibus, quam de hominibus agitur Exod. XII, 12. Tangere, hic est ferire, 711. Fides autem Mosis in ea re erat, quod certo sperabat, se sequente die, iuuante Deo, cum populo exiturum Aegypto.

29. πίσει διέβησαν — κατεπόθησαν) Τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν, ita dictum non a *rubore*, ut alii tradunt, sed ab *Erythra* rege, i. e. ab Esauo seu Edomo, qui *rufus* erat. Hoc mare a Mose Exod. XIV, 21. uocatur **הַיָּם הַסּוּף**, *mare algosum*; et ob hanc algam, *uiridem* Idumaeo mari colorem tribuunt Diodor. Sic. III, Theophrast. Hist. Plant. IV, 9. et Plinius Hist. Nat. XIII, 25. Διὰ ξηρῶς, ἴσ. γῆς. Ἡς ἴσ. διαβάσεως πεῖραν λαβόντες οἱ Αἰγύπτιοι, *cuius transitus periculum facientes Aegyptii*, tracti exemplo, et putantes, sibi tutum fore, quod Israelitis tuto cedere uidebant. Κατεπόθησαν, *absorpti sunt*, nempe fluctibus. Καταπίνω, **יָבַב**, non differt a καταποντίσω, quo in hac historia Philo utitur p. 630. B. Exod. XV, 4.

30. πίσει τὰ τεῖχη — ἡμέρας) Κυκλόειν non tantum est *obsidione capere*, sed et *circumire*. Moenia Hierichuntis ceciderunt, quia in Iudaeis erat fides, i. e. certa oppidi expugnandi expectatio, postquam per septem dies obsidione cinxerant. Ios. VI.

31. πίσει Ῥαὰβ — μετ' εἰρήνης) Voce πόρνη indicari dicunt, partim *cauponam* et *hospitam*, quae cibum et potum praebet peregrinis, partim *meretricem*, quae se ipsam uendit, uictumque ex se uoluptati praebet; hebr. **הַנְּוִי**. Rahab uocatur πόρνη, non quod talis manserit, sed quod talis ante fuisset, Matth. XXI, 31. Et hic πίσις construendum cum δεξαμένη: ideo excepit et saluos fecit exploratores, ab Iosua missos, quod crederet, unum Deum esse uerum, qui in Aegypto, et in Arabiae desertis locis res tam miras patraffet, cuius cultores erant Israelitae. Μετ'

εὐρήνης, i. e. μετὰ πολλῆς ἐπιμελείας, multa cum sollicitudine et humanitate, item, ut securi fuerint.

32. καὶ τί — ὁ χρόνος) Has oratoribus formulas in usu esse, non pauci ostenderunt. Τί ἐτι λέγω; *quid opus est, hac de re ut loquar amplius?* Plena est talium exemplorum tota scriptura.

33. οἱ διὰ — λεόντων) Attributa haec fidei, non ad *omnes* u. 32. laudatos, sed ad *singulos* spectant; licet cuncti ferme uicerunt reges, et populos subiugarunt. Ἐργάζεσθαι δικαιοσύνην, *uirtutem exercere*, nisi hic potius de iustitia in diiudicandis litibus sit sermo, quo sensu iustitiam exercuerunt Iudices, Samuel, alii. φράσσειν ἑόματα λεόντων ad historiam Danielis VI, 22. respicit. Simson etiam et Dauides cum leonibus dimicauerunt, tanquam uictores. Dicuntur autem fecisse, quod a Deo obtinere, ut fieret.

34. ἔσβεσαν — ἀλλοτρίων) Ἐσβεσαν δύναμιν πυρός, obtinere ut ignis uim suam amitteret, quasi extinctus esset. Ἐφυγον ἑόματα μαχαίρας, effugere enses acutos. Id enim כַּרְחַי. Ἐνεδυναμώθησαν ἀπὸ ἀσθενείας, *reualuere a morbis*, ut Iob. Ezechias. Παρεμβολή, apud interpretes V. T. non tantum *castra*, sed et *exercitus* significat. Et κλίνειν est Latinorum *inclinare*, apud Liuium et alios de *acie*, usurpatum. Ἀλλότριοι, gentiles et idololatrae. Philo opponit Iudaeis.

35. ἔλαβον — ἐτυμπανίσθησαν) Ἀποτυμπανίζεσθαι dicuntur, qui ad mortem usque torquentur. Τύμπανον, quod et τροχός, tormenti sicut genus, quo malefici in equuleo,

equuleo, tanquam pelles in tympano, distendebantur, quale supplicium Eleazarus expertus est, 2 Macc. VI, 28. Suidas: τυμπανίζεται, ξύλω πλήσεται, ἐκδέρεται καὶ κρεμάται. Vide Grotium et Carpzouium ad h. l. ἔπροσδέξαμενοι — τύχῳσιν) Ἀπολύτρωσιν ἔπροσδέχεσθαι, liberationem a poena nullam accipere, sub conditione idololatriae faciendae. 2 Maccab. VI. VII. *Melior resurrectio* autem est resurrectio ad meliorem uitam.

36. ἕτεροι δὲ — Φυλακῆς) Πέτρῳ λαμβάνειν, *sensitive, experiri*. Ἐμπαιγμοί, *ludibria*. Ἐτι δε, *insuper uero*.

37. ἐπειράσθησαν) Τὸ πειράζεσθαι inter mortium genera non uidetur locum habere, ideoque hanc uocem multi omittunt. Alii suspicantur, aliter legendum scilicet, ἐπυρώσθησαν, ἐπυράσθησαν, ἐπρήσθησαν, ἐπάρθησαν, ἐπέρθησαν, ἐπράθησαν, ἐσπειράσθησαν, ἐσφαιρίσθησαν, ἐπηρείασθησαν. Vide Bovvyeri coniect. ad h. l. *Carpzouius* uero id πειράζεσθαι non adeo leue existimat, sed, quod adiuncta postulant, idem esse ac *sollicitari ad scelus, ad motis tormentis, tympanis, rotis, flagellis, catenis*; et uertit: *nouis suppliciiis tentati sunt; es sind ganz neue Arten der Todesstrafen an ihnen probiret worden.* περιήλθου — δέμασιν) Vilis his uerbis indicatur egenorum habitus, quo exules et extorres errabant hinc illinc pii homines, tyrannorum metu. Philo in libro de uictimis obseruat p. 836. A. ex ouinis olim et caprinis pellibus paratas fuisse penulas uiatorias, et alia tegmina, quibus usi fuissent, qui extra urbes sub dio agere coacti erant. Cf. Carpzou. ad h. l.

38. ὧν ἐκ — ὁπαῖς τῆς γῆς) Efficaciter dictum: Illi, quorum consuetudine quotidiana homines ceteri non erant digni, ex urbibus uicisque exacti, receptum nullum nisi in locis inuiis et asperis, specubusque et cauernis inuenire potuerunt.

39. καὶ ἔτοι — τὴν ἐπαγγελίαν) De uerbo μαρτυρεῖσθαι cf. supra u. 2. Οὐκ ἐκομίσαντο τὴν ἐπαγγελίαν, non reportarunt proemium promissum, promissam felicitatem. Hoc non posse simpliciter accipi, quasi nullum unquam a Deo promissum bonum acceperint, facile intelligitur. Erit igitur sermo de certo aliquo bono, uel de impletione promissionis de uenturo Messia, uel, quod magis placet, de perfecta ex omni parte felicitate. Cf. supra u. 13. 33.

40. τῶ θεῶ — τελειωθῶσι) Quoniam Deus nobis melius prospicere uoluit, ne scilicet illi ad perfectam felicitatem peruenirent sine nobis. Προβλέπεσθαι, prospicere, consulere alterius commodis. Ἴνα μὴ τελειωθῶσι, ne perfecti redderentur, ne plena felicitate fruerentur (c. II, 10.) χωρὶς ἡμῶν, sine nobis. Noluit Deus, ut illi perfecta felicitate in hac uita fruerentur, ne nos in dubitationes coniciamur, an perfecta felicitas post hanc uitam sit expectanda. Alii sic explicant: Voluit Deus, ut Christus sacrificium suum perageret μὴ χωρὶς ἡμῶν, i. e. nobis uiuentibus. Eoque ipso conditio nostra potior esse intelligitur, quam patrum, quia Iesus Christus, eo quo nos uiuimus tempore, suum sacrificium peregit.

Caput XII.

I. **T**οιγαρῶν — ἀποθέμενοι πάντα) Τοσούτον περικείμενον ἡμῶν νέφος μαρτύρων, tantum agmen testium, quo quasi cingimur. Νέφος, *nubes*, metaphoricè saepe usurpatur de magna copia. Sic *Virgilius*, quod dixerat: *facta nube premunt*, mox explicat: *denfis cateruis*. Testes autem sunt ipsi illi c. XI. commemorati homines pii, qui testes nostrae uitae despiciunt ueluti e coelo in terram, et uitam nostram intuentur. Ὅγκος, *pondus, onus*. A stadio sumpta similitudo. Ibi, qui cursuri sunt, omnia quae oneri esse possunt, deponunt. Sic et nos deponere debemus amorem huius seculi, et curas negotiorum huius mundi, quae nos impediunt, quo minus officia nostra rectè praestare possimus. καὶ τὴν ὑπερίστανον ἁμαρτίαν) Ἐμαρτία hic uidetur esse ἀπιστία, ἀπίθεια, ut contextus suadet. Ἐμαρτία ὑπερίστατος autem est peccatum facillime nos seducens, seu, ut c. III, 13. ἀπάτη τῆς ἁμαρτίας. Id cum *Chrysostomo* bene conuenit, cui ὑπερίστατος dicitur ἢ εὐκόλως περιισαμένη ἡμᾶς, quod enim nos *cingit* undique et *circumdat*, facile nos *seducit* et *abripit*. δι' ὑπομονῆς — ἀγῶνα) *Constanter curramus in stadio nobis assignato*, i. e. summopere studeamus officiis nostris satisfacere. Proposito enim nobis cursu intelliguntur officia nobis iniuncta. Metaphora, a ludis et cursu ueterum desumpta, nec *Paulo* infrequens, nec *Philoni* ignota. Sic *Philo* de agric. p. 203. E. τὸν προτεθέντα ἀγῶνα τῶν θεῶν καὶ ἀλυμπίων ἀρετῶν, *propositum certamen diuinarum uirtutum* commemorans, luctam, cursum olympicum, et palaestram, ad animum applicat.

2. ἀφορῶντες — Ἰησοῦ) *Intueamur in antesignanum et remuneratorem fidei, Iesum.* Ἀρχηγός, *dux et antesignanus.* Christus nempe fiduciam suam in Deum collocavit, Hebr. II, 13. Nos uero eius exemplum imitari debemus. Τελειωτής, de ludorum agonotheta potest accipi, nempe de eo, qui praemia distribuit. ὅς ἀντί — ἐκάθισεν) Vel, ut alii legunt, κακάθισεν. Ἄντι, plurimi interpretantur *pro*, quasi Iesu Christo relicta fuerit electio, an uellet gaudiis frui, uel crucem perpeti. Sed contextui conuenientior uidetur explicatio *Theodoreti*, quem Grotius sequitur, praepositionem ἀντί, reddentis *propter*, sc. *propter gaudium instans*, summam potestatem, quae mortem crucis consecuta est. Phil. II, 9. Ἄντι etiam Eph. V, 31. significat *propter*. Προκειμένη χάρις dicitur, ut c. VI, 18. ἑλπίς προκειμένη. Αἰσχύνη, h. l. est ignominia supplicio crucis coniuncta. Καταφρονήσας hic comparate sumendum: non tanti faciens eam ignominiam, ut ei se uellet subducere. De sessione ad dextram Dei uide c. I, 3. 13.

3. ἀναλογίσασθε — ἀντιλογία) Ἀναλογίζεσθαι etiam Xenophonti est *expendere animo*. Idem quod λογίζεσθαι supra XI, 19. Ἀντιλογία hic denotat omnes Christo illatas iniurias, ipsumque etiam mortis supplicium; nam ἀντιλέγειν est etiam *male cuiquam facere*, Luc. II, 34. ἕνα μὴ — ἐκλύμενοι) Κάμνειν est *taedio laboris affici*; ἐκλύεσθαι, *lassari*. Haec duo uerba e palaestra et ab athletis recepta sunt, qui dicuntur κάμνειν, ἐκλύεσθαι, ἀναπίπτειν, ἀπειπεῖν, quum uel animi, uel corporis robore ac uiribus destituti, uictas dant
aduer-

aduersario manus, palmamque concedunt. Vide *Loesnerum* ad h. 1.

4. ἕως μέχρῃς — ἀνταγωνιζόμενοι) Μέχρῃς αἵματος, i. e. αἱματεκχυσίας, ad sanguinis usque profusionem. Pudeat uos defatigari leuioribus malis. Illi prophetae, deinde et alii Maccabaicorum temporum, quorum supra meminimus, partim ad capitalia supplicia, partim ad tormenta rapti fuere. Christus ipse mortem, et quidem crucis perpeffus est. Vos libertatis tantum et facultatum damna aut pericula incurristis. Ἀμαρτίαν hic intellige κατ' ἐξοχήν defectionem a religione christiana.

5. καὶ ἐκλήθηθε — ἐλεγχόμενος) Καὶ, et tamen. Παράκλησις de consolatione et exhortatione simul intelligi potest. Locus, quem Apostolus adducit, est Prou. III, II. 12. Παιδία, institutio, quae factis fit, puta uinculis, legibus, poenis. Ἐλέγχειν, obiurgare, non tantum uerbis, sed et factis, seuerius et durius aliquem tractare.

6. ὅν γὰρ — παραδέχεται) Sic est in graeca uersione Prouerbiorum, nisi quod pro παιδέυει in quibusdam codicibus est ἐλέγχει. Apparet, interpretes pro כֹּחֵךְ ut pater, legisse כֹּחֵךְ dolore affecit, quod translulerunt μασιγοῦ. Ὄν παραδέχεται, quem amat, diligit, ut Luc. XV, 2.

7. εἰ παιδίαν — ἰ Θεός) Ἐἰ παιδίαν ὑπομένετε, s. aduersa uobis eueniunt. Nam ὑπομένειν interdum nihil aliud est, quam perpeti, ut Iac. I, 12. Ὡς υἱοῖς ὑμῶν

προσφέρεται ὁ Θεός, *agit uobiscum Deus tanquam cum liberis.* Hoc sensu uerbum προσφέρεσθαι saepe obuium est apud bonos auctores, praecipue Demosthenem, Philonem etiam de Temul. p. 249. C. in Flacc. 966. A.

8. εἰ δὲ χωρὶς — ἔχ υἱοὶ) Πάντες, nempe illi, de quibus actum capite praecedenti. Νόθος autem non intellige ex matre impare natos, sed eos, quos mater ex adulterio genuit, et marito uult obtrudere, ille autem reiicit. *Vobiscum ageretur, ut cum nothis solent homines, non, ut cum filiis.*

9. εἶτα — καὶ ζήσομεν;) Ἐἶτα, deinde τοίνυν, ἐπεὶ ἔν, *atqui, iam uero.* Πατέρας τῆς σαρκός, i. e. qui mortales ipsi ad mortalem uitam nos generauerant. Ἐἰχομεν καὶ ἐνετρέπομεθα, idem est ac ἔχοντες ἐνετρέπομεθα, adeoque τὸ ἔχοντες non exprimitur in uersione. Ἐποταγησόμεθα, Niphah pro Hithpacl, i. e. *subiiciemus nos ipsos*, nimirum ad ferenda aduersa, ipso ita uolente. Τῷ πατρὶ τῶν πνευμάτων, *cui nos omnes corpus et animam debemus*, ut Num. XVI, 22. ubi Deus uocatur Θεός τῶν πνευμάτων καὶ πάσης σαρκός, uel potius *patri spiritali*, patri qui est spiritus; nam describitur Deus ut parens, non ut creator. Καὶ ζήσομεν, *ut uiuamus*, nempe *in perpetuum et feliciter.*

10. οἱ μὲν γὰρ — ἀγιότητος αὐτῆ) Πρὸς δλίγας ἡμέρας, *ad hanc uitam breuem*, uel ad uitae huius felicitatem. Κατὰ τὸ δοκεῖν αὐτοῖς, pro arbitrato, saepe ex errore, interdum etiam sua uitia pro uirtutibus instillantes.

lantes. Parentes saepe sic uolunt, sic iubent suos liberos; stat iis pro ratione uoluntas. Ἐπὶ τὸ συμφέρον, *ad nostrum usum*; nam nec errat, nec prauis affectibus abripitur. Ἁγίας Θεῶν, *sanctitas Dei*, nisi malles de Dei gloria, maiestate, et beatitudine aeterna interpretari.

11. πᾶσα δὲ — ἀλλὰ λύπης) Οὐ δοκεῖ χαρᾶς sc. πρᾶγμα, εἶναι, ἀλλὰ λύπης, *non gaudium sed tristitiam parit*, si nempe sensus externos consulimus. Radices amaræ, sed fructus dulces. ὕπερον δὲ — δικαιοσύνης) *Post-hac uero reddit fructum saluberrimum uirtutis et probitatis, iis qui per eam exercitati sunt.* Καρπὸς εἰρηνικὸς, *fructus salubris, utilis*, ex hebraica significatione uocis כּוֹשׁ, quæ etiam omne *bonum* denotat. Alii uertunt: *iucundus, gratus*, quia τῇ λύπῃ opponitur. Δικαιοσύνη hic latius sumitur, et omnes officii nostri partes complectitur.

12. διὸ — ἀνορθώσατε) Ex Ies. XXXV, 3. Phrasin denuo ab athleticis atque palaestra desumptam esse multi existimant. Sed uix credibile est, Iesaiam respexisse ad Græcorum ludos. Metaphora potius uidetur ab *aegrotis* uel longo itinere *defatigatis* esse desumpta. Hesychius: παρειμένως, *remisse, languide*. Sane persecutorum metu languere poterant Hebraei, remittere manus, ac pedibus defatigari. Comparatur nempe Christiani uita cum labore et cursu.

13. καὶ τροχίᾶς — ποσὶν ὑμῶν) Ex Prouerb. IV, 26. Ἡ τροχίᾶ, *semita, uia*. Τοῖς ποσὶν hic est *Datiuus*. Sensus igitur: *Facite complanari uobis uias, per quas*

ituri estis, i. e. auferte omnia pietatis impedimenta. ἵνα μὴ — μᾶλλον) *Ne membrum debile luxetur, sed sanetur potius.* Colligite uires, ne quis in nouum periculum incidat, si remiserit uires. τὸ χωλὸν hic est membrum corporis, ubi nerui aliquid de uigore suo perdidere. Talia membra, si iter fiat per loca inaequalia, facile loco suo excidunt, siue luxantur, quod hic est ἐκτρέπεσθαι. Sanantur autem interdum talia membra ambulatione comoda, per quam calor neruis redit. Sic remouere debebant Hebraei omnia, quibus alii ad defectionem a religione induci potuissent.

14. εἰρήνην — κίριον) Ἐιρήνη, *concordia*, animus erga omnes beneuolens. Concordia multum ualet ad constantiam in aduersis. Vbi enim, qui in eodem coetu sunt, incipiunt discordes esse, ad alium coetum facile transeunt. Ἀγιασμός, *uitae integritas*, complexus omnium uirtutum. *Videre Deum* notat salutem consequi, et uitam aeternam, Matth. V, 8. Vel κύριος est *Christus*. Christum autem uidere, praesupponit, eo uenire, ubi Christus est, nempe in coelum summum, 1 Io. III, 2.

15. ἐπισκοπεῦντες — τῷ Θεῷ) Supple ἡ. *Attendite, ne quis amittat beneficium diuinum.* Beneficium autem est Christianismus. Ergo sensus est: Spectetis, ne quis a religione christiana deficiat. Ἐπισκοπεῖν, i. e. ἐπισκέπτεσθαι, *attendere, diligenter uisere*, ut medici aegrotos solent. μὴ τις — πολλοὶ) i. e. *ne homo malignus insurgens, malo suo exemplo alios corrumpat, et multi per eum inficiantur.* E Deut. XXIX, 18. sed sensu potius expresso, quam seruatis uerbis. Ρίζα πικρίας, *radix mala,*

mala, hic est homo *malus*, ut 1 Macc. I, 10. *Antiochus Epiphanes* uocatur ῥίζα ἀμαρτωλός. Mos est Hebraeis, omne uenenum uocare *amarum*. Pro ἐν χολῇ, quod est cit. Deut. loco, hic legitur ἐνοχλῇ, quod commodum sensum habet; nam ἐνοχλεῖν est *obturbare, molestia afficere*. Hippocrati illa medicamenta ἐνοχλείοντα audiunt, quae sumta, *turbas intro excitant*, et uentrem soluunt. Μιαινεῖν, *inficere*.

16. μή τις — πρωτοτόκια αὐτῆ) Notanda est dis-iunctiua ἢ, ne quis putet Esauum uocari πόρνον. Nam quod nonnulli arbitrantur, Paulum de impudicitia ac πορνείᾳ Esauī, uel ex quodam auctore sacro, uel apocrypho, aut certe per traditionem accepisse, omni fundamento caret. Βέβηλος, qui nihili facit *promissiones diuinas*.

17. ἴσε γὰρ — ἐκζητήσας αὐτήν) Κληρονομήσαι, *obtinere*. Ἐυλογία, benedictio paterna; appreciationes bonorum praesertim terrae Cananaeae. Μετάνοια, *retractatio*, mutatio sententiae atque appreciationum Isaaci, cui Esauus persuadere uoluit, ut reuocaret benedictionem, Iacobo datam. Ἀποδοκιμάζεσθαι est, *non obtinere quod uolumus*. Αὐτήν, siue ad μετάνοιαν, siue ad εὐλογίαν referas, perinde est.

18. ἵ γὰρ — θυέλλη) Adhortatur Paulus Hebraeos ad sanctimoniam, arcessens argumentum a figura legis ueteris, quae, ut olim dabatur, populum requirebat *purum et castum*. Multo magis nos sub Euangelio oportet esse sanctos. Quanto enim doctrina euangelica cum suis promissis

fis praestat legi Mosis, tanto damnabilior est eius contemtus. Quod ut ostendat, modum primo enarrat datae ac promulgatae Legis; postea, ut affectus fuit quum populus, tum Moses. Ὁυ γὰρ προσεληλύθατε — πυρὶ, *non accessistis ad montem igne tactum et adustum.* Sic saepe Latini dicunt: *fulmine tactum.* Non enim ψηλαφᾶν de rebus tantum dicitur, quae *manibus palpantur*, sed et de iis, quae quocunque modo *attinguntur.* Quod mons Sinai inter fulmina et tonitrua igne tactus, ardensque fuerit, vid. Exod. XIX, 16. 18. Deut. IV, 11. 15. γνόφος est *caligo* coelo nubibus obuoluto exorta, et *nubes ipsa.* Hinc LXX. uocem יָדַי per γνόφον transferunt, Deut. IV, 11. Ad augendam autem spissae nubis densitatem additur καὶ σκότος, pro σκοτεινὸς γνόφος, seu σκότος γνοφώδες. Θυέλλα, *turba, procella.* Cf. Exod. XIX. XX.

19. καὶ σάλπιγγος — ῥημάτων) Exod. XIX, 16. φωνὴ ῥημάτων, *tonitru, quo praecepta promulgata fuerunt.* ῥήματα, *praecepta decem;* φωνή, ἡρ saepe est *tonitru.* ἡς — λόγου) Ἔης, sc. φωνῆς. Orabant, ne Deus ultra uerbum adderet, i. e. ne posthac eos tam terribili sono alloqueretur, Exod. XX, 19. Deut. V, 25. 26. 27. Verbum παραιτεῖσθαι Attice interdum notat αἰτεῖσθαι, παρακαλεῖν, *precari.* Sensus horum commatum est: *non accessistis ad religionem terrore plenam.*

20. ἐκ ἔφερον — κατατοξευθήσεται) Verba ἢ βολίδε κατατοξευθήσεται recte omittuntur; desunt enim in optimis Codicibus, Versionibus et Patribus. *Non poterant ferre illud seuerum edictum de non tangendo monte,*

monte, quod continetur Exod. XIX, 12. 13. Ingens sane metus causâ ex tanta feueritate, quae nec bestiis parceret.

21. καὶ — ἔντρομος) Καὶ, pro ἀλλὰ καὶ, ipse adeo Moses, quamuis quotidie cum Deo uersabatur, et identidem uidebat eius gloriam ac maiestatem, tremebat tamen hac uice, atque extimescebat. Verba ἔτω φοβερόν ἦν τὸ φανταζόμενον, parenthesi sunt includenda. Τὸ φανταζόμενον, uisum, species. Τὸ εἶπε sumitur, uel ut Hebraeis מֵן, de animi cogitationibus, uel de ipsâ actione: tremebat totus et horrebat. Alii existimant Paulum haec uerba petiisse ex Deut. IX, 19. alii ex Exod. XIX, 19.

22. ἀλλὰ — ἀγγέλων) Προσεληλύθατε Σιών ὄρει, uenietis in eam regionem, cuius imago fuit mons Sion, et spe iam ad eam accessistis; animo iam praesentem habetis. Describitur ciuitas illa supercoelestis, domicilium angelorum et beatorum hominum, sedes maiestatis diuinae, imagine desumpta ab Hierosolymis terrestribus. In monte Sione Dauid Rex sedem regiam habebat; in ciuitate illa coelesti Iesus Christus. Hierosolyma uocata sunt ἱερὸπολις, coelum potiori iure uocatur πόλις Θεῶ ζώντος. Καὶ μυριάσιν ἀγγέλων. Sic enim recte interpungitur, et πανηγύρει iungitur cum uocibus καὶ ἐκκλησίᾳ, ut bene Carpzouius monet. Μυριάδα apud Iudaeos pro maximo siue indefinito numero accipi, constat.

23. πανηγύρει — ἀπογεγραμμένων) Πανήγυρις saepe est conuentus populi Israëlitici ad Deum laudandum,
Hos.

Hos. II, 11. ἡγῶν, festum; h. 1. autem in uniuersum conuentus. Hesychius: πανήγυρις, ἑορτή. Ἐκκλησία, ἡγῶν, conuentus. Πρωτοτόκοι, *electi*, celsissimae dignitatis homines; regni coelestis ciues; Deo cari; nam primogeniti parentibus suis prae aliis cari esse solent. Ἐν ἔρανοῖς ἀπογεγραμμένοι, scripti in albo coelesti: nam ἀπογράφεσθαι est uox censualis, ut uideamus Luc. II, 1. καὶ κριτῆ — τετελειωμένον) Κριτῆ Θεῷ πάντων, *ubi ipse summus Deus est iudex*, et summus quasi magistratus. Καὶ πνεύμασι δικαίων τετελειωμένων, *ubi Spiritus iustorum perfectorum*, uel eorum, qui nunc beatam uitam agunt. Spiritus, nempe a corpore separati. Τελειῶσθαι, quum de proemiis agitur, significat statum optimum, ad quem Spiritus a corpore separati peruenire possunt.

24. καὶ αἵματι — τὸν Ἄβελ) Αἷμα βαντισμῶ, *sanguis iustralis*, qui corda quasi aspergit, et a peccatis liberat. Sensus est: Participes facti estis beneficiorum, quae ex morte Christi ad uos redundant. Pro κρείττονα multi Codices et Patres habent κρεῖττον, et pro παρὰ τὸν Ἄβελ legunt παρὰ τὸ Ἄβελ, sc. αἷμα τῷ Ἄβελ, sensu quidem eodem. Κρείττονα, *meliora, acceptiora*. Sanguis enim Abel λαλεῖ, *loquitur* uindictam; at ille Iesu Christi, remissionem peccatorum. Cf. supra c. XI, 4. Christus intercedit pro nobis, i. e. seruat nos in perpetuum.

25. βλέπετε — λαλῶντα) *Cauete, ne repudietis eum, qui nobis uoluntatem suam reuelauit*. Παραίτησιν est *auerfari, repudiare, recusare, obsequium denegare*. Λα-

λῶντα,

λεῦντα, pro λαλήσαντα, frequenti locutione, Deum nempe, qui per filium nobis uoluntatem suam reuelauit, c. I, 1. εἰ γὰρ ἐκεῖνοι — ἀποσρεφόμενοι) Οἱ ἐκεῖνοι παραιτησάμενοι sunt Israëlitae, tum ad Horebum congregati, tum generatim, quorum σκληροκαρδία et ἀπιστία in Pentateucho describitur. Τὸν ἐπὶ τῆς γῆς χρηματίζοντα, i. e. χρηματίσαντα, iterum intellige *Deum*. Τὸν enim, quod hic ponitur, et quod sequetur, non distinguit eum, cui parendum est, sed modum, quo is se reuelauit. Sic saepe de uno, diuersis modis considerato, tanquam de duobus loquimur. Ἐπὶ τῆς γῆς, nempe de monte Sinai, per Mo- sen. Πολλῶ μᾶλλον ἡμεῖς, sc. ἔκ ἐκφρευξόμεθα. Τὸν ἀπ' ἔρανῶ, nempe χρηματίζοντα, pro χρηματίσαντα. Dicitur autem Christus de coelo loqui, quoniam in coelo — ad dextram Dei sedens in omni terrarum orbe propagat per doctores suum Euangelium. Ἀποσρέφομαι, auer- sor, fastidio, abominor.

26. εἰ ἢ φωνῇ — τότε) Intelligitur φωνῇ ῥημάτων de monte Sinai, qua montem terramque circum sitam quas- satam fuisse et commotam, patet ex Exod. XIX, 18. εἰ, sc. eius, qui nunc de coelo loquitur. Dicta enim de Deo saepissime in N. T. de Messia explicantur. νῦν δὲ — ἔρανῶν) Illud νῦν absolute sumendum, quod attinet ad prae- sentia tempora. Ἐπήγγελται, λέγων, promisit de no- stris temporibus, apud Haggaeum c. II. 6. Magnas, in- quit, antehac feci mutationes; sed restat longe maior. Illa uerba: commouebo coelum, terram, maria, omnes- que nationes, indicant: efficiam maximam orbis terrarum conuersionem et reuolutionem, sic ut omnes nationes ad Messiam ueniant.

27. τὸ δὲ — μὴ σαλευόμενα) Ἔτι ἄπαξ dicere sole-
mus, quum magnum aliquid et antehac inauditum moli-
mur. Δηλοῦ τῶν σαλευομένων τὴν μετάθεσιν, in-
dicat mutationem eorum quae commouentur; ὡς πεποιθ-
μένων, ἵνα μείνη τὰ μὴ σαλευόμενα, quippe *absum-*
torum, ut maneant quae non concutiantur. Manebit ergo
ille nouus status, post illam conuersionem effectus. Oe-
conomia Messiana, quae successit oeconomiae Iudaicae,
manebit ad finem mundi.

28. διὸ βασιλείαν — εὐλαβείας) Παραλαμβάνοντες
pro fut. παραληφόμενοι. Phrasin παραλαμβάνειν βασι-
λείαν profani etiam Scriptores de iis adhibent, qui reges
fiunt; hic uero de aeterna Christianorum felicitate intel-
ligitur, uel etiam de regno Messiae, quod durabit ad finem
mundi. Χάριν ἔχειν, *gratias agere*, ut Luc. XVII, 9.
I Tim. I, 12. Δι' ἧς, sc. Χάριτος. Αἰδῶς hic reueren-
tiam Dei significat; sic enim αἰδεῖσθαι sumunt Graeci.
Εὐλάβεια uero insuper denotat poenae metum, ut osten-
dunt sequentia.

29. καὶ γὰρ — καταναλίσκον) Ex Deut. IV, 24. Sen-
sus est: Deum non minus grauiter Christianis peccantibus
irasci, quam olim Israëlitis iratus fuit peccantibus, facilli-
mumque ei esse, non minus, quam igni flagrantissimo, eos,
quos arripuit, pessime perdere.

Caput XIII.

1. Η φιλαδελφία μενέτω) *Nolite desinere uos mutuo amare.*
Rom. XII, 10. φιλαδελφία, amor erga Christianos, qui
fratres et sorores se inuicem nominabant.

2. τῆς φιλοξενίας — ἀγγέλιος) Respiciuntur historiae Gen. XVIII. et XIX. et refertur hoc, ut appareat, quanta sint apud Deum praemia τῆς φιλοξενίας. Locutio ἔλαθον ξενίσαντες, sc. ἑαυτὸς, bene graeca est, et apud optimos Scriptores reperitur. *Exceperunt inscii.*

3. μιμνήσκεσθε — σώματι) Ὡς συνδεδεμένοι, quasi ipsi eadem mala sentiretis. Ἔιναι ἐν σώματι, pro ἀνθρώπων εἶναι ac ζῆν. Porphyr. de abst. 38. τὸ δεῖν ἦν, ἐν σώματι εἶναι;

4. τίμιος — ὁ Θεός) Ὁ γάμος, *nuptiae, coniugium.* Τίμιος, sc. ἕως. Ab omnibus coniugio suus feruetur honos; nam ne Deo quidem thorus displicet. Ἀμίαντον, quod inquinari scortatione et adulterio non debet. Κρινεῖ, *puniet.* Non adulteros tantum, qui si deprehendantur, etiam humanis legibus puniri solent, puniet Deus, sed et πόρνος, i. e. uenere utentes extra coniugium. Recte Dei iudicio referuat illa flagitia, quae solent aliis hominibus esse abscondita.

5. ἀφιλάργυρος — παρῆσιν) Ὁ τρόπος, pro quo οἱ τρόποι frequens Philoni est, *mores.* Platoni inprimis usitatum τρόπος δίκαιος, τρόπος χρησῆς. *Studia, cogitationes uestrae absint a pecuniae cupiditate.* Ἀρκέμενοι τοῖς παρῆσιν, sc. ἤτε. Τὰ παρῆσιν, facultates, quae ad uitae usum, utut paruae, praesto sunt. Natura paucis contenta. αὐτὸς γὰρ — ἐγκαταλίπω) Ἄυτὸς, *Deus* nempe. Verba desumpta sunt ex Ios, I, 5. Similia leguntur Deut.

XXXI, 6. 1 Paralip. XXVIII, 20. *Ego certissime te non desero. Ego certissime te non relinquo.*

6. ὡσε — ἄνθρωπος) Θαββέντας, **וְיָחִיב**, *cum fiducia in Deum.* Verba sequentia e Psalmo CXVIII, 6. desumpta. Ἄνθρωπος, i. e. ἀνθρώπων τις. Bene autem aptat hoc Apostolus Hebraeis illis Christianis, qui ob religionem saepe ab improbis exuebantur suis facultatibus.

7. μνημονεύετε τῶν ἠγεμένων ὑμῶν) ἠγέμενοι generatim sunt, qui aliis praeunt, imprimis reges ac duces. Sic Philo ἠγεμόνα opponit τοῖς ὑπηκόοις, de Legat. ad Caium p. 1032. D, de charit p. 699. A. Postea ita nominantur *Doctores, Sacerdotes, Diaconi.* Luc. XXII, 26. Act. XV, 22. Loquitur autem de iis, qui iam obierant, ut ostendunt sequentia. ὧν ἀναθεωροῦντες — τὴν πίσω) *Quorum exitum uitae contemplantes, imitamini fidem eorum.* Ἡ ἔκβασις τῆς ἀναστροφῆς, *exitus uitae.* Ἀνάστροφῆ, *uita*, uiuendi ratio ac modus. *Fidem eorum imitari*, est fiduciam eorum imitari, quam usque ad finem uitae in Deo posuerunt.

8. Ἰησοῦς — αἰῶνας) *Qualis olim erat Iesus Christus, talis et nunc est, et erit semper.* Sibi semper est similis. Sicut illos, doctores uestros ad mortem usque Spiritu suo fulsit, sic et uos fulciet, si faciatis, quod uestrum est. Χθές praeteritum, σήμερον praesens tempus significat.

9. διδαχῆς — παραφέρεσθε) Sic enim legendum pro eo quod alii habent περιφέρεσθε. Παραφέρεσθαι, *abripi,*

abripi, abduci. Doctrinae peregrinae sunt falsae, quae non sunt partes religionis christianae. καλὸν — περιπατήσαντες) Melius enim est, doctrina Evangelica recreare animum, quam cibus, (epulis sacris,) quibus nihil profecerunt huic cultui dediti. Βεβαιῶσθαι τὴν καρδίαν, לב יצו, cor fulcire, i. e. se recreare, Gen. XVIII, 5. Χάρις, doctrina euangelica. Βρώματα, hic refertur ad epulas sacras cum sacrificiis eucharisticis coniunctas. Περιπατεῖν, לכהלה, hic de Sacris peragendis intelligendum. Potest etiam locus explicari sic: Nolite ergo uos per uarias doctrinas et peregrinas abduci a uero; (praeclarum enim est mentem firmari beneficio diuino,) non per ciborum discrimina; qui enim his rebus uitam impendunt, nullum inde ceperunt fructum. Ambulare in cibus est, uitam sic instituere, ut discrimen cibi et potus ex lege Leuitica obserues. Ponitur autem species pro genere, ut sensus sit: nolite per obseruationem legis ritualis abduci a uero.

ΙΟ. ἔχομεν — λατρεύοντες) Θυσιασθίου, altare, metonymice interpretantur nonnulli de Christo, alii de mensa Eucharistiae sacrae, alii de doctrina Evangelica, de cultu diuino alii. Videtur intelligi uictima, quae est Christus. Is enim factus est uictima pro peccatis nostris. Sacerdotes et Leuitae salarii partem habebant hanc, ut carnes uictimae residuas comederent. Sed habent uicissim Christiani suam uictimam, ἐξ ἧ φαγεῖν ἔκ ἔχουσιν ἐξουσίαν, οἱ τῇ σκηνῇ λατρεύοντες, Iudaeorum ritibus adhaerentes. Τῇ σκηνῇ λατρεύειν, cultui Iudaeorum, qui in tabernaculo peragebatur, addictum esse, uel potius ministrare ad altare.

II. 12. ὧν γὰρ — ἔπαθον) His uerbis rationem reddere uidetur Paulus, cur illis, qui Iudaicis ritibus addicti sunt, non liceat frui illa uictima, quam Christiani habent. Est, autem totus locus Allegoricus. Singula sibi uerba opponuntur his uersibus: αἷμα ζώων, et αἷμα ἰδίου χριστοῦ. Ἀρχιερεὺς V. T. et Iesus, ἀρχιερεὺς μέγας τῆς ὁμολογίας. Κατακάειν et πάσχειν. ἔξω τῆς παρεμβολῆς, et ἔξω τῆς πύλης. Vt in sacrificiis περὶ ἁμαρτίας comburebantur uictimae ἔξω τῆς παρεμβολῆς, sic Christus affixus est cruci ἔξω τῆς πύλης, more consueto.

13. τοῖνυν — φέροντες) i. e. Patienter toleremus, si Iudaei ob Christi religionem nos eiiciunt, et uariis modis uexant, libenter ferentes has contumelias, quas ad ipse exemplum ferimus.

14. εἰ γὰρ — ἐπιζητήμεν) [Moriendum est omnibus. Tendamus ergo ad Iesum. Alludit ad Abrahami exemplum, c. XI, 8 — 16. patria exeuntis, et expectantis πόλιν μέλλουσαν, i. e. coelestem.

15. δι' αὐτοῦ — ὀνόματι αὐτοῦ) Δι' αὐτοῦ, per eum, sc. Christum, uel propter eum, cui haec omnia debemus. Θυσία αἰνέσεως, hebr. הוֹרֵה נֹכַח, Leuit. VII, 12. Philo de uictimis p. 842. D. seq. disertè declarat, quid sit Θυσία αἰνέσεως, addens, nomen αἰνέσεως indicare ὕμνος, εὐδαιμονισμὸς, θυσίας καὶ ἄλλας εὐχαριστίας πρὸς τὸν τὰ ἀγαθὰ δωρέμενον. Καρπὸν χειλέων, ex Graeco Hos. XIV, 2. ubi Interpretes פִּרְיָהּ sumfere a פִּי non a פֶּה, inueniens. Fruētus labiorum est, quicquid ore labisque profer-

profertur. Ὁμολογεῖν idem est ac αἰνεῖν, laudare ac celebrare, nam hebr. הודו transfertur per ἔξομολογεῖν et per αἰνεῖν, item הרה per ἔξομολόγησιν, et αἴνεσιν,

16. τῆς δὲ — ὁ Θεός) Ἐυποιῖα,] *beneficentia*. Κοινωνία proprie *communio*, et per metonymiam causae efficientis pro effectu *elemosyna*. Τοιαύταις γὰρ θυσίαις εὐαρεσέται Θεός, eiusmodi enim victimis delectatur Deus. Graecorum enim mos est, passiva formare et cum Nominatio construere, non minus ab Actiuis Dativum, quam Accusativum regentibus.

17. κείθεθε — ἀποδώσαντες) Verba κείθεθε καὶ ὑπέκειν τινι ut Theophylactus et Oecumenius uolunt, significant *parere* et *concedere* sc. honorem alicui. Verba αὐτοὶ γὰρ ἀγρυπνεῖσιν — ἀποδώσαντες per parenthesis sunt legenda; nam quae sequuntur, directe cum antecedentibus cohaerent. *Nocte dieque solliciti sunt uestri causa, ut qui Deo rationem reddere debeant, si quid uos per ipsorum negligentiam peccetis.* Ἀποδιδόναι λόγον significat aut *praemium* referre, aut *poenam*, prout quis se gesserit. Ἴνα τῆτο ποιῶσι, ut munere sat graui fungantur. Μετὰ χαρᾶς, i. e. cum *alacritate*, quae ex gaudio oritur. Per similem metonymiam στενάξειν significat *dolorem*, qui per gemitum indicari solet. Ἀλυσιτελές per λιτότητα dicitur *noxium*. (Cicero de off. III, 21. nihil inutilius ei, qui id iniuste consecutus fit, inuenio, i. e. nihil magis noxium.) Neque enim tam bene obeunt munus suum, qui moesto, ut qui laeto sunt

animo. Et si illi rationem suae negligentiae debent Deo, etiam uos ingrati in ipsos animi.

18. *πεποιθασμεν* — *ἀνασρέφουσθαι*) Ἐν πᾶσι, nempe *πράγμασι*, quomodo interpretatur Syrus. Merentur aliorum precibus adiuuari, qui nihil non faciunt, ut aliis profint.

19. *περισσότερος* — *ὑμῖν*) *Περισσοτέρως*, *praecipue*, *inprimis*. Sperat, si ocius eis restitueretur, fore, ut infirmiores coram edoceri possint, reliqui autem disertius erudiri et confirmari. Ceterum ex his uerbis neququam sequitur, in uinculis haec scripta esse. Liberatus potius e carcere, saltem Timotheum expectat itineris comitem, u. 23.

20. Ὁ δὲ Θεὸς — Ἰησοῦν) Ὁ Θεὸς τῆς εἰρήνης, *Deus, omnis felicitatis auctor*. Τὸν ποιμένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν, i. e. *supremum omnium Christianorum dominum*. Homerus *reges*, nominatim Agamemnonem uocat *ποιμένα λαῶν*, et in Sacris litteris ipse Deus uocatur *pastor*, Pf. XXIII, 1. Ἐν αἵματι διαθήκης αἰωνίης, refer ad τὸν ποιμένα τῶν προβάτων τὸν μέγαν, qui praefectus est ecclesiae tanquam caput, *propterea quod sanguine fuso religionem perpetuo duraturam sanciuit*.

21. *καταρτίσαι* — *ἐνώπιον αὐτῆς*) *Καταρτίζειν*, proprie *ἄρτιον ποιεῖν*, *perficere*, ad maiorem perfectionem adducere. Ἐν παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ, *ad omnia opera bona*; ἐν pro ad, quomodo Ὡ Hebraeum sumitur. *Ποιῶν* construitur cum *καταρτίσαι*. Operatur autem Deus in nobis, tum notitiam nobis dando promissionum suarum, tum spiritu nos excitando et roborando.

22. ἀνέχεσθε — παρακλήσεως) Boni consulite monita, quae huic epistolae adiecti. Λόγον τῆς παρακλήσεως totam hanc epistolam nominat. Ἀνέχειν h. l. est *boni consulere*. καὶ γὰρ — ὑμῶν) Διὰ βραχείων, σεβημάτων. Larga se dabat materia; sed ego, quo minus grauis uobis essem, quae multis dici poterant, in pauca contraxi. Ἐπιτέλλειν interdum est *scribere simpliciter*.

23. γινώσκετε — ἀπολευμένον) Ἀπολευμένον, e uinculis in libertatem prodiisse. Aliis ἀπολύεσθαι h. l. uidetur significare *proficisci*. Γινώσκετε hic est Imperatiuus.

24. Οἱ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας) *Italici*. Sic apud Philonem legat. ad Caium οἱ ἀπὸ Ῥώμης sunt *Romani*; οἱ ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρείας, *Alexandrini*. Erant non Romae tantum, sed et per omnem Italiam multi iam Christiani.





SCHOLIA

IN

EPISTOLAM IACOBI.



Omnes Apostolorum epistolae, *Iacobi* nimirum, *Petri*, *Ioannis* et *Iudae*, exceptis Paulinis, appellantur *catholicae*. Vnde acceperint hoc nomen, disputarunt docti, et disputant. Non improbabilis est S. Ven. *Noesselti* sententia, (in coniecturis ad historiam catholicae *Iacobi* epistolae,) principio hoc nomen proprium fuisse primae *Petri* et *Ioannis* epistolae, quo distinguerentur a ceteris eorundem scriptorum epistolis, quae incertae fidei essent; post uero, quum *Iacobi* etiam et *Iudae* epistolae in plurimis ecclesiis publica lectione fuissent probatae, translatum esse nomen ad uniuersas, quas discernere a Pauli epistolis uellent Scriptores ueteres. Ita epistola *catholica* esset *legitima*, *omniumque consensu probata*. Sed ex usu uocis καθολικὸν potior mihi eorum sententia esse uideatur, qui existimant, *catholicas* appellari has epistolas, quia non essent scriptae ad singulas ecclesias, quemadmodum Paulinae epistolae, sed ad Christianos omnes, inprimis uero ad Christianos ex Iudaeis per orbem terrarum dispersos. *Leontius* de sectis : καθολικὰ δὲ ἐκλήθησαν, ἐπειδὴν εἰ πρὸς ἐν ἑθνος ἐγράφησαν, ὡς αἱ τῷ Πάυλῳ, ἀλλὰ καθόλου πρὸς πάντα.

πάντα. Nec obstat, quod secunda et tertia Ioannis epistola singulis personis inscriptae sint; qui enim Epistolis illis Apostolicis nomen *catholicarum* primi imposuerunt, illi secundam et tertiam Ioannis non recepisse uidentur. Huiusmodi epistolae, ad Christianos in uariis regionibus degentes scriptae uocabantur olim ἐγκύκλιοι, *encyclicae*, quia traditae ciuitati cuiusdam ab ea exscribebantur et ad alias mittebantur, intra certum κύκλον, *circulum*. Cf. b. *Zachariae* Introd. in Paraphr. epistolar. cathol. et S. V. *Semleri* Prolegom. in Paraphr. Epistolae Iacobi.

Quaeritur, quisnam huius epistolae, quae *Iacobo* tribuitur, auctor sit habendus? Duo commemorantur huius nominis *Apostoli*, unus, *Zebedaei* filius, Ioannis frater, (Matth. X, 2.) qui circa decimum post Christi ascensionem annum interemtus est, Act. XII, 2. alter, Iacobus *minor*, Alphaei et Mariae filius, (Matth. X, 3.) Fit etiam mentio Iacobi cuiusdam, qui uocatur *frater Iesu Christi*, (Matth. XXIII, 55.) omnino diuersus ab Alphaei filio. Obstant enim profecto graues rationes, quo minus fratres Domini, Matth. XIII, 55. Marc. VI, 3. enumeratos, in Apostolis habeamus; ab his enim non uno loco, maxime Act. I, 13. seq. Io. VII, 5. discernuntur. Vide S. V. *Herderi* *Briefe zweener Brüder Iesu in unserm Kanon*, p. 3 - 6. Alphaei filium idem Vir doctissimus contendit ex Alphaeo et Maria, matris Iesu sorore, eum uero, qui frater Domini appellatur, a Iosepho et Maria, parentibus Iesu ipsis genitum esse.

Quinam uero ex his tribus Iacobis pro auctore huius epistolae sit habendus, difficilis est quaestio. *Zebedaei*

filium, Ioannis fratrem non esse auctorem, in eo plurimi homines docti hodie consentiunt. Is enim circa a. 43. uel 44. Herode Agrippa regnante, religionis christianae causa interemptus est, Act. XII, 2. quo tempore religio christiana Palaestinae fines nondum excefferat. Epistolam nostram autem scriptam esse Christianis extra Palaestinam uiuentibus, ex c. I, 1. luculenter apparet. Alii et ueteres et recentiores *Iacobum*, *Alphaei* filium epistolae nostrae auctorem esse existimant, quem Domino ab alio latere cognatum, eamque ob causam ἀδελφὸς τοῦ κυρίου appellatum esse censent. Hic Iacobus, si ueterum narrationi apud *Eusebium* (Hist. eccles. L. II, c. 23.) credimus, ob singularem uirtutem Δικαιός dictus, per triginta annorum feriem ecclesiae Hierosolymitanae praefuit, Pauli etiam consuetudine usus, (Act. XXI, 18.) non multo ante bellum Iudaicum occisus est. *Herdero* uero, cui adstipulatur cl. *Dau. Iulius Pott* (in Prolegom. in epistolas catholicas) germanus Iesu frater, diuersus ab Alphaei filio epistolam hanc scripsisse uidetur. Argumenta pro singulis his sententiis examinare non est huius loci. Vid. Illustr. *Michaelis* Introduct. in Libros N. F. §. 199. 200.

Ad quos haec epistola scripta fuerit, patet ex c. I, 1. Ad tempus, quod attinet, nihil explorati proferri potest, nisi scriptam eam oportere fuisse, (ut ex l. c. patet,) postquam religio iam extra Palaestinam in aliis regionibus propagata fuerat. Perspicuum est Scriptoris consilium, quod eo spectat, ut confirmarentur Christiani in fide aduersus persecutiones, quas patiebantur grauissimas. Arhortatur enim Christianos ad constantiam, patien-

patientiam, puritatem, caritatem, ceterasque omnes uirtutes.

De auctoritate canonica huius Epistolae multi dubitarunt. *Eusebius* H. E. Lib. II, 23. in fine: Ἰακώβου δέ, ὡς νοθεύεται μὲν, (nempe Iacobi Epistola,) ἔ πολλοὶ γὰρ τῶν παλαιῶν αὐτῆς ἐμνημόνευσαν. Idem Lib. III, c. 25. inter Scripta N. T. ἀντιλεγόμενα refert hanc Epistolam, inquit: τῶν δ' ἀντιλεγομένων, γυναικῶν δ' ἐν ὅμοις τοῖς πολλοῖς, ἢ λεγομένη Ἰακώβου φέρεται. *Lutherus* hanc Iacobi epistolam uere stramineam esse, neque arguere indolem euangelicam, dicere ausus est. Eum plane secuti sunt *A. Althamerus*, et *Centuriatores Magdeburgenses*. *Lutherus* inter alia: Meam sententiam nemini obtrudam; tantum dicam, me Epistolam Iacobi non existimare esse Scriptum Apostolicum, ob hanc rationem, primo quia directe contra Paulum et omnem Scripturam operibus iustificationem tribuit; denique Iacobus iste ita confundit omnia ac permiscet, ut mihi uir bonus aliquis ac simplex fuisse uideatur, qui arreptis quibusdam dictis Discipulorum Apostolicorum ea in chartam coniecerit etc. Haec uerba sunt *Lutheri*, non *Wetstenii*, ut falso existimat *Cl. Pott* in Prolegom. modo laudatis. Is enim (*Wetstenius*) hoc *Lutheri* aliorumque de hac epistola iudicium iniustum falsumque esse, recte pronunciat. Si enim (inquit) Iacobus Paulo contradiceret, utique non Iacobus, qui id aperte docet, quod lex naturae, quod Scriptura ubique, quod Paulus alibi inculcat, sed illae Pauli epistolae, in quibus dogma a reliquis diuisum contineretur, fuissent obiciendae. At, si rem recte consideremus, nulla inter Iacobum

et

et Paulum est pugna; quum Iacobus loquatur de lege naturae et de lege Christi, Paulus uero de lege et Oeconomia Mosis. Haec *Wetstenius*. Ab *Eusebio* ἀντιλεγόμενοις annumeratam esse hanc epistolam modo diximus. Quum autem a Clemente Al. Origene, aliisque Veterum citetur tanquam Epistola Apostolica, et Syrus interpres eam transtulerit, de eius auctoritate non dubitandum esse uidetur. Cf. Ill. *Michaelis*, et b. *Zachariae* l. c.

Caput I.

1. (Θεῶ καὶ — χάρειν) Θεῶ καὶ κυρίῳ I. X. δῆλος, i. e. *Apostolus*, qui Deo et Domino Iesu Christo inferuit in praedicando Euangelio. Ταῖς δώδεκα φυλατῖς sic dicitur, quomodo τὸ δωδεκάφυλον, Aetor. XXVI, 7. et intelliguntur gente Israëlitae. *Christianos* ex Iudaeis significare, ex c. II, 1. perspicuum est. Quum autem *exgentiles* etiam Christiani ad populum Dei uerum, uel Israëlitae pertineant, (Aet. XV, 13. 14. 17.) epistola haec ad illarum regionum christianos uniuerse scripta esse uidetur. Vid. Ven. D. *Gottlob Christiani Storr*, Theologi Tubingensis *diff. exegetica in epistolam Iacobi* solide scripta. Ἐν τῇ διασπορᾷ sc. ἔσι, *dispersis*. Vide annotata ad Io. VII, 35. Cf. 1 Petr. I, 1. χάρειν, sc. λέγει, *Salutem dicit*. Mos salutandi, Aet. XV, 23. XXIII, 26. 2 Ioan. com. 11.

2. πᾶσαν χαρὰν — ποικίλοις) Πᾶσαν χαρὰν, *summum gaudium*, i. e. rem uel materiam summi gaudii. Nam et causa pro effectu nominari solet, et πᾶσα dici pro

pro eo, quod summum est, ut 1 Tim. I, 15. Phil. II, 29. Luc. II, 10. Cicero XII, 13. ad Atticum, de Bruti litteris quibusdam: *Multas mihi lacrymas attulerunt*, i. e. multarum lacrymarum materiam. *Voσ περιπίπτειν* apud Graecos discrimina et difficultates notat, ut *εὐμφοραῖς περιπίπτειν* apud Isocratem et Plutarchum; *περιπεσεῖν πόνοις, πονηροῖς ἀνθρώποις*, apud Artemidorum.

3. *γινώσκοντες — ὑπομονήν*) *memores, fidem uestram calamitatibus exploratam effici constantiorem.* Coniunge: τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως, *explorata fides uestra*, i. e. quando fides uestra exploratur, nempe calamitatibus. Sicuti auri experimentum (*δοκίμιον*) ignis est, ita christianam fidem explorat, quicquid ei materiam praebet ad experimenta sui danda; quo pertinent calamitates. Fides autem sic explorata efficit *constantiam*, *ὑπομονήν*. Si enim periculum prospere cedat, vires ad bonum ipso usu augentur et confirmantur. Vitio tamen hominum saepe accidit, ut res aduersae exitum habeant perniciosum. Vide infra u. 15.

4. *ἢ δὲ ὑπομονή — ἐχέτω*) *Perduret autem constantia ad finem usque.* Ἔργον τέλειον, *opus perfectum, ἀποτέλεσμα.* Videtur alludere Iacobus ad cursores in stadio, qui, ut uincerent, conficere cursum, et brabei consequendi desiderio omnem certaminis laborem laeti et alacres perferre debebant. Ita etiam Christiani opus suum consummare, et ad finem perseuerare debent in fide 2 Tim. IV, 7. *ἵνα ᾗτε — λειπόμενοι*) *Construe: ἵνα εἴμηδεν λειπόμενοι, ᾗτε τέλειοι καὶ ἀλόκληροι, i. e.*
ut

ut perfectæ tales fitis, quales Christiani esse debent. Vocabulum λέιπεσθαι e ueterum certaminibus ductum esse, *Krebsius* obseruauit. Sed et τέλειοι dicebantur, qui superiores e certamine discedebant; (Philip. III, 12.) Huic uerbo δλόκληροι additur, quo perfectior uictoria significetur. Christiani igitur debent opus suum ita consummare, ut praemium propositum unice intueantur, et eius cupiditate incensi ipsa etiam uirtutis tentamina pro laetabilibus putent. Ἐν μηδενί, sc. πράγματι, s. χαρίσματι. Vox una Ω modo per τέλειου, modo per δλόκληρον uertitur. Possunt alioqui haec duo distingui, ut τέλειου fit, quod labe caret, et δλόκληρον, quod omnes suas partes habet. Transferuntur hae uoces a corpore ad animum.

5. εἰ δὲ — σοφίας) Si sentiat, se non fatis habere prudentiae ad diiudicandum, quid in singulis circumstantiis agendum sit. Hanc enim σοφίαν *Iacobus* h. l. intelligere uidetur. Alii σοφίαν sumunt sensu latiori de sapientia in uniuersum; alii sapientiam christianam, eamque factis conspicuam (πίσιν) intelligunt. Alii denique haec ad doctores religionis christianae pertinere putant, et σοφίαν ad eam imprimis sapientiam restringunt, qua in defendenda religione christiana coram iudiciis indigebant doctores. Matth. X, 19. 20. αἰσιτύω — ἀπλῶς) Post δίδόντος non male ex praecedentibus σοφίαν suppleas. Poteris et eam uocem absolute capere, ut Luc. XV, 16. εἰδίδε. Πᾶσιν, sc. κατὰ τὴν αὐτῆ δόσιν, dat cuique quantum ei opus est accipere, Sirac. I, 10. Ἄπλῶς, *Vulgatus*: *affluenter*, uel potius *simpliciter*, i. e. non ambitiose,

bitioſe, iactanter, aut (quod plerumque inter homines fit) in obliquum finem, ſed mero ſtudio benefaciendi, Cf. Rom. XII, 8. ἐν ἀπλότῃ μεταδιδόναι. Hoc ſenſu et Marcus Antoninus Lib. XI. dixit, ἀπλῶς προσφέρουσθαι τινί, et Plutarchus de Alex. fort. ἀπλῶς ἐπιτολήν (alterius nempe) ἀναγινώσκειν, i. e. ἀδύλως, ſine conſiliis, ſine calliditate. καὶ μὴ δυνειδίζοντος) Nempe, ut ſolent homines, benefacta ſua intempetiuis iteratiſque praedicationibus iniucunda et oneroſa efficientes. Plutarchus de amici et adulat. discrim. δυνειδιζομένη χάρις ἐπαχθῆς καὶ ἀχαρις. Alii δυνειδίξειν accipiunt pro καταισχύνειν, quod eſt expectationem fallere, Pf. CXIX, 116. precanti repulſam dare, u. 18. καὶ δοθήσεται αὐτῷ) Nimirum ſi, (quod praeeſſit,) petierit eam. Rom. X, 12. Matth. VII, 7.

6. αἰτείτω — διακρινόμενος) Ἐν πίσει, cum fiducia impetrandi. Μηδὲν διακρινόμενος, nihil addubitans aut de potentia Dei, aut de uoluntate. ὁ γὰρ διακρινόμενος — βιπιζομένῳ) Sicut marina unda a uentis impellitur, et nunc huc nunc illuc iactatur; ita ipſius animus modo ſperat, modo ſpem abiicit; nulla tranquillitate et ſalute gaudet. Ieſ. LVII, 20. In Gloſſario: κλύδων, aëſtus, gurges, unda. Ibidem ἀνεμίζω, uentilo, βιπιζώ, ſtabello:

7. 8. μὴ γὰρ οἰέσθω — ἴδοτε αὐτῶ) Hic duo uerſus uno ſpiritu ſunt legendi, ſublato puncto poſt κυρίε, et ſubſtituto commate. Senſus eſt: Talis homo, animo duplex, fluctuans in omnibus actionibus ſuis, non exiſtmet, ſe aliquid accepturum eſſe a Domino. Δαμβάνει,

h. 1. est *obtinere*. Δίψυχος, qui nec uelle nec nolle quicquam diu potest, quemque modo consilii poenitet, modo poenitentiae ipsius, ut Q. Curtius loquitur. Ὅδοι, actus, uitae actiones. Qui fide uacillat, is necesse est actiones edat uarias, atque inter se multum discrepantes.

9. καυχᾶσθω — ὑψεί αὐτῆ) *Laetetur humilis et contemptus Christianus ob multo maiorem honorem, quo apud Deum fruitur.* Ὁ ταπεινός, hic, ut alibi, est *humilis*, i. e. abiectae conditionis, ideoque iniuriis expositus, et hoc quidem loco, qui fortunarum conuersionem expertus est religionis causā. Is animum non despondeat; laetetur potius. Ἐν τῷ ὑψεί αὐτῆ, uel pro ἐν τῇ ὑψώσει αὐτῆ, nempe μέλλουσι ἔσεσθαι, in *meditatione illius temporis, quo aut in hac, aut in altera uita a Deo exaltabitur; uel in sublimitate christianae uocationis suae; ob honorem in eo positum, quod Dei filius censetur.*

10. ὁ δὲ πλέσιος — αὐτῆ) *Homo diues autem, (si ita uelit) gloriatur de uili statu suo, i. e. de suis diuitiis, quae sunt instabiles et caducae. Repete ex uersu praecedente καυχᾶσθω. Ironice haec dicta esse uidentur.* Ὁ πλέσιος, quilibet diues, qui suis opibus sibi placet. Gloriatur de suis diuitiis, et honore, quo apud homines fruitur. Non habet causam gloriandi, quia in his rebus, si absit uera pietas, potius ταπεινώσις est, quam ὑψος. Causa statim additur: ὅτι ὡς — παρελεύσεται) *Sicut enim flos perit.* Commate II. sequitur ἔτω καὶ etc. Verba ἀνέτειλε — ἀπώλετο parenthesi includenda sunt.

Παρελεύσεται, Futurum pro Praesenti, more hebraico. **חֶרְבֹּת** Hebraeis est omnis herba. **כֹּשֶׁבֶט**. Semlerus ita hoc comma circumscribit: *Sic et ille, cui suppetunt adhuc diuitiae, sibi ipse gratulari debet, quod sit hac mente, ut diuitiarum iacturam, si forte religionis caussa facienda sit, ferre et pati possit. Ea est enim sors diuitiarum, ut non sint stabiles et diuturnae etc.*

II. ἀνέτειλε — ἀπόλετο) Sunt Aoristi pro praesenti, aut quouis tempore. Praeterea est etiam Hebraismus. Sol oritur et arefacit, pro: *Sol, ubi ortus est, arefacit etc.* **Σὺν τῷ κάυσωνι** Vulgatus *cum ardore*, uertit. *Rectius* autem intelligitur *uentus urens*, folis ortum comitari solitus, Ionæ IV, 8. et Gen. XLI, 27. quem *Samum* uocant Orientales. Hieronymus in Epistola ad Laetam: *Cito flores pereunt, cito uiolas et crocum pestilens aura corrumpit*; ubi *pestilens aura* est, quae hic **δ κάυσων**. Is autem quandoque *Eurus*, saepius tamen *Auster*, uel *Notus*. Est igitur **κάυσωνος** propriam **ξηράνειν**, *arefacere*, Ezech. XVII, 10. et Hos. XIII, 15. Vid. de uento *Sam* itinerariorum scriptores, *Shaw* et *Niebuhr*. Ἡ εὐπρέπεια τῆ προσώπου αὐτῆ, *decor, pulcritudo eius*, more Hebraeorum, qui cuiusuis rei, quod in adspēctum uenit, uocant **כְּנָפ**. Hefychius: εὐπρέπεια, εὐμορφία. ἔτω καὶ — μαρνανθήσεται) Enallage futuri pro potentiali. Sic etiam diues, si diu procedit, marcescet. Pro **πορείαις** Eraῖmi **πορταῖς** legentis coniectura merito reiicitur. ε, Πορείας Iacobus uocat consilia, in quibus, tanquam in uia, diues ambulat. In his, dum diues placet sibi, et nescio, quae ingentia molitur, improuiso ut floris decor marcescit, i. e. uel

Tomus V. S pauper-

paupertate deprimi poterit, uel morte penitus e medio auferri, paucis, forte et nullis eorum, quae in animo habuerat, ad exitum perductis. Μαράινεσθαι proprie flores dicuntur; quod uerbum Iacobus, ut coeptam similitudinem continuaret, ad opulentos hic transtulit.

12. μακάριος ἀνὴρ — τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν) Μακάριος ἀνὴρ, שִׂמְחָה רַחֵם פִּי. I, I. *Felix ille.* Ὁς ὑπομένει πειρασμὸν, *qui patienter sustinet calamitates*; nam πειρασμὸς saepe denotat omnis generis calamitates, quia iis explorantur homines, quales sint. Cf. Matth. V, 10. II. Δόκιμος γενόμενος, i. e. δοκιμασθεῖς, *quum apparuerit probus*, siue constans. Τὸν σέφανον τῆς ζωῆς, *praemium uitae s. felicitatis aeternae*; nam σέφανος, *corona*, saepe ponitur pro quolibet praemio, et ζωὴ est uita s. felicitas aeterna. Homini constanti praemium felicitatis aeternae propositum est. Licet ei ipsam etiam mortem, si religionis causa obeunda sit, laetabilem habere, quum immatura uitae amissione praematura et beata resurrectione farciatur. Τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτὸν, i. e. *cultoribus suis.*

13. μηδεὶς — πειράζομαι) *Nemo qui ad peccatum sollicitatur, putet se sollicitari a Deo.* Πειράζεσθαι supra quidem u. 2. 12. ualebat *explorari*; hoc autem loco in malam partem accipitur, ut is πειράζεσθαι dicatur, qui ad peccatum (κακὰ) incitatur. Multi, ut uidetur, tum erant, qui peccata sua, imprimis defectionem a religione christiana, excusabant magnis periculis, fidei causa ingruentibus, et ad necessitatem, quasi ad asylum confugebant. Contra hos monet Iacobus, non ideo aduersa nobis immitti

immitti a Deo, ut nos peiores faciat, sed ut meliores. ὁ γὰρ — ἐδένα) *Deus enim nec ipse in mala impelli potest, nec in male facta, uel etiam prauas cogitationes alios impellit.* Qualis ipse est, tales ut sint homines, optat. Ἀπειρασος, *passiuam* significationem habet, eamque pro uaria τῆ περιουσιᾶ notionem uariam. Nostro loco, *non tentatus* est is, qui non sollicitatur peccatis. Deus igitur, qui ipse peccatis non sollicitatur, is nec ullam hominem sollicitat ad peccata. Vid. Sirac. XV, II. sqq.

14. ἕκαστος — δελεαζόμενος) *Quilibet in peccatum impellitur, sua ipsius cupiditate abreptus et allectus.* Ἐπιθυμία, *praua concupiscentia, cupiditas rerum terrenarum, sensibus iucundarum* etc. Quando igitur ad peccata perpetranda seducimur, non Deus in causa est, sed quod bona huius uitae, uitamque hanc ipsam plus amamus, quam fieri oporteret. Cicero in Pisonem: *Sua quemque fraus, suum facinus, suum scelus — de sanitate ac mente deturbat.* Ἐξέλκυσθαι ὑπὸ τῆς ἐπιθυμίας elegantiae graecae est locutio. Polybius: ὑπὸ τῆς συνήθους καχεξίας ἐλκόμενος. Arrianus in Epictetum: ὑπὸ τῆς φαντασίας ἐλκυσθαι. Notissimum est ex Latino Poëta: *Trahit sua quemque uoluptas.* Δελεάζειν, *inescare, metaph. allicere.* Simile desumptum a meretrice.

15. εἶτα — ἀμαρτίαν) *Concipit cupiditas mala, quum eam in animis nostris fouemus, eaque delectamur.* Tum enim sequitur peccatum et ipsum scelus, quemadmodum conceptionem partus sequitur. Philo de Sacrif. Abel. et Caini p. 147. E. Ὡσπερ ταῖς γυναῖξι πρὸς ζώων γενέσει οικείω-

τατου μέρος ἢ φύσις ἔδωκε μήτραν, ἔτω πρὸς γένεσιν πραγμάτων ὤρισεν ἐν ψυχῇ δύναμιν, δι' ἧς κυφορεῖ, καὶ ὠδίνει, καὶ ἀποτίκτει πολλά ἢ διάνοια. Ἀμαρτία, h. l. non est tantum defectio a religione christiana, sed in uniuersum cuiusque generis peccatum. ἢ δὲ ἀμαρτία — θάνατον) i. e. Peccatum, quum commissum est, sequitur poena. Ἀποκίει θάνατον, parit ea, ὧν τὸ τέλος θάνατος, Rom. VI, 21. uel, ut ibidem com. 23. ὧν θάνατος τὰ ὀψώνια.

16. μὴ πλανᾶσθε). I Cor. VI, 9. XV, 33. etc. Ne putate, Deum esse auctorem malorum, uel homines ab eo impelli in peccatum.

17. πᾶσα δόσις — ἄνωθεν ἐσι) Quicquid est bonum, et beneficii loco haberi potest, a Deo habet originem. Ἄνωθεν, coelitus, de coelo, i. e. a Deo, ut Io. III, 31. Πᾶσα δόσις — τέλειον, est Hexameter fortuito effusus, ut sci-
mus accidisse multis Scriptoribus. καταβαῖνον — φώτων)

Καταβαῖνον alii cum superioribus coniungunt: ἄνωθεν ἐσι καταβαῖνον, sensu eodem. Πατήρ φώτων, auctor luminum, fiderum tam splendorum et utilium. Πατέρα saepissime poni pro auctore, notissimum est. Τὰ φῶτα nonnulli interpretantur spiritus, et dona spiritualia; alii prosperitatem et laetitiam; alii aliter. Nos cum aliis intelligimus fidera, quae saepius tanquam diuinae maiestatis argumentum proponuntur, e. c. Ies. XL, 26. Pl. CXLVII, 4. f. Sir. XLII, 16 — XLIII, 12. Ab auctore tam splendorum et utilium fiderum, optimo, maximo, non nisi bona et perfecta munera expectari possunt. Is igitur nunquam in peccata et exitium nos coniciet. παρ' ᾧ — ἀποσκίασμα) In quo mutatio nulla ne minima quidem est, ut in Soie, qui et si

πατήρ φώτων dicatur, est tamen ipse pro exaltationis
 siue declinationis positu, et facie et operatione uarius.
 Τροπή et ἀποσκίασμα sunt uoces Astronomicae, ut ab
 Eruditis animaduersum. Παραλλαγή ἢ τροπῆς ἀποσκί-
 ασμα, *mutatio, aut mutationis umbra, uel species.* Τρο-
 πῆν Hesychius explicat per ἀλλοίωσιν. Suidas: τροπῆς
 ἀποσκίασμα· ἀπὸ τῆς ἀλλοιώσεως καὶ μεταβολῆς ἴχνος καὶ
 δρόμωμα Φαντασίας.

18. Βεληθεὶς — ἀληθείας) *Motu proprio, (i. e. ex
 mera benignitate) filios suos fecit nos per ueram, (christi-
 anam) doctrinam.* Βεληθεὶς, *motu proprio, κατὰ τὴν
 εὐδοκίαν θελήματος αὐτοῦ,* Eph. I, 5. Βέλεσθαι,
 saepe est *delectari aliquo, (1 Sam. XVIII, 25.) eique
 cupere.* (XX, 11.) Apud Lyfiam: θέλοντες ἀποδέ-
 χεσθε, *lubenter et cum uoluptate admittitis.* Ἀποκύειν
 proprie de feminis et partu naturali dicitur. At hic, quia
 de partu morali est sermo, uox ea Deo, tanquam homini
 aptatur. Hinc et commode Vulgatus Interpres *nos genuit*
 uertit. Possis etiam ἀποκύειν hoc quidem loco uer-
 tere: *creare,* Hebraeorum more, Ps. XC, 2. Deut. XXXII,
 18. Ier. II, 27. Creator siderum etiam in nobis ipsis ta-
 lem se exhibuit, qui in istam suspensionem (u. 13.) uocari
 nullo modo possit. Λόγος ἀληθείας, *doctrina uera,*
 i. e. Euangelium, 1 Petr. I, 23. εἰς τὸ εἶναι — κτισμά-
 των) i. e. *ut simus primi ac praecipui omnium mortalium.*
 Ἀπαρχὴ *primitiae,* deinde etiam in qualibet re praeci-
 puum et optimum. Scholiastes uetus ad hunc locum in
 Medic. bibliotheca: Ἀπαρχὴν, τὰς εἰς πρῶτος καὶ τιμιωτέ-
 ρους κτίσματα δὲ τὴν τῶν δρωμένων κτίσιν φησίν. Conuenit

etiam haec significatio hebraicae loquendi consuetudini. Nam primitiae tanquam medulla fructuum Deo ex lege Mosaiica consecrabantur, (Num. XVIII, 12.) et primogenitus quoque *praecipuum* in familia locum obtinebat. Deut. XXI, 17. Gen. XLIX, 3. Secundum alios ἀπαρχή dicuntur, qui ante alios uocati sunt, Christiani ex Iudaeis, et κτισματα intelligenda sunt καινὰ, ut ἀπαρχὴ κτισμάτων sint ii, qui primi omnium facti sunt Christiani.

19. ὦσε — βραδὺς εἰς ἔργον) *Quapropter, fratres carissimi, promptus esto quisque ad discendum, tardus ad docendum, tardus ad iram.* ὦσε, quae quum ita sint; quum per doctrinam ueram tales efficiamur, qui sint in praestantissimis creaturis Dei, (u. 18.) hanc tam salutarem doctrinam lubenter et alacriter discere, et quidem ita discere debemus, ut emendemur, et meliores reddamur. Atque hoc ipsum, quod euangelium non tantum disci, sed et obseruari debeat, copiosa deinceps oratione persequitur Apostolus, inde ab hoc nostro uersiculo ad cap. II. finem, ut bene obseruat Ven. *Storr*, omnino hic consulendus. Ἐσω πᾶς ἄνθρωπος ταχὺς εἰς τὸ ἀκῆσαι, *quilibet uestrum libenter audiat*, nempe doctrinam salutarem. Ita Sirac. V, II. γίνε ταχὺς ἐν ἀκροάσει. Ἀκῆσαι ἴσ. τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, est *religionem christianam discere*; λαλῆσαι autem *tradere, docere*, ut saepius. Βραδὺς εἰς ἔργον, tardus ad iram, uel etiam feruorem immoderatum in docendo. Videntur nempe inter Christianos fuisse, qui immoderato studio alios docendi flagrarent, quum ipsi nondum satis accurata notitia religionis imbuti essent. Cf. c. III, I. Hos igitur hortatur Apostolus, ut ipsi potius
mansueti

mansueto animo religionem discere, quam aliis zelo imprudenti tradere malint.

20. ὀργὴ γὰρ — κατεργάζεται) *Iracundus enim praescripta Dei non obseruat.* Ὀργὴ ἀνδρῶς, pro ἀνὴρ ὀργιζόμενος. Δικαιοσύνη τῆς Θεῆς, religio diuina, uel etiam praescripta diuina. Prou. VIII, 15. Homo iracundus non solet obseruare religionis praecepta; ergo nec docere potest religionem, prouti fas est.

21. Δὲ — κακίας) *Quapropter depositis omnibus uitiis, et nimia morositate.* ῥύπος et βυκαρία solet de fordibus corporis dici. Inde ad animum transfertur, significatque omne id, quo inquinatur animus. Basiliius Homil. in Ps. 61. Ἐίδον ἱατρὸς ἐγὼ μὴ πρότερον διδόντας τὰ σωτήρια φάρμακα, πρὶν ἐμέτοις ἀποκενῶσαι τὴν νοσοποῖον ὕλην, ἣν ἐκ ποιηρᾶς διαίτης ἑαυτοῖς οἱ ἀκόλαστοι ἐναπίθοντο. Περιστεία κακίας, nimia morositas. Κακία, malitia, consuetudo uel cupiditas nocendi aliis, ut Cicero explicat Tuscul. 4. 15. Περιστεία et περισσόν, omne nimium. Ergo intelligere uideatur Iacobus nimiam illam in docendo morositatem, de qua paullo ante dixerat; uel etiam reliquias malitiae illius, quam in Iudaismo contraxerant huius epistolae lectores. ἐν πραύτητι — τὰς ψυχὰς ὑμῶν) Ἐν πραύτητι, animo docili, ab omni contumacia et repugnandi cupiditate alieni. Τὸν ἔμφυτον λόγον, doctrinam illam, quae Apostolorum opera animis uestris inseritur, uobis proponitur. Doctrina Christi femini comparatur, Luc. VIII, 4. sqq. Matth. XIII, 3. sqq. Τὰς ψυχὰς ὑμῶν, uos ipsos. Rom. I, 16.

22. γίνεσθε — ἑαυτῶς) Ποιηταὶ λόγῳ, sunt, qui religionis praecepta obseruant. His opponuntur μόνον ἀκροαταί, sc. τῷ λόγῳ, qui christianae religionis praecepta auribus tantum percipere solent, nec iis conuenienter uiuant. Non satis est discere et scire ueritatem, sed obsequium etiam accedere debet. Qui enim tantum audiendo uerbum Dei, et profitendo se Christianos esse, sine factis piis seruari se posse sperant, ἢ παραλογίζονται ἑαυτῶς, *semet fallunt*. Videntur sibi religiosi, nec uero sunt ex Dei sententia, u. 26. 27. salutem frustra sibi promittunt. c. II, 14. Videtur Iacobus in animo habuisse sermonem Domini, Matth. VII, 24. 199.

23. ὅμοιον — ἑσώπτρῳ) Κατανοεῖν hic est *conspicere*; forte a speculo in transitu oblatam imaginem conspiciari. Τὸ πρόσωπον τῆς γενέσεως, *suam faciem*. Facies naturalis opponitur faciei morali.

24. κατενόησε — ὁποῖος ἦν) Pro: Κατανοήσας γὰρ ἑαυτὸν, καὶ ἀπελθὼν, εὐθέως ἐπιλανθάνεται ὁποῖος ἦν. Qui in transitu oblatam a speculo imaginem forte conspexit, is deformitates in facie non animaduertit, adeoque eas purgare omittit.

25. ὁ δὲ — παραμείνας) *Qui autem assidue considerat doctrinam religionis perfectam ac salutiferam. Παρακύπτειν, εἰς νόμον, diligenter legem inspicere.* Lucianus Reuiviscens. Ἐπειδὴ παρέκυψα εἰς τὰ ὑμέτερα, *postquam ista dogmata uestra accuratius inspexi.* Νόμος h. l. est *doctrina*, ἡθῶν, λόγος, u. 18. 21. Ἐλευθερία autem hic uidetur esse ea σωτηρία et dignitas, quam ὁ λόγος

τῆς

τῆς ἀληθείας modo afferre dicebatur, u. 18. 21. Τέλειον, *perfectam*, uniuersam, non tantum particulas aliquas. Παρὰ μένειν, *perseuerare*, nempe in meditanda et consideranda doctrina Euangelica, sicut feminae faciunt, quae ad singulos capillos bene ponendos de speculo consilium sumunt. Ἔτος — αὐτῷ ἔσαι) Is, *quum non obliuiosus auditor, sed rei effector sit, beatus erit factus suo*. Dum facit, quae praescribit religio, obtinebit ἐλευθερίαν, quam promittit euangelium, seu ἀσκήσιος ἔσαι. Ἀπροατῆς ἐπιλησιμονῆς, i. e. ἐπιλήσιμων, *obliuiosus*. Ποιητῆς ἔργα, *effector eorum operum, quae euangelica lex exigit*. Singulare pro plurali. In pronomine ἔτος pulcra est ἀναφορὰ.

26. εἰ τις — καρδίῳ αὐτῷ) *Si quis religiosus sibi uidetur, quanquam u. c. linguam non refrenet, sed decipiat se, eius religio uana est*. Δοκεῖ, nempe ἑαυτῷ, ut optime intellexit Vulgatus, qui uertit: *si quis putat se religiosum esse*. Θρησκός hic est θρησκευτῆς, *religiosus*. Μὴ χαλιναγαγῶν γλῶσσαν αὐτῷ, sc. ἀπὸ καταληπίδος, uel ἀπὸ τῆς κακῆς, I Petr. III, 10. Frequens in hac re comparatio a fraeno desumpta. Ceterum exemplo singulari, primis lectoribus cum maxime accommodato utitur Apostolus, pro uniuerso genere christianarum uirtutum; quasi dixisset: si quis sibi religiosus esse uidetur, nec tamen uerae uirtuti studet. *Sed decipiat se*, sit μόνον ἀπροατῆς λόγος. τῆς μάταιος ἢ θρησκεία) Nihil illi proderit talis imaginaria religio. Μάταιον, quod effectum caret, non genuinum et sincerum.

27. Θρησκεία — πατρὶ) *Religio uera et non adulterina, quae Deo, qui et Pater noster est, placet.* Similitudo sumpta a gemmis, in quibus requiritur, ut et sinceræ sint, et non ulceratae. Παρὰ τῷ Θεῷ, ex existimatione Dei. ἐπισκέπτεσθαι — θλίψει αὐτῶν) Ἐπισκέπτεσθαι, Vulgato *uifitare*, id uero est *curare*, uel *prouidere*. Hesychius: ἐπισκέπτει, προνοεῖ. Sirac. IV, 10. Γίνε ὀφθαλμοῖς ὡς πατήρ, καὶ ἀντὶ ἀνδρὸς τῆ μητρὶ αὐτῶν, ἰ. ε. τῆ χήρᾳ. Species ponitur pro genere. Nam religio uera fidem quidem et omnis generis uirtutes requirit, sed perficitur duabus maxime rebus, beneficentia et uitae puritate. ἄσπιλον — κόσμος) *Mundus* h. i. fumitur pro hac terra *rebusque terrenis*. *Intaminatum* igitur se conseruat, quisquis rerum terrenarum amore non finit se abduci ab amore et obsequio Dei. Ergo ex mente Iacobi probatissima Θρησκεία eius est, qui nullis rerum terrenarum illecebris a pietate in Deum auocari possit. Aliis δὲ κόσμος sunt uitia, quibus maior pars hominum detinetur.

Caput II.

1. Μὴ ἐν — τῆς δόξης) *Potestisne, fratres, si partium studio ducamini, pro ueris cultoribus splendissimi Domini nostri Iesu Christi haberi?* Voculae μὴ cum Ven. Storrio interrogandi uim tribuendam ἔχετε uero pro ἔχειν δύνασθε, accipiendum esse puto. Ἐχειν τὴν πίσιν I. Χρ. est *habere religionem Iesu Christi*, cultorem esse Iesu Christi. Τῆς δόξης ponitur pro τῆ ἐνδοξῳ, ut 2 Cor. III, 9. Προσωποληψία, *personae respectus*, illud uitium dicitur, dum in diiudicandis aliis non respicimus ea, quae laude

laude digna sunt, sed res externas, formae pulcritudinem, uestium splendorem, diuitias, etc. Vid. not. ad Rom. II, 11. Negat Iacobus eos, qui Domini Iesu Christi, maiestatis pleni amicos, sub fordido pallio latentes, despiciatui habeant, ueros esse tanti Domini cultores.

2. ἐν γὰρ — ἐσθῆτι) Γὰρ, *exempli gratia*. Συναγωγῆ, πᾶσι, ἅπασιν, alias *coetus Iudaeorum*, h. l. ad *coetum Christianorum*, et ad locum, in quem hic coetus cogebatur, transfertur; quod ex eo patet, quod honoratiora et uiliora subsellia commemorantur. Non tantum domos priuatas, sed et interdum synagogas Iudaeorum christianis conuentibus esse dedicatas, ualde probabile est. *Vitringa* de synag. Vet. I, 3. 2. Ἄνθρωπος, ὧν, *aliquis*, Iudaeus uel Ethnicus, ut patet ex u. 6. 7. Licuisse enim etiam aliis ingredi in conuentum publicum Christianorum, discimus etiam ex I Cor. XIV, 25. χρυσοδακτύλιος uertit *Vulgatus aureum annulum habens*: mallem cum Pricaeo aureos annulos. Arrianus in Epictet. I, 22. ἤξει ἄνθρωπος πολιδῆς, χρυσοῦς δακτυλίους ἔχων πολλῶς. Seneca Natur. quaest. VII, 31. *Exornamus annulis digitos, in omni articulo gemma disponitur*. Voluit dicere, sumus χρυσοδακτύλιος. Recte autem, et ex consuetudine ditiorum, annulis lauta uestis iungitur, ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, *ueste splendida*. Sic λαμπρὰν χλαμύδα ἐκσίρων est apud Posidonium. Πτωχὸς, homo pauper, sed Christianus, u. 5. uel etiam nondum Christianus, sed uir bonus, et consilio ingressus in synagogam Christianorum, ut diceret, qualis esset cultus Christianorum, u. 3. Ἐν ῥυπαρᾷ ἐσθῆτι, *ueste nec nitida, nec elegante*.

3. καὶ ἐπιβλέψητε — ὑποποδίου μὲς) Ἐπιβλέψητε, *cum reuerentia quadam oculos atque animum aduertitis*. Theophrastus in charact. morum ex adulatoris persona: ἐνδυμῆ ὡς ἀποβλέψουσιν εἰς σε οἱ ἄνθρωποι; Hoc lautae uestes cultusque splendidus efficiunt, praesertim apud imperitiores. Κάθυσ ὧδε καλῶς, Vulgatus: *Sede hic bene, i. e. com- mode*; uel καλῶς, *in conspicuo loco isto*, unde apud Aelian. Var. Hist. II, 13. ἐν καλῶ τῷ θεάτρῳ καθύσθαι. In ecclesia sunt et sui sedilium ordines, sed ex uirtutibus, non ex opibus. *Tertullianus* Apologetico: *Praesident probati quique seniores, honorem istum non pretio, sed testimonio adepti*. Fuisse uidentur in urbibus quibusdam homines, medii quasi inter Iudaeos et Christianos, dubitantes et fluctuantes, an consultius esset Iudaismum deserere, et ad christianam religionem accedere, nec ne? Credibile est, ministros ecclesiarum sedulis studiis profecutos fuisse omnes diuites, et splendide uestitos, si uenirent in confessum publicum, ut eo facilius eos in societatem suam pertraherent. Cl. Pott sermonem esse putat de fratribus aduenis. Diaconos aliosue in ecclesiis adfuisse existimant, qui his fratribus loca assignarent, et quidem priora, eaque honestiora diuitibus, inferiora uero pauperibus. Ven. Storr cum Hammondo et celeb. Herdero Christianos intelligit, inter quos lites factae fuerant, ecclesiae arbitrio dirimendae. Matth. XVIII, 17. 1 Cor. VI, 1. sqq.

4. καὶ εἰ διεκρίθητε — πονηρῶν;) *Nonne pro arbitrio iudicatis et secundum malas cogitationes?* Interrogatiue enim haec legenda, quomodo legit Syrus, sicut hebr. נָשׁ
et

et **ΝΗ** ponitur pro **ΝΗΓ**. Ἐν ἑαυτοῖς, pro arbitrio ue-
stro. Syrus: *diuisi estis inter uos*. Genitiuus **δ**ιαλο-
γισμῶν **π**ονηρῶν hic non est obiecti, sed attributi.
Iudicatis secundum malas cogitationes; praefertis enim
caduca duraturis. *Wetstenius* explicat sine interrogatione:
Et sine ulla dubitatione apud animum uestrum statuistis,
et iniquas istas cogitationes approbastis. Non male, si
feruatur uulgata lectio, καὶ ἔ διεκρίθητε etc. Ven. *Storr*
ita uertit: *Nonne uero ipsi uobis sententiam dixistis, iu-*
dicēs uos esse, male ratiocinantes? Alterum καὶ, quemad-
modum *Vau* in **Ω**η (Gen. XLVII, 6.) reddit quod. **δι-**
εκρίθητε uero in eandem fere partem accipit, atque co-
dex Corbeienfis, qui habet: *diiudicati estis*. Denique
ἐν ἑαυτοῖς interpretatur a uobis ipsis. Si, quod multi fa-
ciunt, omittitur καὶ ἔ, tunc sensus est: *Hac ratione in-*
ter uos Schisma ortum est; et facti estis iudices duarum
partium; alii aliis exprobrant praua consilia, ut significetur,
diuisiones sic ortas esse his in urbibus.

5. ἀκούσατε. — ἀγαπῶσιν ἀλλήλους) *Heus uero, carissimi*
fratres, annon Deus (prae aliis) selegit rerum mundana-
rum egenos, ut per fidem ditescerent et participes fierent
felicitatis, quam cultoribus suis promisit? Ἀκούσατε, i. e.
animum attendite. Πτωχὸς τῷ κόσμῳ, qui mundo
uidentur pauperes dixit, ut melius inferret ἀντιθέτου quod
sequitur; uel etiam *pauperes, quod attinet ad res ter-*
renas. Ante **π**τωχὸς intelligendum γενέσθαι. Primum
igitur argumentum, quo confirmatur, perperam illos iu-
dicare, qui diuites praeferant propter solas diuitias, pe-
titum est ex diuinae rationis dissimilitudine; Deum nempe
paupe-

pauperes adeo non indignos habere suo favore, ut potius eos prae aliis selegerit, quos participes felicitatis aeternae faceret. Maximam enim partem Christianorum pauperes fuisse fati constat.

6. ὑμεῖς δὲ — πτωχὸν) Aoristus pro quouis tempore, ut et supra u. 4. Ἠτιμιάσατε *despicatui habuistis*, ut Syrus habet. ἐχὼ οἱ πλείοι — κριτήρια) Alterum argumentum, quo studium illud partium reprehendendum esse docet Iacobus: Si quid huc praeiudicati afferendum esset, iudicio ex solemnibus diuitum moribus facto, diuitem potius in antecessum fuisse postponendum. Καταδυναστεύειν, *opprimere, inique alicui imperare*. Diuitem mos est imperiosè agere aduersum pauperes; operam eorum parui ducere. Καὶ αὐτοὶ ἔλκεσιν ὑμᾶς εἰς κριτήρια, *ad tribunalia*. Videtur de Iudaeis incredulis esse sermo; hi enim, praesertim ditiores, opprimebant pauperes Christianos, et accusabant eos apud magistratus, ut ex Apostolorum Actis natum est.

7. ἔκ αὐτοῦ — ἐφ' ὑμᾶς;) *Nonne isti conuiciis proscindunt honorandam illam personam, ex qua accepistis nomen?* ὄνομα pro persona saepius iam habuimus; et Christum intelligendum esse, facile apparet. 1 Pet. IV, 16. Καλὸν, *honorandum*. τὸ ἐπικληθὲν ἐφ' ὑμᾶς, i. e. ἐξ ἧς ἐπικαλεῖσθε, uel ἐπίκλησιν ἔχετε. Christum tanquam impostorem reiiciunt, maledictisque lacessunt diuites Iudaei et Pagani.

8. εἰ μέντοι — βασιλεὺς) Iudaei, Christianis ubique infensi, praecipue zelum legis Mosáicae prae se ferebant.

His

His igitur *Iacobus* similiter summam et arcem uniuersae legis opponit, sicut *Christus* Matth. XXII, 34. sqq. et *Paulus* Gal. V, 14. Rom. XIII, 9. *Lex regia* sine dubio uocatur praeceptum de amore proximi ideo, quia maximi est momenti, et utilissima. Nam βασιλικὸν saepe est praestantissimum, et Deo auctore dignissimum. Philo, quod omnis probus liber p. 888. Βασιλικώτερον ἔδεν ἀρετῆς, nihil aequae regium ac uirtus. Plato in *Minoe* citante Stobaeo ferm. 42. τὸ μὲν ὀρθόν, νόμος ἐστὶ βασιλικός. Maximus Tyrius Diff. 10. sub init. κάλλος βασιλικόν, pulcritudo regia. Κατὰ τὴν γραφὴν, Leuit. XIX, 18. quae sententia potissima esse debebat iis, qui ex Iudaeis facti erant Christiani.

9. εἰ δὲ — παραβάται) *At si partium studio ducamini, peccatum admittitis, et notamini ab illa lege tanquam uiolatores.* Legem intelligi nonnulli putant eam, quae extat Leuit. XIX, 15. sumendam ita, ut non solum ad iudicia pertineat, sed et ad honorum signa in coetu ecclesiae. Sed respicere etiam Apostolus potest ad legem de amore proximi, quam modo comm. 8. uocauerat νόμον βασιλικόν, quae respectu personarum omnino uiolatur.

10. ὅστις γὰρ — ἔνοχος) *Qui enim totam legem seruauerit, obsequium uero denegauerit uni praecepto, negligentiae omnium reus est.* Per ὅλον τὸν νόμον hic intelligit *Iacobus* legem *Mosis*, et idem de lege euangelica ualere innuit, quod de illa lege omnes fatebantur. Si quis omnia alia praecepta seruauerit, πταίσει δὲ ἐν ἑνί, uiolauerit autem unum, nempe eorum, quibus poena capitalis

pitalis constituta est, γέγονε πάντων ἔνοχος, i. e. ὡς πάντων ἔνοχος. Non minus morte punitur, quam si omnia praecepta uiolasset. Sic Rabbinii dicunt: *Qui transgreditur unum praeceptum, est ac si transgrediretur omnia.* Quod de lege Moſis ualet, hoc etiam de lege Christi dicendum est. Παραβάτης legis Christi is habetur, qui unum aliquod praeceptum ab eo profectum, e. c. illud, quo προσωποληψίας crimine alios laedere uetamur, scienter et pertinaciter uiolat, quamuis alia officia non negligat. Πάειν ἐν ἐνί, sc. λόγω, h. l. est *unum mandatum prorsus negligere.* Non enim singulares actus, cuicumque praecepto repugnantes damnat Apostolus, sed eos carpit, qui certum officiorum genus omnino negligebant. Ven. *Semlerus* putat ἐνί forsan hebraico more positum esse pro πρώτῳ, primo praecepto in decalogo, uel eo praecepto, quod nouo iure christiano est primum, ut Christus Matth. XXII, 37. 38. dixit πρώτῃν καὶ μεγάλην ἐντολήν. Durior haec interpretatio esse uidetur, quam ut admitti possit. Ratio autem, cur is, qui unum praeceptum negligit, reliquorum etiam reus sit, est in promptu. Qui nempe unum aliquod praeceptum scienter et pertinaciter uiolat, is eo ipso ostendit, se legislatoris reuerentem non esse, sed in iis etiam actibus, qui legi consentire uideantur, aliis citius rationibus duci, quam pietate in Dominum.

II. ὁ γὰρ — παραβάτης νόμου) Scite *Saluianus*: „Si enim pro arbitrio suo serui dominis obtemperarent, ne in iis quidem, in quibus obtemperauerint, obsequuntur. Quando enim seruus ex Domini sui iussis ea facit tantummodo, quae uult facere, iam non dominicam uoluntatem implet, sed suam.,,

12. Ἔγω λαλεῖτε — κρίνεσθαι) i. e. *Cogitate semper, dicta et facta uestra iudicanda esse, illo die, secundum praecepta religionis christianae.* Μέλλοντες κρίνεσθαι, sc. die extremi iudicii. Διὰ νόμου, i. e. κατὰ νόμον. De lege libertatis uid. supra c. I, 25. Ergo sermonibus et actibus, amore plenis πίσις νόμου ἐλευθερίας comprobanda est.

13. ἡ γὰρ — ἔλεος) i. e. *Poena grauissima affligetur is, qui non exercuit benignitatem.* Κρίσις interdum etiam est poena. Poena ἀνίλεως est, quae ita exercetur, ut gratiae et condonationi non amplius sit locus. Ἔλεος, respondens Hebraeo יָרַח, omne genus beneficentiae significat. Vide dicta ad Matth. IX, 13. Lex Euangelii est, ut beneficiamus omnibus; qui id non facit, dure tractabitur, Matth. VII, 1. XXV, 42. κατακαυχᾶται ἔλεος κρίσεως) *Beneficentia de damnatione triumphat; eam non metuit.* Misericors gloriari potest de iudicio extremo; quia nullius culpa sibi conscius, supplicia non timet, sed praemia expectat. Non potest Deus damnare suae bonitatis imitatores. Non excluduntur aliae uirtutes, sed beneficentiae uis esse eximia dicitur.

14. Τί τὸ ὄφελος — σῶσαι αὐτὸν;) *Quid prodest homini nuda religionis professio, factis destituta?* Πίσις h. l. est religionis notitia seu professio, ἀκρόασις τῆς λόγου, de qua c. I, 22. sqq. λέγειν, uel cogitare, uel palam profiteri. Ἐργα, sc. fidei consentanea. Hic locus doctrinae Pauli de peccatorum remissione sine meritis operum, propter Christum solum adipiscenda, minime repugnat, quod facile perspicere potuissent Interpretes, si utrumque

et Pauli et Iacobi locum diligentius considerassent. *Paulus* nempe docet Rom. III. *peccata pristina nobis remitti; nosque a Deo recipi in gratiam*, (hoc enim apud Paulum est *δικαιῶσθαι*) ex mera gratia antequam operum meritis fauorem eius nobis conciliauissimus. *Iacobus* autem ostendit, religionis externam confessionem, siue etiam fiduciam in Christo collocatam (perinde enim est, siue per *πίστιν* nostro loco intelligas fidem generalem, siue specialem) non esse genuinam, uel uere talem, nisi bona opera consequantur. Hanc etiam esse doctrinam Pauli ex Rom. VI. et omnibus eius Epistolis clarissime patet. Illustrari possunt *Iacobi* uerba ex artibus et artificijs in uitae communis usu obtinentibus, quorum *mortua*, i. e. inutilis theoria est, nisi in actus producat. *Philo* Lib. de congr. quaerendae erudit. gratia p. 430. D. Τίς ὄνησις εὐφώνια ἡσυχάζοντος, ἢ μὴ ἀυλῆντος ἀυλητῆ, ἢ καθαρισθῆ μὴ καθαρίζοντος, ἢ συνόλωι τεχνίτι τῷ κατὰ τὴν τέχνην μὴ ἐνεργῆντος; ἢ γὰρ ἄνευ πράξεωσ θεωρία ψιλὴ εἰδὲν ὄφελος τοῖς ἐπιστήμοσιν. Vbi nota τὸ ὄφελος, quo *Iacobus* usus. Falsa opinio, uerae religionis professionem solum prodesse ad salutem, olim ualde fuit frequens apud Iudaeos, qui existimabant, omnem Israëlitam, qui modo professionem Iudaismi non abiecisset, partem tandem habiturum in altero seculo, i. e. in uita aeterna. Quam eadem sententia apud multos Christianos inualuisset, *Iacobus* eam refutauit. Interrogatio, *μὴ δύναται ἡ πίστις σῶσαι ἄνθρωπον;* efficacissime negat. Non potest sola religionis notitia, uitae, morumque probitate destituta eum felicem reddere.

15. 16. εἰν δὲ ἀδελφῶς — τὸ ὄφελος;) Rem propositam Iacobus similibus illustrat. Propositam autem habet sibi hoc haec comparatio: Sicut bona dicta non profunt egenti, cui dicuntur, etiam si adsit forte animus optans egenti bona: ita nec fides destituta operibus prodest credenti. In hoc autem simili inest et aequitatis demonstratio. Noluit ille prodesse alteri: aequum est, ut nec sibi profit. Γυμνοὶ, male uestiti, ut Matth. XXV, 36. 38. 43. 44. aliisque multis locis. Λεηπέμενοι τῆς ἐφημέρου τροφῆς, qui non modo destituuntur rerum mediocri copia, sed nec habent, unde in diem uiuant. Quod hic τροφὴ ἐφήμερος, id τροφὴ καθ' ἡμέραν *Alexidi* et *Aristophani*. Qui nihil habent amplius καθ' ἡμέρας Graecis. Ἐπάγετε ἐν εἰρήνῃ, bene uobis sit. Est enim bene precantis. Θερμαίνεσθε, sc. uestitu; metonymia; pro estote uestiti. Iob. XXXI, 20. Καὶ χορτάζεσθε, bene pascimur; sit uobis unde saturemini. Τὰ ἐπιτιθέδεια τῷ σώματι, quae corpori expediunt. Nam adiectiuum istud apud Graecos modo Genitiuum, modo Dativum regit. Μὴ δώτε δὲ αὐτοῖς, nempe quum id facere uobis in procliuu sit. Τί τὸ ὄφελος; Bona uota non sunt spernenda, sed nullius pretii, si ab eo proficiantur, qui quod optat, effectum dare potest, et non uult. Possent etiam referri ad nomen christianum, seu religionis professionem. Cur te *Christianum* nominas? ecquid ad te ipsum utilitatis inde redibit?

17. Ἔτω καὶ — καθ' ἑαυτήν) Sicut uestra illa uota, effectum destituta, proximis uestris non profunt, ita nec uobis proderit fides uestra, destituta operibus. Deus uestro

uos modulo metietur. *Mortuum* esse dicitur, quicquid effectum suum non consequitur. Πίσις καθ' ἑαυτήν, *fides per se*, si sola cernitur, ab operibus uel recte factis seiuncta. Versio syriaca: Si est sola et separatim. Ut nempe corpus exanime nihil efficere potest, ita et fides, operibus destituta, nihil prodest, uel efficit; i. e. homini uera uirtute destituto, nullam utilitatem affert.

18. ἀλλ' ἐρεῖ — ἔχω) *Dicere potius quis possit: Tu quidem religioni christianae addictus es, ego uero do operam piis factis, (etsi Iudaeus.)* Variè explicatur hoc comma. Mihi uidetur cum praecedenti cohaerere ita, ut Iacobus porro ostendat, quam uana sit religionis professio sine uerae uirtutis exercitio. Τίς, *non-Christianus*, e. g. Iudaeus. Πίσις, *religio*, et quidem h. l. *christiana*. δεῖξόν μοι — τὴν πίσιν μου) *Ostende mihi ex tuis factis, religionis tuae sanctitatem; et ego ostendam tibi ex factis meis meae religionis praestantiam.* Sic alloqui possit iure meritoque Iudaeus Christianum, praedicantem multis uerbis religionis christianaë praestantiam. De duobus hominibus diuersae religionis esse sermonem, patet ex oppositione: τὴν πίσιν σου, et τὴν πίσιν μου. Ostendit ergo Iacobus, frustra gloriari Christianos de religionis suae praestantia, nisi accedat uirtutis studium; probos Iudaeos his esse praefereandos. Pro ἐκ τῶν ἔργων σου alii legunt χωρὶς τ. ε. σ. Tunc ironice intelligenda essent haec uerba: *Ostende mihi uero tuae religionis praestantiam sine factis, si potes.* Aliter tibi non credam, religionem, quam tu profiteris, anteferendam esse ei, quam ego profiteor, nisi id mihi re ipsa, et factis

factis tuis ostendas. Alias huius loci explicationes uid. apud Storrium et Pottum.

19. οὐ πιστεύεις — φρίσσει) Verba sunt Iacobi. Sumit id, quod inter credenda primum est, Deum esse, et esse unum, unde etiam pendet tota in Christum fides. Καλῶς ποιεῖς, bene hoc se habet, sed non sufficit ad salutem. Καὶ τὰ δαιμόνια πιστεύει, nempe esse Deum, et esse unum. Δαιμόνια, mali spiritus. Καὶ φρίσσει, et contremiscunt; non modo salutem nullam sperandam habent, sed et pro sua prauitate grauiora tormenta cum metu expectant. Verbum φρίσσειν per metonymiam ingentem metum significat, uertiturque in Glossario: *horreo, horresco.*

20. θέλεις δὲ — νεκρὰ εἶναι;) Θέλεις δὲ γυνῶναι; Vin' tibi exemplis, e sacro codice, cui credere te ais, depromtis, ostendi, uerum esse quod dixi? Ἄνθρωπος κενὸς, נק"ו, Matth. V, 22. Non igitur omnino uniuersum sumendum, quod Christus uetat tali uocabulo quempiam appellari, sed ubi id ex odio et impotenti ira fit, non ubi fraterno corrigendi animo, praesertim si, qui ita loquitur, imperium aliquod in alterum aut inspectionem habeat. Sic μωρὸς, *stultos*, dixit Christus Matth. XXIII, 17. 19. et ἀνοήτους tum Christus, Luc. XXIV, 25. tum eius exemplo Paulus Gal. III, 1. 3. Sed simul notandum, et hic et illis Christi Apostolique uerbis non certum aliquem hominem, sed hominum genus, et quidem praua aliqua qualitate aut persuasionem tinctum ita compellari.

21. Ἀβραάμ — θυσιαστήριον;) *Abraham, parens noster, nonne propter recte facta beneficiis ornatus est, quum filium suum, Isaacum, arae imponeret?* Visus est Iacobus nonnullis contradixisse Paulo, expressis uerbis docenti, (Rom. III, 28.) πίσει δικαιοῦσθαι ἄνθρωπον χωρὶς ἔργων νόμου. Nec uerisimilitudine caret, uanos homines Paullina illa doctrina abufos fuisse. Sed fac, fuisse inter Christianos, ad quos Iacobus scripsit, qui *abuterentur* dictis Pauli de δικαιοῦσει, tum Iacobus non ipsi Pauli doctrinae, sed falsae cuidam explicationi Paulinae doctrinae contradixisse dicendus erit. *Paulus* nempe aduersus *Iudaizantes*, qui putabant, obseruatione legis, imprimis Mosáicae se Deo probari, et felicitatis aeternae participes fieri posse, disputans, dixerat: *quemque hominem, siue natione sit Iudaeus siue Paganus, sola Christi fiducia, nullo suo merito beari*, (Rom. III, 23. s.) *li uero Christiani*; aduersus quos *Iacobus* disputat, in ea erant persuasione, (ut ex eiusdem Apostoli responsione patet,) posse aliquem beari πίσει χωρὶς ἔργων, i. e. sola religionis professione, uel fide destituta factis; salutem propter Christum obtingere non tantum nullo nostrorum factorum merito, sed etiam ita, ut emendata mente, et piis factis ne quidem sit opus. Hoc autem Paulo nunquam in mentem uenerat. Is enim perspicue docet, (Rom. VI. VIII.) religionis christianae hanc esse uim, ut nobis praestet, quod lex Moſis praestare non poterat, ut nos ab infausto prauarum cupiditatum imperio liberet, et in animis nostris desiderium rerum coelestium, sensus bonos, et uerae uirtutis studium excitet et alat. Ergo Paulus et Iacobus amice conspirant.

Paulus

Paulus docet : Christianis non amplius opus esse lege Mosaica, ut consequantur fauorem Dei, et meliores reddantur; solam religionem Christianam nobis praestare omnia ad salutem necessaria; hancque felicitatem nobis obtingere nullo nostro merito, ex mera gratia diuina.

Iacobus docet : Fidem, (sive religionis professionem in uniuersum, sive Christi fiduciam nominatim intelligas,) πίστιν igitur, quae careat bonis sensibus et recte factis, non esse ueri nominis fidem, sed imaginariam et fictam.

Uterque, et Paulus et Iacobus thesin suam exemplo Abrahami illustrat, uterque accommodate ad rem, quam tractat; et quod Iacobum attinet, non ille negat, Abrahamum πίστιν consecutum esse fauorem diuinum, sed hoc negat, πίστιν eius destitutam fuisse factis. Ostendit potius Abrahamus πίστιν suam et fiduciam eo, quod Filium de Sara unicum, uinctum imposuit arae, ut fieri mos uictimis, paratus etiam eum maectare, si Deus in iusso perstitisset. Cf. Hebr. XI, 17. Significanter addit Iacobus, ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον, *super altare*, ex Gen. XXII, 9. quasi diceret, ad certam, ut ipse arbitrabatur, mortem, quae uictimas ita altari impositas, et in id ligatas solebat sequi.

22. βλέπεις — ἔργοις αὐτοῦ) *Vides, religionem* (uel fidem et fiduciam Abrahami) *inseruuisse operibus eius*, i. e. produxisse bona opera. Συνεργεῖν, *inseruire, conducere*. Philo Lib. de mundo p. 1165. D. ἀυγή - τὸ ἀπο-

ελλόμενον ἐκ φλογος, συνεργὸν ὀφθαλμοῖς, εἰς τὴν τῶν δρα-
τῶν ἀντίληψιν, *splendor est, qui a flamma emittitur, ocu-
lis inferuiens ad res spectabiles apprehendendas.* In
eodem Lib. p. 1171. D. Οὐδὲν εἰς τὸ φθείρεσθαι τὸν κόσμον
ἢ πλασθεῖσα τῷ λόγῳ μείωσις τῆς θαλάσσης συνεργεῖ, *ad
mundi interitum afferendum commentitia maris immutatio
nihil confert.* Sic plane Syrus intellexit uerbum συνεργ-
εῖν, habet enim: *יְהוָה עָלָם תְּעוּבָה הִמְנוּחָה fides eius
auxilio fuit operibus eius.* καὶ ἐκ — ἐτελειώθη) *Et
ex operibus cognitam fuisse fidei perfectionem, et magni-
tudinem.* Verbum τελειῶσθαι hic ut alibi est pro per-
fecto agnosci, ut 2 Cor. XII, 9. ἡ γὰρ δύναμις μου ἐν ἀσθεν-
είᾳ τελειῶται, *potentia mea in illis, qui malis obnoxii
sunt, perfectius agnoscitur.* Sensus igitur est, Abrahamum
operibus, praecipue uero oblatione filii sui demonstrasse
fidei suae ueritatem et integritatem.

23. καὶ ἐπληρώθη ἡ γραφή ἢ λέγεται) *Sic confirmata
est scriptura; apparuit, uerum esse, quod dicit Scriptura.*
Πληρῶσθαι hic est, *uerum deprehendi;* nam innuitur
effatum, quod extat Gen. XV, 6. Veram fuisse πίστιν illam,
quae l. c. parenti nostro tribuitur, ex factis eius intel-
lectum est, quum u. c. filium arae imponere non dubita-
ret. Hoc igitur euentu *confirmatum* est praeconium fidei
eius. Ἡ γραφή, per Meton. contin. pro contento, *lo-
cus, s. dictum scripturae,* ut Marc. XII, 10. Io. XIX, 24.
καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην) *Et hoc fuit ipsi laudi,
i. e. Deus hoc ita in bonam partem accepit, ut Abraha-
mum praemiis afficiendum existimarit.* Cf. notata ad
Rom. IV, 3. καὶ φίλος θεοῦ ἐκλήθη) *Et amicus Dei ap-
pellatus*

pellatus est, i. e. fuit, factus est, locutione hebraea, qua uocari aliquis dicitur nomine, quo nunquam appellatus est, sed quod ipsius statum pulcre exprimit, ut 1 Io. III, 1, et in V. T. saepe. Pertinet hoc ad ea, quae habemus Gen. XXII, 16. seqq. ubi Deus, quod ante non fecerat, iuratum foedus cum Abrahamo iniit, sicut reges cum amicis solent, additurque causa: quia fecisti hanc rem, et non pepercisti filio tuo unigenito propter me. Quo et illud ipsestat, quod est Ies. XLI, 8. et 2 Paralip. XX, 7. Cf. Gen. XVIII, 17. Philo de uerbis: respicit Nöe p. 281. E. φίλου γὰρ τὸ σοφὸν Θεῷ μᾶλλον ἢ δέλον, παρ' ὃ καὶ σοφῶς ἐπὶ Ἀβραὰμ φάσκει, μὴ ἐπικαλύψω ἐγὼ ἀπὸ Ἀβραὰμ τῆ φίλος μου; pro quo in Alexandrina uersione loci cit. Geneseos: τῆ παιδός μου. At Hebraicum כִּבְיָ, quamquam Alexandrini fere semper per παῖδα reddunt, tamen Esth. II, 18. pro כִּבְיָ uertunt pulcre φίλοι. Sunt igitur παῖδες iidem qui φίλοι, amici familiaresque regum et principum, qui παῖδες quoque dicuntur Matth. XIV, 2. Arabes etiam Abrahamum uocant *Alchalilo*, ut notat D. I. H. Michaelis in annot. uber. ad 2 Paralip. XX, 7.

24. ὁρᾶτε — μόνον) *Videtis igitur, ex factis aliquem argui Deo probatum, non ex fide sola.* Cf. dicta ad u. 21. Hoc ergo dicit Apostolus: Vt, qui iam credidit, Deum habeat amicum et fautorem, non sufficere fidem solam, sed, si tempus detur et occasio, requiri et bona opera, qualia praestitit Abrahamus.

25. ῥαβίως — ἐμβαλῆσαι) De hac *Rahabe*, et de uoce ῥάβνης uide notata ad Hebr. XI, 31. Quia multi

etiam alienigenae in eandem cum Iudaeis credentibus ecclesiam coaluerant, alterum Iacobus exemplum addit, ualde ad eorum rem appositum, feminae et extraneae a sanguine Abrahami, et uitae antea mendosae, quales et plerique ex gentibus fuerant. Ὁυκ ἐξ ἔργων ἐδικαιώθη; Interrogatiue. Nonne operibus id consecuta est, ut fidei praemium a Deo referret, sola Dei iussu seruata, quum omnes eius populares interficerentur, deinde dignata coniugio uiri, eminentis inter suos, Boozii. Fides praecesserat, qua Deum agnouerat unum coeli terraeque Dominum, Ios. II, 1. Hebr. XI, 31. quod quantum fuerit illis corruptissimis temporibus, ex frequentibus Hebraeorum circa id ipsum lapsibus satis intelligitur. Sed fidei huic addenda censuit opera. Ἐποδεδεξαμένη τὴς ἀγγέλους, i. e. *exploratores*. Hi enim recte etiam *nuntii* dicuntur, quia in id mittantur, ut spectata renuntient. Hospitio eos excepit, texitque, reuerentia unius Dei, quem ab Hebraeis coli, quemque huius belli auctorem esse Hebraeis intellexerat. Καὶ ἐτέρῳ ὁδῷ ἐκβαλλῆσα, *et alia uia dimittens*; nam ἐκβάλλειν non semper est *ui eiicere*, sed interdum etiam *dimittere*, ut Matth. IX, 25. *Alia uia*, quam qua ituri putabantur. Nam et per murum eos demisit, et deuia itinera monstrauit, ne ab Hierichuntinis deprehenderentur. Haec omnia non factura, si salutem ex nuda fide sperasset.

26. ὡσπερ — νεκρά ἐστὶ) *Corpus sine anima est mortuum*, i. e. functiones hominis conuenientes non edit. Πνεῦμα, *Spiritus hominis, animus*. Is ubi abiit, relinquitur corpus νεκρὸν, non edit ex se eos actus, qui humano

humano corpori conueniunt. Sic etiam fides sine operibus mortua est, non producit id, quod producere debebat, continuationem scilicet diuini fauoris, et consequenter uitam aeternam. Est sicut corpus sine anima.

Caput III.

I. **M**η πολλοὶ διδάσκαλοι γίνεσθε) *Ne quiuis ambiat munus doctoris*, i. e. Episcopi eminenter sic dicti. Videntur fuisse inter Christianos, qui more Iudaeis consueto, se ingererent muneri docendi, et obtrectarent aliis doctoribus, de qua re Paulus saepe in Epistolis quaeritur. εἰδότες — ληψόμεθα) i. e. cogitantes, Deum requirere plura a nobis, qui doctores aliorum sumus, quam ab aliis. In prima persona loquitur Apostolus *per communicationem*. Ipse enim a suo docendi munere nullas poenas, sed praemia expectabat. Κρίμα, *poena*, ut Matth. XXIII, 14. Grauiores poenas dabunt doctores, quam alii homines, si munere suo male fungantur.

2. πολλὰ — ἅπαντες) *Omnes enim saepissime peccamus*. Igitur multo maius est errandi periculum, si quis doctoris gerat prouinciam. Πολλὰ, *saepissime*, pro κατὰ τὰ πολλὰ μέρη τῆς χρόνου. Prouerbi inftar haec apud uarios Scriptores occurrunt, ut *Wetstenius* ostendit. Πταίνειν, *impingere, offendere, peccare*, et dictis et factis. ἔτι τις — τέλειος ἀνὴρ) *Si quis ne uerbo quidem peccaret, is perfectus esset uir*. Eiusmodi uero homines non dari, iam dixerat praecedentibus uerbis. Quomodo rectus usus linguae fit coniunctus cum totius uitae innocentia, de-

clarant

clarant uerba statim sequentia : δυνατὸς — τὸ σῶμα
Grotius, quem sequitur *Moldenhauer*, per τὸ σῶμα intelligit *corpus ecclesiae*, ut sit sensus : Is demum aptus est ad regendum totum corpus ecclesiae ; plerumque enim fit, ut doctoris linguam sequatur plebs. Τὸ σῶμα interdum esse *corpus ecclesiae*, negari nequit. Hoc loco autem non accipi posse hac significatione, patet ex comm. 6. Nec *Iacobus* in sequentibus de doctoribus solis loquitur, sed uniuersim de recto usu linguae, progrediens a speciali ad generale. Cohaeret nempe, ut mihi quidem uidetur sermo *Apostoli* hoc modo : Nemo se temere ingerat muneris docendi ; non enim omnes sunt pares. Doctor ecclesiae cauere debet, ne dicat, quod non compertum habeat. Obseruet etiam tempora, quibus quidque aut dicendum, aut silendum sit. Sed hoc difficile est, quia omnes saepe labimur, praesertim dictis. Quid igitur h. l. est τὸ σῶμα ; *Pricaeus* : Forte *corporis* uoce intelligendi hic affectus proprii, (quos, quia in plurimis eorum mens corporis ministerio utitur, metonymice σῶμα uocaueris, quomodo per metaphoram τὰ πάντα χαλιναγωγεῖν *Lucianus* dixit :) uel, missa eiusmodi figura, reliqua omnia sui corporis membra, (oculos nempe, ne illicitum quoduis inhiante inspiciant ; manus, ne quid inconcessum tangant ; pedes ne extra orbitas iustitiae se moueant, ceterasque quae supersunt partes,) in officio continebit. Ratio autem uidetur esse, quod quum linguae adeo plerumque uolubiles improuisque sint impetus, ut uel ipsum mentis, (qua nil uelocius,) motum praeuertant, reliquorum autem ministeria membrorum saltem locum aliquem arbitrio ac rationi concedant ; illius rapidos motus qui cohibere non uerit,

uerit, potestates actusque ceterorum sub imperio haud difficulter habiturus est.

3. ἰδὲ, τῶν ἵππων — μεταγομέν) Apposita similitudine ostendit, saepe exigua esse, quae res magnas moueant. Χαλινὸν ἵππῳ ἐμβάλλειν habet Aelian. Var. Hist. IX, 16. Πρὸς τὸ κείθεσθαι αὐτὸς ἡμῶν, Vulgatus: *ut consentiant nobis. Ire uiam quam monstrat eques* — ut plane in eadem re Horatius locutus. Philo de Mund. Opif. p. 19. Ε, τό γε θυμικώτατον ζῶον ἵππος, ραδίως ἄγεται χαλινωθεὶς, ἵνα μὴ σκιρτῶν ἀφηνιάζη.

4. ἰδὲ, καὶ τὰ πλοῖα — βέληται) Τηλικᾶυτα apte dicitur, ad exprimendam nauium magnitudinem. Ἐπὶ σκληρῶν ἀνέμων, a uentis ualidis. Pollux I, 9. §. 17. ἀνεμος βίαιος, σκληρὸς. Difficultatem regimini et hoc addit, quod et fluctibus huc illuc agitantur. Ὅπως ἂν ἡ δρμὴ τῆ ἐυθύνοντος βέληται, quocumque gubernator uoluerit. Ὅρμη hic non est *impetus*, sed *uoluntas, consilium*, quo modo Herodianus Lib. IV. usus est, et alii Historici. Ἐυθύνοντος, i. e. κυβερνήτε. Hesychius: ἐυθύσει-κυβερᾶ, et ἔυθυνος, κυβερνήτης.

5. ἔτω καὶ — μεγαλαυχεῖ) Paruum est membrum lingua, ratione habita corporis humani. Μεγαλαυχεῖν, magna iactare, hic autem magna praestare, uel bona, uel mala, pro recto uel malo usu linguae. Erasmus: pusillum est membrum, sed turgidum et iactabundum, lateque miscens exitium, et ingentes excitans tumultus, ni freno animi cohibeatur: haec totos populos, tota regna committit.

ἰδὲ, ὀλίγον — ἀνάπτει) Vox ὕλης, pro lignis, strue,

strue, omninoque omnibus, quibus ignis nutritur, com-
mode accipi potest. Maior tamen, si de *filua* acci-
pias, sententia est. In Glossis: ὕλη ἐν τοῖς ὄρεσι,
filua, nemus.

6. καὶ ἡ γλῶσσα — ἀδικίας) sc. ἐστὶ. *Etiam lingua
est ignis, cumulus impietatis, i. e. similis est igni, caussa
innumerorum malorum.* Syrus aliter legisse uidetur;
uertit enim: *Et lingua ignis est, et mundus peccati ue-
luti filua est.* Optime quidem, si spectetur totus contex-
tus. Forsan scripsit Iacobus: Καὶ ἡ γλῶσσα πῦρ, ὁ
κόσμος τῆς ἀδικίας ὕλη, nam propter sequens ἔτως fa-
cile ὕλη potuit omitti, sicuti contra ἔτως praeter Sy-
rum omittunt Cod. Alex. et 27. ap. Wetst. Vulg. corb.
Antioch. Damasc. Isidor. Pelus. Sensus itaque esset: *Lin-
gua similis est igni, malus mundus similis est filuae,* ut
mali homines ponerentur uice materiae, quam ignis fa-
cile accendit. Ὁ κόσμος τῆς ἀδικίας *cumulus malorum,*
caussa innumerorum malorum. Sic mihi intelligenda esse
haec uerba uidentur. Temerarii nempe improuisque ser-
mones, uel mendacia etiam et conuicia suscitant incendia
odiorum, diffidorum, seditionum, bellorum etc. Sic La-
tini dicere solent: *oceanus malorum.* Semlerus τὸν κόσ-
μον explicat *ornatum,* ut I Petr. III, 3. Sirac. VI, 30.
ut sit sensus: *κοσμεῖ τὴν ἀδικίαν, res male gestas aut
pessimas studiosissime defendit atque exornat.* Alii aliter.
ἔτως ἡ γλῶσσα — μέλειν ἡμῶν) *Sic inter membra nostra
lingua se habet, καθίσταται, est.* Lingua in membris
uestris illud est, quod igni multa uastanti rectissime com-
paratur. Particulam ἔτως a nonnullis omitti, modo no-
tatum.

tatum. Mihi uero omnino retinenda uidetur, praefertim si forte uox ὕλη in praecedenti membro sit omissa, uel repetenda. Vulgo haec uerba uertunt: *Lingua constituta est inter membra nostra.* Sed quid opus erat, monere lectores de re pueris nota? Bensonius: *illud in nostris membris muneris habet lingua, quod ignis in materiam immissus.* Semlerus: *similiter ἡ γλωσσοῦσα, ὡς πῦρ, καθεξαι - scilicet isto hominum uitio: non constituta est, sed tamquam ignis in membris nostris grassatur.* ἡ σπιλῆσα. ὅλον τὸ σῶμα) *Quae inficit totum corpus, sicut ignis totam filuam accendit, u. 5. Σπιλῆν non tantum est maculare, sed interdum etiam inficere.* Quemadmodum qui ἐν λόγῳ ἐπταίει, potest καλιναγωγήσαι καὶ ὅλον τὸ σῶμα, u. 2. sic contra, qui abutitur lingua, non potest refrenare reliquum corpus, uel corporis membra, quo minus in maiora peccata incidat. Sic e. c. lingua maledica iniuriosum hominem iurgiis implicat, in quibus, si non ad uerbera et uibices uenitur, ira certe totius corporis faciem dehonestat, interdum etiam morbis deformantibus afficit. Sic recte Ven. Storr. καὶ φλογίψα τὸν πρόχον τῆς γενέσεως) *Et inflammat totum uitae curriculum.* Πρόχον pronuntiandum esse, non προχόν, multi iam obseruarunt. Γένεσις est *natura*, ut supra c. I, 23. *Curfus naturae* autem est περίφρασις uitae. Sic Iudith XII, 18. Sap. VII, 5. Haud raro fieri solet, ut homo maledicus, uel effraenis lingua totam secuturam uitam suam reddat tristem et infelicem. Impurae Veneris, quae sine Cerere et Baccho friget, consuetudinem et exitium intelligit Ven. Semlerus. Lingua talium doctorum, qui promittunt uoluptatum omnium libertatem, inflammat omnem cursum

γενέσεως, *naturae, quae inest humano corpori*, ut nullum amplius modum obferuet, sed praecipit in omnes uoluptates ruat. Sic dixit apud Wetstenium Plutarchus τῆς γενέσεως ποταμὸν generationem ex auis, patribus etc. καὶ φλογισομένη ὑπὸ τῆς γενέσεως) Grotius: Praefens pro futuro, nisi scribendum φλογισομένη, quomodo legisse uidetur Syrus. Sicut ipsa incendit; ita et ipsa, nempe cum corpore incendium feret gehennae. Lingua, quae tot iras accendit, et corpus hominis uitamque depasta est, post haec omnia denuo ardebit, inflammata et discruciata a gehenna. Sensus idem qui Matth. V. 22. Vide et Matth. XVIII, 9. Marc. IX, 47. Pro ὑπὸ τῆς γενέσεως Syrus habet נרנב, Arabs لئلا, i. e. ab igne. Alii per gehennam intelligunt prauas cupiditates et concupiscentias, quibus accenditur quasi lingua.

7. πάντα γὰρ φύσις — ἀνθρωπίνη) φύσις θηρίων idem est ac θηρία, *animalia*. Sic Plato de Leg. IX. παρέξει νόμος ἕδεις κτείνειν τὸν πατέρα ἢ μητέρα τὰς εἰς φῶς τὴν ἐκείνης φύσιν (eum) ἀγαθούτας. Vide Io. Conr. Schwarzii Commentar. Linguae Gr. uoce φύσις, ubi plura inuenies exempla. Sic etiam ἡ φύσις ἀνθρωπίνη est, *homo*. Iamblichus uit. Pythag. c. 3. καὶ μείζον τι ἢ κατὰ ἀνθρωπίνην φύσιν ἐνιδόντες τῇ τῷ παιδὸς εὐκοσμία. Dicit autem Iacobus δαμάζεται καὶ δεδάμασαι, ut ostendat, perpetuum hoc esse, et ut nunc fit, ita factum semper. Hesychius: δαμάζεται, ὑποτάσσεται, *subigitur, domatur*, ita ut non possit nocere. Latiorē significatū sumtum uerbum δαμάζειν porrigitur ad omnia animalia noxia, quae cornu, dentibus, calcibus, aut ueneno nocent; significat-
que

que omnes artes, quibus homines utuntur, ad uitanda et coercenda haec animalia; dum capiuntur, armisque suis spoliantur, aut uulnera ab iis accepta, uel uenenati morsus arte humana curantur.

8. τὴν δὲ γλῶσσαν — δαμάσαι) i. e. Difficilius est linguam suam, quam animalia fera et uenenata domare, Loquitur de hominibus sibi relictis. Grotius intelligit *linguam alienam*. Hanc nemo domare potest, sicut animalia fera mansuefacimus. Forte ad utrumque respicitur, ἀκατάσχετον — θανατηφόρον) Sc. ἐς ἱ. Lingua est malum, quod coerceri nequit, plena est ueneno lethifero. *Aerger als ein unbaendiges Ungeheur, schaedlicher als toedliches Gift*. Bengelius: Tum maxime est malum cohiberi necitiam, *quum* turgit ueneno lethali. θανατηφόρος, i. e. adeo mortiferi, ut omnia remedia superet. De susurratrice lingua praecipue loquitur. Videtur Apostolus respicere inprimis ad doctores, u. i. qui inuectiuis in alios Christianos, quos suae partis non esse, sed aliis magistris operam dare uiderent, funestissima diffidia concitabant.

9. ἐν αὐτῇ — γενοῦντας) Ἐν, per. Ἐυλογεῖν, *celebrare, laudare*. Per communicationem Iacobus loquitur in prima persona; intelligit autem multos, inprimis doctores impios. Isti impietatis magistri uolebant uideri doctores Christiani, ideoque Deum omnino sermonibus suis celebrabant; sed imprecationibus aliorum fati ostendebant, se non esse Dei amantes. Quomodo enim Deum ex animo ueneretur is, qui hominibus omnium in his terris creaturarum praestantissimis imprecatur? Καὶ πατέρα, ut

supra I, 27. Καταρᾶσθαι, 𐤒𐤍, proprie est *diris deuouere*, deinde etiam quolibet modo *maledicere*. Pulcre haec conueniunt cum Aesopi dicto: *Linguam et optimam esse et pessimam*. Et Hebraei dicunt: *Vita et mors in manu linguae*. Γεγονότας, i. e. πεποιημένως, Gen. I, 26. 27.

10. ἐκ τῆ ἀπῆ — γίνεσθαι) Οὐ χρῆ, Hesych: εἰ δεῖ, *non conuenit, non oportet ita fieri*. Miseratione dignum, omnium nobilissimam creaturam sibi ita esse contrariam, ut in tota rerum natura nihil simile reperire liceat.

11. μήτι — τὸ πικρὸν;) Eodem nempe tempore, et ex eodem cauo. Nam ex uicinis cauis fit interdum, ut hinc dulcis fluat aqua, inde amara, aut falsa, ut Physici notant. Βρύει, *emanat*. In Glossario: βρύω, *scaturio*.

12. μὴ δύναται — σῶκα;) Similis sententia Matth. VII, 16. ἕτως ἕδεμα — ὕδωρ) Alii rectius legunt: ἕτως ἕδὲ ἀλυκὸν γλυκὺ ποιῆσαι ὕδωρ, sc. δύναται, *sic nec fons salis potest proferre aquam dulcem*. Ἄλυκον pro πηγὴ ἀλυκῆ. *Vulgata*, quacum consentiunt Codices nonnulli, Copt. corb. Cyr. *Sic neque falsa dulcem potest facere aquam*. Mare non edit de se aquas dulces.

13. Τίς σοφός — ὑμῖν;) Alii legunt: εἰ τις σοφός etc. sensu eodem. *Si quis sibi uidetur esse sapiens et docendo aptus*. Videtur enim σοφός dici, qui multa nouit:

novit: ἐπισήμων, qui etiam alios instituere potest. Pertinet sermo ad eos, qui doctorum, ministrorumque provinciam ultro arripuerant, atque in plures quasi societates seiunxerant christianaе religionis cultores. δειξάτω — σοφίας) i. e. in conuietu et conuersatione producat opera, quae nitentur sapientiam testentur. Ἀνασροφή, conuersatio. Praepositio ἐκ hic significat occasionem. Ἐν πρᾶτῃ σοφίας, i. e. ἐν σοφίᾳ πράξις, ut hic recte explicat Syrus. Mansuetudo cum sapientia coniuncta esse debet.

14. εἰ δὲ — καρδίᾳ ὑμῶν) Si autem ad inuidiam amarulentam et contentionem estis proni. Ζήλος, inuidia, liuor, odium. Hesychius: πικρὸν, χαλεπὸν, ἀργαλέον. μὴ καταναυχᾶσθε — ἀληθείας;) Nonne falso gloriamini, contra ueritatem uobis arrogandi sapientis titulum? Μὴ, interrogatiue. Est autem pleonasmus in illo μὴ ψεύδεσθε κατὰ τῆς ἀληθείας. Similis locutio Rom. IX, 1.

15. Ἐκ ἔσω — κατερχομένη) Non haec est illa uera sapientia, quae a Deo fit data; non qualis a Deo per doctrinam religionis christianaе animis instillatur. Ἄνωθεν, coelitus, i. e. a Deo. ἀλλ' ἐπίγειος — δαιμονιώδης) Ἐπίγειος, non quaerens coelestia, sed terrena, conueniens curuis in terras animis. ψυχικὴ, ex malis cupiditatibus et concupiscentiis profecta. Cf. de hac uoce I Cor. II, 14. δαιμονιώδης, malis daemonibus propria, qua utuntur Diaboli, quae abusive uocatur sapientia, re autem uera est malus dolus, qualem adhibuit Diabolus, quum Protoplastos ad peccandum induceret.

16. ὅπερ γὰρ — πρᾶγμα) *Ex inuidia et contentione oriuntur tumultus, et alia plurima mala.* Ἀκατασασία, tumultus, siue seditiones, ut Luc. XXI, 9. 2 Cor. VI, 5. XII, 20. Πᾶν φᾶυλον πρᾶγμα, hyperbole. Vult enim dicere, ex inuidia, et quae eam sequitur acerba contentione, plurima nasci mala.

17. ἡ δὲ ἄνωθεν — ἀνυπόκριτος) Ἄγνη, pura, nempe a terrestribus illis studiis, *frey von boesen Absichten.*
 I Io. III, 3. Ἐιρηνικὴ, pacis studiosa, non contentiosa, ut illa, de qua u. 15. 16. Ἐπιεικὴς, aequa, lenis, omnia, quantum fieri poteit, in meliorem partem interpretans. Ἐυπειθής, obsequiosa. Μεση ἑλέως, plena beneficentiae; sic enim sumi ἑλεος, saepe iam diximus. Καρποὶ autem h. l. sunt *bona opera*, Matth. III, 8. Ἀδιάκριτος, non disceptans; nam διακρίνειν interdum uim *disceptandi, litigandi* habet. Ἀνυπόκριτος, *haud simulata*, non ut mos est ambitionis, aliud clausum in pectore, aliud promptum in lingua habens, ut est apud Sallustium.

18. καρπὸς δὲ — εἰρήνην) *Fructus autem probitatis saluberrimus ab iis feritur, qui pacem colunt, i. e. ex pacis studio quod colunt, multae aliae uirtutes, tanquam fructus proueniunt.* Vt nempe omne uitiorum et malorum genus ex inuidia et contentione nascitur, sic contra ex pacis studio multae aliae uirtutes nascuntur, et multa comoda. Δικαιοσύνη hic generaliter sumitur, ita ut omnia comprehendat, quae nostri sunt officii, ut saepe. Ἐν εἰρήνῃ, *pacis studio*, Grotius hic putat esse ἀνταράκλασιν, ut εἰρήνης uox sumatur primum pro *rebus prosperis,*

seris, (ἐν εἰρήνῃ pro εἰς εἰρήνῃ,) deinde pro *concordia*. Comparatio *sationis* in hac re frequens, ut 2 Cor. IX, 6. Gal. VI, 7. 8. Sic Latini dicunt: *Vti seres, ita metes*. Deinde ποιεῖν εἰρήνῃν est *dare operam paci*, quomodo ποιεῖν δικαιοσύνην, 1 Ioh. II, 29. III, 7.

Caput IV.

1. Πόθεν — ἐν ὑμῖν) *Vnde lites et iurgia inter uos?* Errant, qui rebellionis aduersus Romanos tirocinia quaedam hic inueniunt. Designantur potius lites et dissidia familiarum, sectarum, aut partium in eadem ciuitate, sine externo armorum strepitu. ἔκ ἐντέθεν — μέλεσιν ὑμῶν;) Post ἔκ ἐντέθεν nonnulli ponunt signum interrogationis, et uolunt intelligi *ex hoc terrarum orbe*. Refertur autem rectius ad sequentia. *Voluptates*, metonymice appellat cupiditates rerum terrenarum. Velut peruerfi illi doctores (c. III, 1.) quaerebant magnam existimationem et auctoritatem, dona praesertim et munera diuitum, quorum etiam scelestae uitae ipsa doctrinae conformatione patrocinari haud erubescabant. Sed et ii, qui prauos magistratos sequebantur, *uoluptatibus* ducebantur. Ἐκ τῶν ἡδονῶν — μέλεσιν ὑμῶν, *ex cupiditatibus illis malis, quae animos uestros uexant, et turbant*. Cf. 1 Petr. II, 11. Rom. VI, 12. 13. VII, 23. *Maximus Tyrius* diff. 36. bellum illud internum in homine uocat πόλεμον ἢ δημόσιον, ἀλλ' ἰδιωτικόν. ἢ σιδηροφορεῦντα, ἢ δὲ πυρφορεῦντα — ἀλλὰ γυμνὸν ὄπλων, ἀσίδηρον, ἄπυρον, λυμαινόμενον τὴν ψυχὴν, καὶ αὐτὴν πολιορκεῦντα. *Cicero* de finibus, I. *Ex cupiditatibus odia, dissidia, discordiae, seditiones, bella*

nascuntur. Egregie dicit Iacobus *κρατευομένων*, quia bella illa externa non essent, nisi prius fuisset internum, cupiditatum scilicet istarum cum recta sanaque ratione.

2. ἐπιθυμείτε, καὶ ἐκ ἔχετε) *Concupiscitis, nec obtinetis*, sc. doctoris munus, existimationem, et id genus alia. *Semlerus* et hic et in praecedentibus locis Iudaizantium studia designari existimat. Conferre iubet Epist. Iudae u. 4. et 2 Petr. II, 19. ubi Petrus loquitur de hominibus, qui promittunt *libertatem* a iugo et dominio gentium. Iam *Whitbyus* designabat, hos expetiisse continuis uotis immunitatem a tributis; et imperium in alias gentes. Ingeniosa sane sunt haec, et quae Vir summus de Iudaizantium studiis, ipsum communis religionis confilium euertentibus, ad illustrandam Iacobi epistolam affert. Possunt tamen plurima huius Epistolae loca etiam sine hac hypothese intelligi. Et eiusmodi homines, quales hic describuntur, ubiuis terrarum reperias. *φονεύετε* — ἐπιθυμείτε) Quum constantissime omnes codices, etiam ueterum translationum retineant *φονεύετε*, sine iusta ratione *Erasmus*, *Beza* et alii eius in locum sufficiunt *φθονεῖτε*. Verbum *φονεύειν* h. l. uel *proprie* est *occidere*, si quis e. g. opum cupiditate alium occidit, aut ueneno e medio tollit, uel de *animo ad caedes parato* potest intelligi. *ζηλήτε*, *inuidetis*. *καὶ ἐδύνασθε ἐπιθυμείν*, nempe id quod optatis, et studiose quaeritis. *Semlerus*: „Haec sententia, *non potestis adipisci*, eius uidetur esse magnitudinis, ut res mediocres aut exiles uix cogitare possimus. Coniunxerim igitur istud propositum,

positum, abiiciendae potestatis romanae; quia et *Petrus*, qui simillimas multas sententias repetit, grauiter admonuit de subiectione et obedientia ciuili magistratui praestanda, 1 Epist. II, 13. seqq. μάχεσθε — αἰτεῖσθαι ὑμᾶς) Μάχεσθαι et πολεμεῖν etiam de priuatis litibus et turbis occurrit apud *Homerum*, aliosque Scriptores. Οὐκ ἔχετε δὲ, sc. illud, quod tam uehementer optatis. Διὰ τὸ μὴ αἰτεῖσθαι ὑμᾶς, quod non petitis uera bona a Deo; quod rerum humanarum dominum quasi contemnit. Itaque iubet Apostolus u. 7. Deo ut se et res suas omnino subiiciant, et uariam spem et superbiam fugiant. Cf. Matth. VI, 24. seqq. Fons igitur uotorum uanorum erat negligentia Dei, et dissolutio animi, in uaria desideria ruentis.

3. αἰτεῖτε — διαπανήσητε) Ad alios oratio conuertitur, qui non erant adeo profani et impii, ac isti alii. Precabantur quidem, sed prauo animo, et improbo proposito, non ut habentes necessaria Deo feruissent, sed ut haberent, quae in uoluptates impenderent.

4. Μοιχοὶ καὶ μοιχαλίδες) Haec uerba nonnulli olim adiunxerunt uersui praecedenti, quam fit noui sermonis initium. Voces *adulteri* et *adulterae* hic sunt sumendae in sensu figurato, de iis qui Deo uni non adhaerent, nec ei per omnia parere cupiunt, sed partim Deo, partim mundo se accommodant; hi enim similes sunt iis coniugibus, qui suo, uel sua coniuge non contenti, externos amores admiscunt. Designantur haud dubie homines, qui nec Christiani iam nec Iudaei erant, propter quorum in-

famiam christiana religio in infamiam adducebatur, 2 Petr. II, 1. 2. Nec tamen est dubitandum, praecipites uoluptates hic simul tangi. ἔκ δίδατε — τῶ θεῷ ἐςιν;) Sensus idem, qui Rom. VIII, 7. Qui sceleratis et malis hominibus placere studet, eorumque uitiosas consuetudines imitatur, is non potest placere Deo. ἕς ἄν — καθίςαται) Ὁ κόσμος et hic sunt homines κοσμικοί, experτες πνεύματος. Καθίςαται inuoluit clara documenta auerſi a Deo animi, quae talibus studiis et consiliis quotidie produntur.

5. ἡ δοκεῖτε — κατῶκησεν ἐν ἡμῖν;) Difficillimus sane locus, quem Doctissimus *Semlerus* παραφράζει ita: „Nec enim eo uos iam delapsos putarim, ut haec non ignoretis quidem, sed existimetis, inanem esse istam scripturae admonitionem, quae de inuidia dixit, spiritum quasi aliquem inuidiae, qui in uobis domicilium sibi fecerit, suscitare ista terrestria desideria., Κενῶς, sine ratione. Quenam uero sit ἡ γραφή, ad quam Iacobus hic respicit, hoc quidem difficile est dictu. Loca citantur uaria ab interpretibus, ad quorum unum Iacobum putant respexisse, e. g. Gen. VI, 3. 5. VIII, 21. Ezech. XXIII, 25. Num. XI, 29. Prouerb. XXI, 10. Cantic. VIII, 6. Eccles. IV, 4. Alii Iacobi hanc sententiam a librariis iam olim falso descriptam et deprauatam fuisse existimant. B. *Zachariae*: in libris sacris haec doctrina occurrit, dona diuina (πνεῦμα,) pugnare aduersus inuidiam etc. ut Gal. V, 17. similis sententia extat; quam explicationem iam *Cocceius* attulerat. *Wetſtenius* putat ad Sap. VI, 11. 23. et alia loca respici, uultque πνεῦμα idem esse

esse ac σοφίαν, desiderandum esse hunc spiritum sapientiae. Sed phrasis ἡ γραφὴ λέγει, uix potest componi cum tam difficili allegatione. *Semlerus* statuit, Iacobum respicere ad librum *apocryphum*, his lectoribus, Iudaeis graecis, satis notum, quod eo minus mirum, quod et *Petrus* in secunda Epistola, et *Iudas* affert locum ex libro *Henochi*, de angelis. Verba igitur πρὸς φθόνου iungit Vir doctissimus cum illis; ἡ γραφὴ λέγει, *scriptura dicit de inuidia*, describendae teterrimae inuidiae causa. Iam sequitur illud, quod illa scriptura de *inuidia* dicit: *ille spiritus* (inuidiae) qui in uobis habitat, impetu perpetuo fertur. Respici putat ad testamentum *Simeonis* num. 3. ὁ φθόνος κυριεύει πάσης διανοίας τῷ ἀνθρώπῳ, nec finit eum edere, bibere, aut facere aliquid bonum; semper ὑποβάλλει, (suggerit) *occidere* istum, cui inuidetur — cognoui, ὅτι ἡ λύσις τῷ φθόνῳ διὰ φόβου θεοῦ γίνεται. Si quis ad Dominum confugiat, ἀποτρέχει τὸ πονηρὸν πνεῦμα) (sc. τῷ φθόνῳ) ἀπ' αὐτῆ. Ergo in homine inuido *habitauit* hic spiritus. Taceo alia loca similia. Secundum hanc interpretationem pro ἐν ἡμῶν legendum esset ἐν ὑμῶν, ut non solum legit *Vulgata*, sed et *aethiopica*. Christiani pierique librarii scripserunt ἐν ἡμῶν, *in nobis*, quia intelligebant de *spiritu sancto*, qui in Pauli Epistolis dicitur *habitare* in Christianis, talibus autem hominibus, ac hic *Iacobus* describit, *adulteris* etc. putabant non conuenire *spiritum sanctum*; tribuerunt ergo Apostolis et sociis. Haecenus *Semlerus*. Ingeniosa omnino est haec interpretatio; sed nec cum praecedentibus, nec cum sequentibus bene cohaeret. Non contemnenda uidetur *Dan. Heinsii* sententia,

tia, quam miror recentioribus ne mentione quidem dignam uisam fuisse. Est nempe $\phi\theta\acute{\omicron}\nu\omicron\varsigma$, si illum audimus, idem ac Hebraeorum הַנְּשָׁמָה , et quidem הוּא הַנְּשָׁמָה , $\phi\theta\acute{\omicron}\nu\omicron\varsigma$ Κυρίε, siue $\pi\alpha\rho\rho\rho\gamma\epsilon\sigma\mu\omicron\delta\epsilon$ Κυρίε, ut Ps. CVI, 16. ubi pro הַנְּשָׁמָה , quod est $\pi\rho\delta\epsilon\ \phi\theta\acute{\omicron}\nu\omicron\varsigma\ \eta\gamma\alpha\gamma\omicron\nu$, in Hebraeo. Ἐπιποθεῖν , pro ἐπιθυμεῖν . Sensus igitur esset: *an ergo ignoratis, passim a Scriptura dici: ὅτι τὸ πνεῦμα ὃ ἐν ἀνθρώποις κατοικεῖ, πρὸς φθόνου Κυρίε ἐπιθυμεῖ; spiritum hominis, (aut qui habitat in homine,) aduersus Deum, et cum indignatione eius, cupiditates suas exercere?*

6. $\mu\epsilon\acute{\iota}\zeta\omicron\nu\alpha$ — $\tau\alpha\pi\epsilon\iota\nu\omicron\iota\varsigma$ δὲ δίδωσι χάριν.) Dan. Heinsius hic ἀπὸ κοινῆ repetendum putat ἢ δοκεῖτε; *An putatis eum frustra maiorem polliceri gratiam?* ut locus, quem tangit, cum altero sequenti, is sit, qui partim Prou. IV, 9. partim III, 34. extat. Ac sic totius loci nostri u. 4. 5. 6. sensus hic esset: *Moechi ac moechae, an nescitis mundi amicitiam inimicitias cum Deo esse? An putatis, frustra a Scriptura dici, ad irritandum Deum concupiscere eum Spiritum qui est in nobis? An uero, frustra maiorem dari ab eo aut promitti gratiam existimatis? Maxime uero. Inimicos enim uere odit: quemadmodum quum dicitur, Dominus superbis se opponit, humilibus dat gratiam.* Alii post uerba $\mu\epsilon\acute{\iota}\zeta\omicron\nu\alpha$ δὲ δίδωσι χάριν suppleunt $\Theta\epsilon\omicron\varsigma$. Maiora uobis beneficia exhibebit Deus, si eius amici esse malueritis, quam mundus, cuius amore flagratis. Similis locus est in Testamento Simeonis num. 4. ubi dicitur: $\text{φυλάξατε ἐν ἀπὸ παντὸς ζήλῳ καὶ φθόνῳ, καὶ πορεύεσθε ἐν ἀπλότῃ ψυχῇ, καὶ ἐν ἀγαθῇ καρδίᾳ}$

δία, ἵνα δώη καὶ ὑμῖν ὁ Θεὸς χάριν, καὶ δόξαν καὶ ἐυλο-
 γίαν. Similiter num. 5. καὶ ἕσσεθε εὐρίσκοντες χάριν ἐνώπιον
 Θεῶ καὶ ἀνθρώπων. Addo, Syrum etiam habere: *Gratiam*
autem ampliozem dedit nobis Dominus noster. Su-
perbos intelligo in uniuersum eos, quos supra com. 4.
 Iacobus uocauerat φίλας τῷ κόσμῳ, et ἐχθρὰς τῷ Θεῷ, qui
 uoluntati Dei aduersantur; *humiles* autem, qui Deo se
 submitunt pio obsequio. In eos nimirum, qui ita mode-
 sti (ταπεινοί) et a cupiditatibus alieni sunt (u. i.) ut tenu-
 iore forte contenti esse malint, quam Dei amorem ne-
 gligere, conferuntur a Deo beneficia multo maiora et
 ampliora terrenis istis commodis, quae inimicis Dei pla-
 cent, Sic totus locus optime cohaeret.

7. ὑποτάγητε ἐν τῷ Θεῷ) Passiuum pro reciproco,
 i. e. *subiicite uos ipsos Deo*, nempe pio obsequio, ut
 non amplius praeferatis fauori Dei τὴν φιλίαν τῷ κόσμῳ.
 Haec expositio contextui uidetur esse conuenientior ea,
 quam Vir Summus saepe laudatus pro indubie uera et
 aptissima habet. Intelligit nempe Iudaeos et Iudaizantes,
 qui solebant auersari imperium Romanorum, quos admo-
 neri a Iacobo, Paulo, Petro, Iuda, existimat, opus esse,
 ut Romanis, et sic Deo, se subiiciant, abiiciantque ista
 consilia rebellionum continuarum. ἀντίστητε — ἀφ'
 ὑμῶν) *Resistite Diabolo*, Dei aduersario pessimo, a uera
 pietate et in Deum obsequio auertere uos tentanti; *et*
aufugiet a uobis, nihil nocere uobis poterit. Nihil
 nempe ualet machinatio Diaboli, nisi apud eos, qui uitiis,
 adamatis a diabolo, ipsi delectantur, eademque peccata iam
 sua sponte fouent, quae Satanus adiuuare paratus est.

8. ἐγγί-

8. ἐγγίσατε — ὑμῶν) i. e. *Deum pio obsequio colite, et propitius erit uobis.* Ἐγγίξειν Θεῶν, בָּרַךְ, est *Deum colere, adorare*, phrasi desumpta a cultu templi. Deus contra dicitur *ad nos uenire*, quum nos adiuuat, et beneficiis afficit. καθάρισατε χεῖρας ἀμαρτωλοῖ) i. e. *a sceleribus et uitiiis abstinete.* Dicuntur illi *polluere manus*, (per Hebraismum,) qui dediti sunt impuris, indignis, improbis factis, studiis, operibus. *Purgant manus*, qui ab his abstinent. καὶ ἐγγίσατε καρδίας, δίψυχοι) *Mentis puritati date operam, qui adhuc duplici fuistis animo*, inter Iudaeos et Christianos quasi medii. Δίψυχοι uel sunt ii, qui iam nec Iudaei, nec ueri Christiani erant, uel in uniuersum ii, qui supra u. 4. audiebant μοιχοῖ, qui quamuis religiosi uideri uellent, (I, 26.) Dei tamen amicitiae non sincere se deuouerant, sed cupiditatum illecebris unice capiebantur.

9. ταλαιπωρήσατε — κλάυσατε) Pluribus phrasibus utitur Iacobus ad poenitentiam, et tristitiam de peccatis eo studiosius commendandam. Ταλαιπωρήσατε, *agnoscite uestram miseriam.* Cogitate, quam uana et caduca sit illa felicitas, qua adhuc gauisi estis, atque uestram in mediis fortunis humilitatem et miseriam cum profundo doloris sensu agnoscite. ὁ γέλως — κατήφειαν) *Quantum antea risistis, et gauisi estis, ubi ultionem uobis de inimicis sumere, res eorum rapere, et cupiditatibus uestris indulgere licuit, tantum nunc suscipite dolorem ac moestitiam.* Κατήφεια talis est tristitia ac moestitia, quae uultu demisso se prodit.

ΙΟ. ταπεινάθητε — ὑψώσει ὑμᾶς) Agnoscite tenuitatem uestram coram Domino, et Deus sui fauoris uos reddet participes.

ΙΙ. μὴ καταλαλεῖτε ἀλλήλων) *Ne rodite uos inuicem, fratres. Καταλαλεῖν, criminari; scelerum aliquem reum postulare.* Doctores illi impii, de quibus supra c. III, 9. s. dictum est, cum affectis, sine dubio lacerabant meliores Christianos. Fortassis etiam Iudaizantes aliis Christianis, legum Mosaicarum auctoritatem non amplius agnoscen- tibus detrahebant, eosque criminabantur. δ καταλαλῶν — κρίνει νόμον) *Qui alterum uituperat et damnat, nempe ob eas res, quas Christus in Euangelio non damnat, qualia sunt obseruationes dierum, ciborum et similia, ille uituperat et damnat ipsam legem nobis Christianis propriam, religionem christianam, quam ut imperfectam spernit.* Καταλαλεῖ νόμος, sc. ἡμῶν, aut τῆς Χριστοῦ. Est enim intelligendus νόμος τέλειος τῆς ἐλευθερίας, c. I, 25. κρίνειν τὸν νόμον Christi est doctrinam Christi pro imperfecta declarare, Iudaismum porro necessarium iudicare, atque ideo contradicere aliis doctoribus. Sed potest etiam per νόμον h. l. intelligi lex illa principalis, de qua c. II, 8. In hac enim lege continetur etiam interdictum obtrectationum, 1 Petr. II, 1. 2 Cor. XII, 20. Damnata uero illam legem, quisquis impune sibi licere putat, ut in alterum maledicta conferat. εἰ δὲ νόμον — κριτῆς) *Sin autem doctrinam Christi damnas ut imperfectam, iudicium tibi sumis in legem, cui obsequi debueras. Es iudex legis, i. e. conaris, affectas esse iudex legis, de sanctitate et necessitate eius tuo arbitrato statuens.*

12. εἷς ἐστὶν — ἀπολέσαι) Post νομοθέτης addunt καὶ κριτῆς Cod. Al. et plerique iuniores codices, Syr. utr. Erp. Copt. Aeth. Vulg. corb. floriae. Cyr. Antioch. Euthal. Cassiodor. Sensus est: Nos enim Christiani unum tantum auctorem legis nostrae agnoscimus, Deum; huius unius tanta est auctoritas, ut pronuntiandi potestatem habeat de hominum salute atque interitu. Ἐἷς ἐστὶν ὁ νομοθέτης, *Deus*, uel *Christus*; nam ad rem et sensum nihil interest. Δυνάμενος hic *ius potestatemque* significat, ut Act. IV, 20. 2 Cor. XIII, 8. Christus index omnium a Deo datus, ius potestatemque habet et feruandi nos et perdendi. Illi igitur integrum relinquendum est iudicium de rebus dubiis. οὐ τίς ἐστὶ — ἕτερον;) Quem te facis: nonne homo es? neque legis auctor, nempe iudex animorum a Deo constitutus? Rom. XIV, 4.

13. ἄγε νῦν — κερδήσομεν) Codices quidam exhibent πορευσώμεθα — ποιήσωμεν — ἐμπορευσώμεθα, καὶ κερδήσωμεν, quum alii tantum *indicatiue* legant. Sensus fere est idem; Indicatiuus tamen uidetur praefendus. Transiit Iacobus ad aliud argumentum; reprehendit nempe studium immodicum rebus humanis gerendis impensum, quo mercatores et negotiorum gestores feruntur, tanquam fatis certi de uitae suae longo adhuc itinere. *Semlero* Apostolus uidetur reprehendere contemptum quasi publicum christianae doctrinae, quae sensim hac illa in urbe solebat propagari. Hi, quos Iacobus iam alloquitur Christiani, ex Viri docti sententia nec Iudaeis, nec probioribus doctoribus dabant operam, sed
 tempus

tempus et otium in alias operas consumebant. Excusabant se, dicentes: Iam iter suscipimus Romam, Alexandriam, Tyrum, Antiochiam, Ephesum etc. Ἐνιαυτὸν ἕνα, *annum unum* nominat, loco temporis incerti, longioris.

14. δεῖπνες — αὔριον) Qui tamen minime nostis, quid crastino die sit euenturum; quid pariturus sit dies crastinus, ut loquitur Salomon Prouerb. XXVII. 1. Seneca: *Nemo tam diuos habuit fauentes, Crastinum ut possit sibi polliceri.* ποία γὰρ ἡ ζωὴ ὑμῶν) *Quam caduca res est uita haec uestra!* Quasi diceret, quum uiae tantillum emetiendum superfit, cur tantum uiatici concupiscitis? Seneca Epist. 101. *Nauigationes longas, et pererratis littoribus alienis seros in patriam reditus proponimus — quum interim ad latus mors est.* ἀτμὶς γὰρ ἀφανιζομένη) Ἄτμις pro ὡς περ ἀτμὶς. Vapor, aut fumus pauillum ad tempus uidetur, deinde diiparet. Sic et *umbrae* uitam humanam conferunt Hebraei, Ps. CII, 12. Iob. VIII, 9. I Paral. XXIX, 15. Plin. Lib. III. Epist. 7. *Quid tam circumcisum, tam breue, quam hominis uita longissima?*

15. ἂν τὸ ἐκεῖνο) *Quum dicere deberetis: Si Deus dederit, ut uiuamus, faciemus hoc et hoc;* nam καὶ saepe est ἐξηγητικόν. Lucianus in Contemplantibus: ἐπὶ δεῖπνον κληθεὶς ὑπὸ τινος τῶν φίλων, μάλις α ἤ ξω, ἔφη, καὶ μεταξὺ λέγοντος, ἀπὸ τῶ τέγους κεραμὶς ἐμπεσῶσα αὐτὸν ἀπέκτεινε. Minucius in Octauio: *Deus magnus est, et, Deus uerus est: et, si Deus dederit, uulgi iste naturalis sermo est.* Quo minus Christianos, qui iustum pretium rebus omnibus

omnibus statuere debent, decet ista leuitas, securitas, arrogantia.

16. νῦν δὲ — ἀλαζονείαις ὑμῶν) Placetis uobis in istis iactantiis de futuro. Καυχᾶσθαι hic est, imagine spei conceptae titillari, rei, quam certo sibi euenturam quis credit, uoluptatem antecapere, et ex eiusmodi laetitia in sermonis iactantias erumpere. Luc. XII, 19.

17. εἰδότες — αὐτῶ ἔσιν) Hoc uult Iacobus: Moniti estis a me; ignorantiam non potestis obtendere; si quid posthac tale dixeritis, grauior erit culpa.

Caput V.

1. Ἄγε νῦν — ἐπερχομέναις) Putant nonnulli, Apostolum per apostrophen sermonem dirigere ad Iudaeos, permixtos Christianis. Fuisse inter Iudaeos, extra Palaestinam, multos satis diuites, luxuriae deditissimos, et Iudaicae religionis parum castos amatores, uel ex *Philonis* multis locis constat, qui grauissime reprehendit commestationes et uitae deprauationem publicam. Nihil tamen obstat, quo minus intelligamus diuites *Christianos*, c. II, notatos. Cf. etiam capituli IV. priorem partem, quam ad Christianos pertinere nemo dubitat; cuius loci cum nostro magna est similitudo. Κλάυσατε, Imperatiuus pro futuro, stilo prophetico, ut rem certissimam demonstraret. *Flebitis*; instat hoc ferale tempus. Ἐπὶ ταῖς τ. ὕ. τ. ἔτ. *propter euenturas uobis calamitates.* Ἐπὶ hic est *propter*, ut alibi saepe. Praesignificat Apostolus, ut nonnulli

nulli putant, post excisa Hierosolyma euenturas Iudaeis calamitates; prope enim aduentabat tempus a Christo praediētum. Post gentem disperiam, pessime etiam aliis in locis extra Palaestinam tractari coeperunt Iudaei, quorum tunc sub nomine latebant et Christiani. Quum autem omnibus diuitibus improbis immineat miseria, qualis hic describitur, non opus esse hac interpretatione uidetur.

2. ὁ πλῆθος — γέγονεν) *Diuitiae uestrae putredine quasi corrumpuntur, et uestimenta uestra a tineis corroduntur.*
 Ὁ πλῆθος, omnia frumenti genera, oleum, uinum, poma, carnes, pisces etc. quibus antiqua per tempora *diuitiae* maxime solebant describi. Possunt tamen omnia facultatum genera intelligi. Vt enim uniuersae opes *marcescere* dicuntur, ita simili tropo etiam *putrescere* dici possunt. Vestium *seorsim* fit mentio, respectu habito ad c. II, 2. f,

3. ὁ χρυσὸς — κατίωται) *Aurum uestrum et argentum aerugine uitiatur.* Auro, licet proprie aerugine non ipsum possit corrumpi, uiridis tamen interdum adhaeret color, si diu desolūm, aut acri humori longa in quiete expositum iacet. Ceterum ut Latini pro *pecunia* aurum uel argentum uel aes synecdochice appellant: ita etiam ἀργύριον, aut χρυσὸς καὶ ἄργυρος pro nummis uniuerse dicitur. καὶ ὁ ἴδς — ἕστα) *Atque eadem aerugo testimonium quasi perhibebit apud Deum aduersus uos; reos uos peraget, nempe iniustitiae erga operarios aliosque oppressos.* De locutione εἰς μαρτυρίαν uide ad Matth. VIII, 4. X, 18. etc. καὶ φάγεται — ἡμέραις) *Varia est huius loci interpunctio. Syra translatio non habet ὧς, atque*
Tomus V. X iungit

iungit πῦρ cum ἐθθαυρίσατε. Sequentibus iungunt τῦρ etiam Cod. Al. et alii, uersiones Arabicae et Aethiopica. Plurimi interpungunt post τὰς σάρκας ὑμῶν, et recte quidem; nam ignem uorare humanas carnes, iam Homerus dixit Iliad. ψ. u. 177. seqq. Sensus est: *Continuus moeror, (sed et fames, penuria ciborum, quos alieno in loco collegistis) depascet istud obesum corpus.* Ἐθθαυρίσατε ἐν ἐσχάταις ἡμέραις, pro εἰς ἐσχάτας ἡμέρας, *talem thesaurum coaceruastis in nouissimos dies.* Imminet nempe aduentus Domini, qui seuerè uindicaturus est saeuitiam omnem, qua usi estis in colligendis opibus.

4. ὁ μισθὸς — κράζει) *Clamare ad coelum, i. e. ad Deum* quaedam scelera et flagitia dicuntur, quia et grauiora sunt aliis, et iustus iudex inter homines iis deesse solet. Gen. IV, 10. XVIII, 20. Exod. II, 23. 24. *Messores* nominantur, quia hi mercedem suam nonnisi grauiissimo labore acquirunt, ob incommoda aestus, Solisque intemperiem. Accedit, quod quum haec natio hominum plerumque καθήμερόβιος fit, qui pane eos hodie-mo maligne fraudat, sudori crastino exhauriendo iis uires subtrahit. Intelliguntur simul multi alii operarii, quacumque tandem ratione iusta mercede priuari solerent. καὶ αἱ βοαὶ — εἰσεληλύθασιν) Κύριος Σαβαὼθ est hebr. יהוה צבאות Deus, qui est Dominus fiderum, angelorum, hominum, omniumque creaturarum, ac proinde *potentissimus*. Vide dicta ad Rom. IX, 29. *In aures intrarunt, i. e. exauditae sunt.*

ς. ἐτροφήσατε — ἐσπαταλήσατε) *Vixistis in omni deliciarum et lasciuiae genere in hoc mundo.* De uerbo σπαταλαῶν cf. I Tim. V, 6. Ἐπὶ τῆς γῆς, in hoc mundo. ἐθρέψατε — σφαγῆς) i. e. *indulxistis genio et corpori; abundantissime uino et cibo uos impleuistis, pecudibus mastrandis similes.* Τὰς καρδίας ὑμῶν, i. e. *uosmet ipsos.* Ἐν pro εἰς. Similis locus est apud Philonem in Flacc. p. 990. C, ubi *Flaccus* de salute sua desperans, queritur; σιτία μοι καὶ ποτὰ καθάπερ τοῖς θρέμμασιν ἐπὶ σφαγῆν δίδονται. *Cibus potusque mihi praebetur, sicut mastrandis pecudibus.* Indicauit igitur Apollolus elegantissima hac locutione, quae mala a diuino numine imminerent, dum ii otio et luxu diffuerent. *Oecumenius* explicat de ianiena Iudaeorum, a Romanis occidendorum.

6. καταδικάσατε — ἀντιτάσσεται ὑμῶν) *Condemnatis et interficitis probos homines, nec ipsi resistere possunt uobis.* *Condemnatis probos,* i. e. efficitis uestris opibus, ut ab aliis, siue arbitris christianis, siue magistratibus infidelibus damnentur. *Interficitis eos,* dum litibus intendendis et mercede retinenda uictu eos spoliatis. *Resistere uobis non possunt;* quia opibus sunt inferiores uobis.

7. μακροθυμήσατε — τῷ κυρίῳ) *Expectate igitur, fratres, donec ueniat Dominus.* Μακροθυμεῖν, h. l. est *expectare.* Cf. u. 8. Vertitur nunc sermo ad oppressos. Παρυσία κυρίῳ h. l. nonnullis est iudicium Christi in gentem Iudaicam; nam gliscebatur iam tum Iudaeorum rebellio, cuius fatalis et tristis euentus, ueteri scripturae phrasi, *aduentus Domini* dicitur. Vt nempe Deus quasi

longius abesse dicitur, si maleficia hominum per aliquod tempus impune perpetrari, et boni a malis opprimi uidentur: Sic *aduenire* dicitur Deus, quando malis iusta poëna infertur. Potest tamen simul etiam significari iudicium Christi ultimum in genus humanum uniuersum; nam de tempore nihil certi didicerant ueteres Christiani, et semper iussi erant intenti esse in ultimum illum diem, qui bonos ab omni malorum uexatione erat liberaturus. Cf. u. 8. δ γεωργός — τῆς γῆς) *Spes alit agricolas.*

Ὁ γεωργός, i. e. quiuis agricola. Egregie dixit τὸν τίμιον καρπὸν τῆς γῆς, frugem, qua maxime alimur; eius enim frugis magnus semper honos et apud Iudaeos et apud Christianos. μακροθυμῶν — ὄψιμον) Abest

ὑστὸν ab Itala, Vulg. Copta, et cod. 9. Wetstenii, seu Stephani 13. Sic pertinerent adiectiua πρότερον καὶ ὄψιμον, ad praecedens καρπὸν, sunt enim terrae fructus alii tempore priores, alii ὄψιμοι. Sensus itaque esset: *Patienter expectat, dum accipiat pro temporis opportunitate fructuum unum genus post alterum.* Si genuina est lectio ὑστὸν, intelliguntur imbres, de quibus Hebraei utuntur nominibus עב מלקוש uel עבא מלקוש et ירה עבא, quae coniunctim nominantur Deut. XI, 14. Joel. II, 2; et alibi. Haec est pluuia illa, quae decidit, quum simul sunt semina terrae commissa; i. e. pluuia *autumnalis*; illa uero, quae fruges, quam iam adoleuerint, efficit ut proueniant laetius et uberius, hoc est *uernalis*. Praeferenda tamen uidetur prior sententia; nam λάβη refertur ad ἐκδέχεται et μακροθυμῶν, estque complementum spei. Et optime illa adiectiua conueniunt frugibus. *Hesychius*: ὄψιμον, ὁπὲρ γεννώμενον, ὁψιτελε-

εδρ. Glossar: πρῶτος, praecox. Sic Ierem. XXIV, 2.
τὰ σῦκα τὰ πρῶτα.

8. μακροθυμήσατε — ἡγυικε) *Patienter expectate et mos, sub spe frugis multo maioris. Στηρίξατε τὰς καρδίας ὑμῶν, i. e. animos uestros spei magnitudine confirmate.* Translata est phrasis ab iis, qui cibo et potu reficiuntur, et vires corporis colligunt, Iudic. XIX, 5. 8. *Quotidie magis appropinquat aduentus Domini,* quo nempe dura uestra conditio feliciter mutabitur. Praecipue autem admonet, ut spe futurae felicitatis pascantur. Nam in hac vita nunquam plane liberati sunt Christiani a vexatione malorum.

9. μὴ σενάζετε — κριθῆτε) Alii legunt κατακριθῆτε, sensu eodem; nam utrumque uerbum interdum significat *punire. Ne Deus uos puniat.* Voce σενάζειν Beza intelligit quandam internam querimoniam; quae impatientiam declaret, quamuis non prorsus erumpat. Grotius: *ne alii inuidete aliis. Pricaeus* indicari hic arbitratur talem pectoris motum uel ab inuidia ortum, uel etiam ab excandescencia; ab *inuidencia*, quum alienis bonis quis carpitur et maceratur; ab *ira*, quum ad opinionem alicuius iniuriae perpeffae indignatio oritur. Ὁ κριτής, nempe illius qui succenset, et cui succensetur. Πρὸ τῶν θυρῶν, locutio est notans summam proximitatem.

10. ὑπόδειγμα — κυρίε) Ἰπόδειγμα, exemplum, ad quod nos ipsos fingere debemus, ut Io. XIII, 15. Κακοπάθεια, *malorum perpeffio.* De his malis, quae Prophetæ pertulerunt, uide Hebr. XI, 35. sqq. Μακροθυμία,

constans in aduersis patientia. Ἐν ὀνόματι κυρίου,
Dei mandato.

II. μακαρίζομεν τὰς ὑπομένοντας) Ἰπομεινάντας le-
 gunt cod. Alex. et iuniores nonnulli, Syr. Vulg. corb.
 Euthal. Nec male, quia illa exempla omnia fuerunt tem-
 poris praeteriti. Laudamus adhuc constantiam eorum,
 qui talia mala pertulerunt, beatosque eos hoc nomine
 praedicamus. Ergo et imitandi a nobis sunt. τὴν
 ὑπομονὴν Ἰωβ ἠγάσατε) Amiffis liberis ac bonis, torto per
 grauiſſimos dolores corpore, amicis eum calumniantibus.
 Viderur multis uera eſſe haec hiſtoria, ſed tractata poe-
 tice. καὶ τὸ τέλος κυρίως εἶδετε) *Et praeclarum exitum,*
 quem Deus curauerit, *intellexiſtis.* Κυρίως hic eſt Geni-
 tiuus cauſſae. Vidiftis, inquit, id eſt, legendo cognoui-
 ſtis, quem exitum ei Deus dederit: bonam ac firmam
 ualeitudinem, plurimos ac florentes liberos, famam et
 honores et diuitias. Multi cum *Augustino* hoc traxerunt
 ad Chriſtum.

12. πρὸ πάντων — ὄρκου) Quia Iudaei ualde promi-
 erant ad iuramenta, nec facile euelli ea conſuetudo po-
 tuit, ideo Chriſtianos monet ſerio Iacobus, ut memine-
 rint eius praecepti, quod Chriſtus dedit. *Semlerus* ad
 coniurationem et ſodalitia quaſi Iudaizantium refert, quae
 iureiurando firmarentur aduerſus Romanos. Cf. dicta
 ad Matth. V, 33. ſqq. Iudaei ſuperſtitioſiores ad uul-
 garia iuramenta non diſerte Dei nomen uſurpabant, ſed
 res alias, ut coelum et terram. Sed his quoque abſtineri
 uult Chriſtus. Nec illam Chriſti reprehentionem, nec hoc
 Iacobi dictum pertinere ad politicum et legitimum ius-
 iuran-

iurandum, nexus orationis, et res ipsa docet. ἤτω — εἰ, εἶ) *Esto autem uestra affirmatio mera affirmatio, et negatio mera negatio.* Debent Christiani affirmare, quod affirmandum est, negare quod negandum est sine omni iurando, uel ulla alia asseueratione accedente. ἢ αὐτὴ ὑπὸ κρίσιν πέσειτε) Plurimae editiones typis expressis habent εἰς ὑπέκρισιν, quomodo habent codices iuniores, Arab. polygl. Armen. Antioch. Oecumen. Theoph. Sed ὑπὸ κρίσιν habet cod. Alex. Syr. Erp. Copt. Aeth. Vulg. corb. et nonnulli codices iuniores. Haec lectio praefenda uidetur. *Ne in reprehensionem et damnationem iustam incidatis.* Ἐμπίπτειν εἰς κρίσεις occurrit Sirac. XXIX, 19. Κρίσεις intelligi potest Dei; poena a Deo infligenda; potest etiam accipi de iudicio humano. Nam iuramento se obstringere temere pro aliis, affert utique periculum κρίσεως, quia multi sponsores facile deserunt.

13. Κακοπαθεῖ — προσευχέσθω) *Si quis uestrum moerore afficitur, uel res aduersas patitur, preces ad Deum fundat.* Κακοπαθεῖν uel est malis affligi, uel animi tristitia laborare. Iudaei quaedam morborum atrociorum genera tribuerunt daemoniis, illisque eiiciendis adsciuerunt uarias formulas uerborum et caerimonias tristes. Talem morborum curationem prohibere uidetur Iacobus. Si quis moerore, animi tristitia, melancholia laborat, προσευχέσθω, sc. more christiano; non iam cogitet de poenis aliorum, non imponat aliis orandi prouinciam, more Iudaeorum, nec differat in conuentum publicum sacrum. ὕθυμει τις, ψαλλέτω) *Si quis laetatur, (ob ac-*

cepta a Deo bona,) *Deo gratias agat*, etiam cum cantu.
Col. III, 16.

14. ἄσθενεῖ — ὀνόματι τοῦ κυρίου) Ἄσθενεῖ, de morbo corporis intelligitur, et differt a κακοπαθεῖν, quod animi est. Προσκαλεσάσθω τοὺς πρεσβυτέρους τῆς ἐκκλησίας. Respicere uidetur Iacobus ad Christianos, qui essent ex Iudaeis, quorum pristinam consuetudinem paululum immutat, ut Iudaismus seiungatur; nam allegauit *Wetstenius* ex Thalmude duo testimonia, quae similiter *Seniores* ad aegrotos aduocari iubent, eorumque preces commemorant. Apud alios Christianos, qui non erant ex Iudaeis, haec consuetudo aduocandorum presbyterorum, non deprehenditur, quantum quidem ex tot Epistolis Pauli possumus colligere, qui χάρισματα ἰαυάτων commemorat quidem, sed sine presbyteris. Haec igitur admonitio, quae Iudaicam consuetudinem tantum corrigit, ne superstitioni iudaicae locus esset, non habet legis auctoritatem. Satis antiqua uidetur esse haec consuetudo, Sirac. XXXVIII, 9. Ἀλείφαντες αὐτὸν ἐλαίῳ. Apud Iudaeos *oleum* adhiberi solitum, boni ominis causa, recuperandae ualitudini suo modo profuturum; apud alios, qui hanc consuetudinem adhuc ignorabant, non opus fuit oleum adhiberi. Sacrum ritum *unctionis extremae*, quae moritoris iam impenditur, minime ex hoc loco posse demonstrari, facile patet; commemoratur enim adiumentum sanitatis, non praesidium et adiumentum pacatius moriendi. Ceterum sanandi uis tribuitur πίσει et precibus. Fuit nempe haec commotio animi sanctior, non semper quidem, saepe tamen, coniuncta cum restitutione ualitudinis, praecipue,

si languor corporis ex animi moerore et tristitia ortus et auctus esset.

15. καὶ ἡ εὐχή — ὁ κύριος) Ἡ εὐχή τῆς πίστεως, preces ad Deum, ex fide in Christum profectae, et cum pia fiducia coniunctae, et quidem preces tam presbyterorum, quam ipsius aegrotantis. Σώσει τὸν κείμενοντα, impetrabunt aegroto salutem corporis, nempe nisi aliter ei expediat ad salutem aeternam. Ἐγερεὶ αὐτὸν ὁ κύριος, Christus, non Presbyter eum ex mortuis eriget. Locutio inde, quia qui graviter aegrotant, solent cubare. Hinc et Latini surgere dicunt eos, qui sanitatem recuperant. καὶ — ἀφεθήσεται αὐτῷ) Ἀμαρτίας, sc. graviora peccata, quae saepe sunt morborum causae. Antiquissimus est hic religionis sensus, Gen. XX. Deut. XXVIII, 15. 21. 22. Ps. XXXVII, 9. Morbo curato, etiam peccatum ipsum condonatum esse dicebatur, I Chronic. VII, 13. 14. Ies. XXXIII, 24.

16. ἐξομολογεῖσθε ἀλλήλοις τὰ παραπτώματα) Παραπτώματα hic sunt peccata graviora. Sermo est de eiusmodi aegroto, qui ipse sciat, aut cogitet, hunc morbum huius vel illius peccati causa, tanquam poenam ipsi accidisse. Hunc ne pudeat, peccatum hoc in conspectu presbyterorum fateri; nam efficacius orat ecclesia pro peccatis sibi cognitis, adhibens simul idonea remedia malo, ne in id recidatur. καὶ ἔυχασθε — ἰαθῆτε) Preces intelligendae sunt publicae, pro iis, qui malefaciendo morbos sibi contraxerunt. πολὺ — ἐνεργεμένη) Precatio pii multum ualet efficere. Δέησις πολὺ ἰσχύει ἐνεργεμένη ex Graecitate accipiendum uidetur, pro :

γεῖν. *Inspiratas intelligere preces cum multis interpretibus, (ob exemplum u. 17. adductum) non opus est.*

17. Ἠλίαις — ὁμοιοπαθείς ἡμῶν) *Et morti et uitae malis obnoxius, non minus quam nos.* Act. XIV, 15. καὶ προσευχῇ — μῆνας ἕξ) Προσευχῇ προσηύξατο, *intente orauit.* Notissimus Hebraismus, qui rem auget. Τῷ μὴ, i. e. ἔνεκα τῷ μὴ βρέξαι. Ἐπὶ τῆς γῆς, *in terra decem tribuum.* Per tres annos, et sex menses, ut Luc. IV, 25. ubi dicta uide.

19. εἰάν τις — τις αὐτὸν) *Si quis inter uos aberrauerit a uera doctrina, (et pietate) eum uero aliquis in rectam uiam reuocauerit.* Ἀλήθεια, uera doctrina Christi, et uitae ratio, quam praescribit Euangelium.

20. γινωσκέτω — πλῆθος ἀμαρτιῶν) *Tenete, eum, qui reuocaturus sit peccatorem a peruersa ratione, animum a pernicie uindicaturum, et multa peccata oblitteraturum esse.* Γινωσκέτω, sc. ὁ γνώσκων, *sciatur.* Πλάνη δδῶ, complectitur non tantum opiniones, sed et mores peccatoris ab euangelio abhorrentes. Ψυχὴν, non modo *corpus*, sed et *animum.* Θάνατος, *status infelicitatis.* Καλύψει πλῆθος ἀμαρτιῶν, efficiet, ut illa iam conuersi peccata priora Deus dissimulet, et quasi extra conspectum suum ponat. Καλύπτειν, ἸΟΥ, est *condonare*, Pi. XXXII, 1.



SCHOLIA

IN

EPISTOLAM PETRI PRIOREM.



Petrum Apostolum esse huius Epistolae Auctorem, ex multis Veterum testimoniis luculenter patet, unde *Eusebius* eam inter Scripta N. T. *δημολογούμενα* refert, *Hist. Eccles. L. III, c. 25. Cf. c. 39. Irenaeus c. haeres. L. IV, c. 9.* Quinam isti fuerint, ad quos Petrus scripsit, discimus ex c. I, 1. ad quem locum plura annotabimus. De loco, ubi scripta sit Epistola, legenda sunt curiosis, quae disputavit de hac re *Ill. Michaelis*, *Introduct. in Libr. N. T. § 209.* Scita est obseruatio *Ven. Semleri*, (in *Prolegom. in Epist. Iacobi §. 12.*) quam hic repetere iuuat. „Facillime, (inquit) lectores, qui hos libros sacros quotidie uersant, magnam conuenientiam Epistolarum *Petri* cum ista *Iacobi* obseruabunt; nec deest in altera *Petri* c. 3. istud clarum indicium, lectas fuisse plures *Pauli* Epistolas ab auctore; easque iam apud alios *Christianos* ex *Iudaeis*, in honore fuisse; itaque auctoritatis quasi causa, etiam ablegat istos lectores suos ad has Epistolas. *Iudae* autem Epistola satis luculenter occupat istam *Petri* secundam; similiter conuenientiam νοημάτων, quae occurrunt in *Pauli* Epistolis, etiam in istis

Petri

Petri non obscuram esse, facile intelligitur. *Epistolarum* igitur scribendarum exemplum quasi praeiuit Paulus, quod imitati sunt postea alii Apostoli, ut istas societates Christianorum ex Iudaeis aduersus errores hominum partim fanaticorum, partim improborum munirent, qui non minus has societates turbabant, quam istas Pauli uariis opinionibus quasi infecerant. Ex his consilium etiam Petri in scribenda hac Epistola quodammodo patet.

Caput I.

I. **Ε**κλεκτοῖς — Βιθυνίας) *Christianis dispersis per Pontum, Galatiam* etc. Hoc et sequenti comate totius epistolae exordium continetur. Ἐκλεκτοῖς, *Christianis*, ut Rom. VIII, 33. Col. III, 12. et aliis locis. Est titulus iumentus ex ueteri Testamento, in quo Israelitae uocantur בְּחֹרִים, *ἐκλεκτοί*, Ies. LXV, 9. et alibi. Παρεπίδημοι, תושבֵי, *peregre habitantes*, Iudaei extra patriam, (Palaestinam nempe) uiuentes. Nostro loco multi intelligunt *Profelytos*, גְּרִים, et quidem *Profelytos Portae*, i. e. non circumcisos, sed unum uerum Deum colentes, propter locum huius epist. c. IV, 3. qui innuere uidetur, eos, ad quos scripsit Petrus, non omnes fuisse Iudaeos natione. Sed uide annotanda ad illum locum. Διασπορά, *disper-sio*, Iudaei per orbem terrarum dispersi. Cf. Ioan. VII, 35. Dispersi erant autem Iudaei in diuersas regiones, diuersis temporibus et occasionibus, siue in bellis, ut per *Tiglathphalasarum, Salmanasarem, et Nabuchodonosorum*, siue ad uitanda mala interna, quibus de causis multi et in Syriam et in Aegyptum, et in alia loca Romani imperii concess-

concessere. Insignis est locus apud *Philonem* de Legat. ad Caium p. 1031. D. ubi *Agrippa* ad *Caligulam* scribit, *Hierosolyma metropolin esse non unius regionis Iudaeae, sed et multarum aliarum, propter colonias inde olim deductas, uel propius in finitimam Aegyptum, Phoenicem, Syriam, tum ceteram, tum eam, quae Coele nominatur: uel longius in Pamphiliam, Ciliciam, plerasque Asiae partes, usque Bithyniam et Ponti sinus intimos, etc.* Hoc loco nominantur Pontus, Galatia, Cappadocia, Asia, et Bithynia, quae omnes sunt regiones Asiae. Quum igitur separatim nominatur Asia, ea intelligenda est pars Asiae, quae κατ' ἐξοχὴν sic dicitur, Romana prouincia. Sunt itaque ἐκλεκτοὶ παρεπίδημοι διασπορᾶς Πόντου etc. Christiani ex Iudaeis hic inde dispersis in Ponto etc. Ex primum hic nominata regione, Ponto, Epistola haec dicitur ad Ponticos, quomodo eam appellant *Tertullianus*, et eum in multis sequens *Cyprianus*.

2. κατὰ πρόγνωσιν Θεοῦ πατρὸς) Hoc per traiectionem referendum ad illud ἐκλεκτοῦς, quod praecessit. Πρόγνωσις, decretum, consilium, ut Actor. II, 23. Ad christianam igitur religionem perductos esse ait, ex decreto et consilio Dei Patris. ἐν ἁγιασμῷ πνεύματος) Dum per spiritum illos sanctificauit, i. e. mutauit in melius. ἁγιαζειν saepe esse segregare, consecrare, notum est. Segregantur autem ab aliis hominibus ii, qui non sunt amplius in errore, non amplius in sceleribus uiuunt sicut reliqui homines, sed per Spiritum sanctum ad meliorem cognitionem et uitam adducti sunt. εἰς ὑπακοὴν — Χριστοῦ) Ut religionem suscipiant, et participes fiant beneficiorum, quae mortis

morti cruentae Iesu Christi debemus. Ἑπακοή non con-
struitur cum αἵματος, sed solum ponitur; βαντισμὸς
uero coniungitur cum αἵματος, et passiuo sensu sumitur.
Est nempe ὑπακοή susceptio religionis, ὑπακοή πίσεως,
sic dicta, quia Deo docenti credit, iubenti obsequitur is,
qui religionem suscipit. Vox βαντισμὸς sumta est ex lege
Mosis, ubi et populus et sacerdotes, ante quam in san-
ctuarium terrestre intrarent, humore quodam adpersi sunt,
Exod. XXIV, 8. Num. XXXI, 23. Sic et nos, ut in san-
ctuarium coeleste intremus, adspergi debemus Christi san-
guine, i. e. purgari a peccatis. Purgamur uero sanguine
Christi, quando nobis ob mortem Christi peccata remittun-
tur, nosque abstrahimur a uitiis. Mors Christi est causa
remissionis peccatorum, est etiam argumentum, cur scelera
fugiamus, et sancte uiuamus. χάρις — πληθυνθείη) *Et*
fauor Dei, et inde procedens prosperitas uobis crescat
in dies. Eadem precatio apud Paulum quoque 1 Cor. I, 3.
et aliis locis plurimis.

3. Incipit Petrus ab insigni religionis christianae com-
mendatione, et commemoratione beneficiorum Dei, in illos
Iudaeos collatorum. u. 3 — 12. εὐλογητὸς — ἐκ νεκρῶν)
Laudamus Deum et patrem Domini nostri Iesu Christi,
qui pro maxima sua benignitate recreat animos nostros
spe laetissima, facta nobis per resurrectionem Iesu Christi
ex mortuis. Ἐυλογητὸς, ἰς. ἔσω, laudatus sit, ברוך.
Ἀναγεννᾶν, *noua quasi uita donare, recreare, felicem*
reddere. Nouus quasi homo redditur, qui ex statu infe-
lici transfertur in felicem. Hanc significationem contex-
tus suadet. Potest tamen etiam hoc uerbum ἀναγεννᾶν
explicari

explicari *mutare in melius*, facere aliquem Christianum. Ἐλπὶς ζωῆς, *spes laetissima*. Nam ζωὴ interdum etiam est felicitas, laetitia, id quod affert laetitiam. Hanc spem nobis factam esse dicit, per resurrectionem Christi, quae et rem ostendit possibilem esse, et simul ostendit, ipsum esse ueracem, qui nobis resurrectionem promisit.

4. εἰς κληρονομίαν — ἀμίαντον) *Fore ut olim potiamur bonis, quae neque perire possunt, neque ullo uitio laborant, neque splendorem et pulchritudinem unquam amittunt.* Obiectum illius spei describitur. Κληρονομία, הַנְּחִלָּה, *haereditas, possessio firma, bona quae possidentur.* Bona illa coelestia comparantur cum deliciis Paradisi, semper florentis. Ἀφθαρτον, *quod nunquam perit.* Coelestia illa bona nobis nunquam eripi possunt. Ἀμίαντον, *quod non infici, uel uituari potest.* Non erunt mixta mala bonis. Ἀμάραντον, *quod non marcescit, uel amittit suum splendorem.* τετηρημένην — ὑμῶς) *Quae reposita sunt in coelo uobis.* τηρεῖσθαι hic, quod ἀποκεῖσθαι 2 Tim. IV, 8. et Coloss. I, 4. Ἐἰς ὑμᾶς, i. e. ὑμῶν, יְכַלְכְּלֵנוּ.

5. πρὸς ἐν δυνάμει — ἐσχάτῳ) *Qui Dei praesidio asseruamini felicitati quae uobis in extremo tempore manifestabitur si credideritis.* φερεῖσθαι, *custodiri, i. e. asseruari et reseruari εἰς σωτηρίαν, felicitati.* Perinde est, siue dicas, reseruamur felicitati, siue felicitas reseruatur nobis. Ἐν δυνάμει θεῶ, *potentia Dei*, qui efficere potest, ut felicitas, quam speramus, nobis olim contingat. Ἐπίμεν (μέλλουσα) ἀποκαλυφθῆναι, *quae uobis manifestabitur.* διὰ πίστεως, *dum certissime creditis et expectatis illam felicitatem.* Sensus u. 3. 4. 5. est; Lau-
damus

damus Deum, qui nos ad religionem perduxit, ut aeternam felicitatem consequi possimus,

6. ἐν ᾧ — πειρασμοῖς) *Quare gaudetis, etsi in praesenti uariis malis affligimini, si ita oportet fieri.* Ἐν ᾧ, sc. χρήματι. *Quapropter.* Refertur ad totam rem, de qua in praecedentibus erat sermo. Illa magna bona expectata perfundunt uos maximo gaudio. Matth. V, 12. Ἐι δέον ἐστὶ, *si ita oportet fieri*, Act. XIV, 22. Expectatis hanc felicitatem, quanquam nunc ad tempus aliquod, (nempe dum breuis haec uita durat,) tristitiam sentiatis ex uariis calamitatibus, quas uobis inferunt et gentes incredulae, et Iudaei.

7. ἵνα τὸ δοκίμιον — ἀποκαλύψῃ Ἰησοῦ Χριστοῦ) *Vt probata constantia uestra, multo pretiosior auro perituro, quamuis igne probato, sit uobis laudi, honori et gloriae, eo tempore quo Christus gloriose apparebit.* Τὸ δοκίμιον ὑμῶν τῆς πίστεως, id, per quod exploratur fides uestra. Exploratur autem fides, siue certa expectatio futurae felicitatis per miseras et calamitates. Videtur tamen h. l. intelligi fides ipsa per calamitates explorata. Haec fides est multo pretiosior auro perituro, χρυσίον τῶ ἀπολλυμένῳ. Οἱ ἀπολλύμενοι pro perituris dicuntur etiam apud Paulum, 2 Cor. IV, 3. ut regna peritura apud Virgilium Georg. II, 498. Διὰ πυρὸς δοκιμαζόμενον alias uno dicitur uerbo πεπυρωμένον. Similis locus est apud Philon. de Sacrif. Ab. et Cain. p. 144. Β. ὁ τιμιώτερος χρυσίον λόγος, sermo quouis auro pretiosior,

8. ὃν ἐκ εἰδότες — δεδοξασμένη) *Quem oculis non conspectum, amatis, cui, quamuis nec nunc eum cernentes, confiditis, de eo gaudebitis gaudio ineffabili et praestantissimo, beatissimo.* Ἐιδότες pro ἰδόντες quam lectionem habent cod. Reg. nunc num. 9. insignitus, item 7. 27. 29. 61. apud Wetstenium, Lect. 1. Syr. Arr. Aeth. Vulg. Polyc. Irenaeus. Ὅν ἐκ εἰδότες, *quem non uidistis in terris agentem.* Ἄρτι μὴ ὀρῶντες, *nunc eius gloriam et maiestatem non cernentes.* Deest obiectum gaudii. Quare supplendum ἐν αὐτῷ ante ἀγαλλιᾶσθε, uel ἐφ' ᾧ initio commatis. Χαρὰ ἀνεκκλήτῳ, *gaudio, quod uerbis exprimi nequit, ineffabili.* Χαρὰ δεδοξασμένη, *gaudium summum, uel etiam beatitas praestantissima.* Ἀγαλλιᾶσθε, Praef. pro futuro.

9. κομιζόμενοι — σωτηρίαν ψυχῶν) Κομιζόμενοι pro κομισάμενοι. Sed praesenti tempore uti maluit ob rei certitudinem. Κομιζεσθαι, *reportare*, in sensu praemii habemus et 2 Cor. V, 10. Eph. VI, 8. Τὸ τέλος τῆς πίστεως ὑμῶν *praemium constantiae uestrae.* Τέλος, *merces, praemium*, quia in fine operis datur. Hebraei uocant Π'רנא, ut Ierem. XXIX, 11. Vide Rom. VI, 21. 22. Σωτηρίαν ψυχῶν, *salutem nostram*, quae est περιποίησις ψυχῆς, Hebr. X, 39. Σῶσαι ψυχὴν habes, apud Iac. I, 21. Intelligitur autem hic *salus et felicitas* omnis Christianorum, non tantum futurae sed et huius uitae. *Wolfarth der Seelen, geistliches Glück.* De hac enim felicitate est sermo com. 10. ut bene ostendit *Moldenhauer* ad h. l.

ΙΟ. περὶ ἧς σωτηρίας — προφητεύσαντες) *Cuius felicitatis rationem accuratius cognoscere studuerunt Prophetae, qui praedixerunt bona uobis euentura.* Viderunt aliquid magni in nostra fera tempora referuari; sed quale id esset, non potuerunt peruidere. Idem sensus Luc. X, 24. Ἐἰς ὑμᾶς, uobis, ut u. 4. Praedixerunt bona, quae nobis nunc euenere; sed plerumque sub umbris. Χάριτος, sc. γενησομένης. Non itaque fortuito haec geruntur; sed quod nos factum uidimus, id prophetae ueteres, qui fuerunt ante nos, praedixerunt.

ΥΙ. ἐρευνῶντες — δόξας) *Sciscitanti sunt, quo uel quali tempore futurum esset id, quod illis indicabat Spiritus a Christo datus, qui afflatu suo significabat, quid esset passurus Christus, ac mox ad quantam gloriam euehendus.* Ἐἰς τίνα ἢ ποῦτον καιρὸν ἐδήλα τὸ πνεῦμα, in quod uel quale tempus monstraret Spiritus, i. e. quo uel quali tempore esset euenturum etc. Potest etiam suppleri: respiciens. Ad quod aut quale tempus respiciens reuelabat etc. Petrus maxime indicare uidetur *Danielem*, qui tempus ab angelo inquisiuit, ut uidere est Dan. IX, 22. 23. τίνα καιρὸν, qua annorum hebdomade; ποῦτον καιρὸν, quale tempus, libero populo, an seruiente, an semilibero. Τὸ ἐν αὐτοῖς πνεῦμα, sc. δν, siue λαλῶν. Spiritus Christi autem uocatur uel ex obiecto, quia res Christi praesignificabat, uel quia iam tum a Christo datus est Prophetis. Esset igitur Spiritus Messiae operatio Messiae, quae prophetas inspirauit, ut ualia praedicerent. Τὰ εἰς Χριστὸν παθήματα, i. e. τὰ Χριστῷ ἀποβησόμενα παθήματα. Luc. XXIV, 25. 26. Act. XXVI, 23. Καὶ τὰς

τὰς μετὰ ταῦτα δόξας sc. ἐσομένας, resurrectionem Christi, ascensum in coelos, missionem Spiritus sancti, gentium uocationem.

12. οἷς ἀπεκαλύφθη — διηκόνουν αὐτὰ) *Quibus haec reuelata sunt ut nostro bono, non suae ipsorum utilitatis gratia annunciarent ea.* Praedixerunt res, quae euenturae erant, non ipsorum, sed nostro tempore. Profuerunt magis nobis, quam sibi ipsis. Διακονεῖν h. l. est *annunciare*, ut apud Iosephum Ant. VI, 13. ταῦτα δὲ τῶν πεμφθέντων διακονησάντων πρὸς τὸν Νάβαλον. εἰ νῦν — ἀπ' ἕραν) *Quae nunc uobis plene explicata sunt per Apostolos, et eorum adiutores, donatos coelitus spiritu sancto, i. e. donis maioribus, quam ipsi prophetae habuere.* Ἐυαγγελίζεσθαι, aut εὐαγγελίζεσθαι sensu actiuo non raro apud Scriptores N. T. Accusatiuum personae regit uice Datiui, Luc. III, 18. Act. VIII, 25. 40. et alibi saepe Ideo praecefferunt prophetarum uaticinia, quo certior esset fides nobis Apostolis, qui nunc eadem uobis annunciamus facta, quae praedixerant illi futura. εἰς ἃ — παρακύψαι) i. e. *Quae angeli cum summo gaudio et uoluptate contemplantur.* Ἄ hic significat omnes res istas, de quibus egerat, quas Angeli ipsi, antea non percognitas, cum summo gaudio nunc perspiciunt. Παρακύπτειν hic sumitur, ut Iac. I, 25. Ἐπιθυμῆσιν, ἰδῆν, amant. Non igitur mirum, si prophetae concupiscebant cernere ea, quae nobis nunc eueniunt bona, quum ipsis etiam angelis sit admodum iucundum gratumque spectaculum.

13. Sequitur hortatio ad studium sancte uiuendi, ex superiore illa beneficiorum commemoratione deducta, quae

extenditur inde usque ad cap. III, 16. διδ' ἀναζωσάμενοι — Ἰησοῦ Χριστοῦ) Διδ, quum tantus uobis honor sit destinatus, tanta felicitas parata. Ἀναζωσάμενοι τὰς ὀσφύας τῆς διανοίας ὑμῶν, parati (in occursum aduentantis Domini,) *similes iis, qui accincti sunt lumbis.* Accingi lumbis solent, qui se ad corporale aliquod ministerium parant, Luc. XII, 35. Eph. VI, 14. Transferuntur autem membra et actus corporis ad animum. Christus ad remunerandos bonos et puniendos malos iustus iudex adueniet. Diem aduentus incertum esse nobis uoluit. Quapropter semper paratos nos esse decet. Νήφοντες, *sobrii ac uigilantes,* ut animi probi nobis simus conscii, animum habentes minime perturbatum prauis affectibus. Τελείως, *πρὸς τέλος,* ad finem usque, constanter. Construe cum ἐλπίζαντες. In uerbis sequentibus est traiectio, pro ἐπὶ τὴν χάριν τῆν φερομένην ὑμῶν ἐν απ. I. X. Χάρις autem ponitur pro summo effectu diuinæ benevolentiae, i. e. uita aeterna. Haec felicitas aeterna nunc offertur omnibus, qui obtemperant Euangelio, sed possidebitur ἐν ἀποκαλύψει Ἰησοῦ Χριστοῦ, quum palam ostendet maiestatem suam cunctis hominibus et angelis et daemonibus Dominus noster Iesus Christus.

14. ὡς τέκνα — ἐπιθυμίαις) *Tanquam filii (Dei) obediētes, non amplius indulgete pristinis cupiditatibus, quibus tempore ignorantiae uestrae (in Iudaismo uel Gentilismo) dediti fuistis.* Τέκνα ὑπακοῆς, i. e. ὑπήκοα. Συσχηματίζεσθαι, *transformari,* certam formam habitumque induere; atque ita συσχηματίζεσθαι cupiditatibus pristinis, est inire pristinam peccandi societatem ac consuetu-

fuetudinem. Ἄγνοια est tempus ignorantiae, ante professionem religionis Christianae susceptam.

15. ἀλλὰ κατὰ — γενήθητε) Sed ad exemplum eius, qui uos Christianos esse uoluit, et ex omni parte bonus est, uestra etiam uita et conuersatio tota sit inculpata et integra. Κατὰ est nota similitudinis: ad exemplum.

Ἄγιος, Ὁ ἁγίος, uocatur Deus, ob summam perfectionem, ob quam ueneratione nostra est dignissimus. Nos eum amore boni et iusti imitari debemus; non enim agnoscet pater filios, nisi sui similes.

16. διότι — ἅγιός ἐστι) Leuit. XI, 44. et XIX, 2.

Si hoc dictum Israelitis illo tempore, quanto magis hoc tempore, plus sanctitatis requirente! Non uobis suffecerit Mosaica puritas, ut abstineatis a contactu cadauerum, ut lotos habeatis pedes etc. sed totum pectus nostrum Deus uult procul abesse ab omnibus uitiorum inquinamentis.

17. καὶ εἰ πατέρα — ἔργον) Imo, quum eum religiose colatis patrem, qui sine personarum respectu diiudicat quemque secundum facta sua. Καὶ, ut interdum hebr. ו, immo. וְעַי, וְעַי, quoniam, quum. Ἐπικαλεῖσθαι, religiose inuocare, colere. Ἀπροσωπολήπτως, sine partium praepostero studio. Non aestimat quenquam ex genere, aut fortuna, sed tantum ex uitae ratione et moribus. Vos igitur Iudaeos non magis excusatos habebit, quam e gentibus natos, Act. X, 34. Ἔργον, Singulare pro Plurali, ut Iac. I, 15. ἐν φόβῳ — ἀνασράφητε) Cum uerecundia summa moderamini uitam uestram, donec agitis in

terra quasi peregrina. Φόβος, *uerecundia, cautio*, quae in eo est, ut semper de nobis cogitemus, et solliciti simus, ne peccemus. Τὸν χρόνον, *Accusatiuus durationis.* Ἡ παροικία, latine *incolatus*. Intelligi potest peregrinatio Iudaeorum inter Paganos, uel etiam nostra in his terris peregrinatio. Cf. Hebr. XI, 13. sqq.

18. εἰδότες — πατροπαράδοτος) *Considerantes, uos non caducis rebus, argento uel auro liberatos fuisse ab inepta uestra uiuendi ratione, a maioribus accepta.* Μάταια ἀνακροφῆ, *inepta uiuendi ratio*, nam μάταιον, *uanum, ineptum*, ut Tit. III, 9. *Idololatriam* saepe uoce μάταιον exprimi, uerum quidem est; sed haec significatio non semper locum habet. Ἐλυτρώθητε, *redempti, liberati estis*, a scelestâ agendi ratione, a dominio scelerum. Id factum esse, dicit Petrus, pretioso sanguine Christi. Nempe mors Christi est argumentum et causa, cur sancte uiuendum sit. Tit. II, 14. Qui tanto pretio redempti sunt, omnibus modis debent aduigilare, ne ob ingratitudinem in relictam retrahantur seruitutem.

19. ἀλλὰ τιμίῳ — Χριστῶ) Τιμίῳ αἵματι, *cruenta, quae maximi pretii est, morte.* Ἄιμα, pro *cruenta morte.* Χριστῶ ὡς ἀμὼβὴ ἀμώμῃ καὶ ἀσπίλῃ, *Christi, qui similis erat agno uitii experti, et maculae nescio.* Ἀμωμον, cui nulla pars necessaria deest; ἀσπίλον, in quo nulla est deformitas. Vtrumque dicitur de sacrificiis, et uictimis. Victima, non habens uitium corporis, est Deo grata et probata. Sensus igitur est, Iesum Deo esse gratum et probatum; Deum acquiescere morte Christi. Sensus idem, qui I Cor. VI, 20. Rom. XIV, 7. 8. 9.

20. προγνωσμένοις — δι' ὑμᾶς) *Qui destinatus erat* (huic negotio, ut nos liberaret a uitiiis) *ante mundum conditum, ostendit autem se mundo his demum temporibus, uestro bono.* Προγνωσκειν hic sume, ut πρόγνωσις supra com. 2. Καταβολή, initium. *Ante mundum conditum, i. e. ab aeterno.* Ἐκ' ἐσχάτων τῶν χρόνων, *his demum temporibus.* Cf. Hebr. I, 1. Δι' ὑμᾶς *propter uos, i. e. uestro bono.*

21. τῆς δι' αὐτοῦ — εἶναι εἰς Θεόν) *Qui nunc per eius doctrinam commoti confiditis Deo etc.* Δι' αὐτοῦ, *per eum, i. e. per eius doctrinam, et propter maxima beneficia uobis praestita, Io. XIV, 6. Hebr. VII, 25. Firmiter persuasum est uobis, eum, qui Christum a morte liberavit, summaque gloria auxit, uobis etiam eadem bona esse largiturum.* Ὡσε τῆν πίσιν ὑμῶν καὶ ἐλπίδα εἶναι εἰς Θεόν, *ita ut fiduciam uestram et spem collocare possitis in Deum.* Frustra populares uestri uobis obiiciunt, uos a Deo defecisse; nam illa ipsa fides uestra et spes per Christum in eum Deum tendit, cuius illi se cultores profitentur.

22. τὰς ψυχὰς — ἀνοπόκριτον) *Quum animi uestri praeparati sint ad sincerum Christianorum amorem, ex quo tempore, operante Spiritu sancto, christianam religionem professi estis.* Ἀγνίσειν, *purgare.* Puri redditi sunt ac praeparati *animi uestri, non obseruatione lustrationum Mosaicarum, sed ἐν τῇ ὑπακοῇ τῆς ἀληθείας, per obedientiam ueritati Euangelicae praestitam.* Purgamus mentem, quum sensus prauos eiicimus, et bonos sensus, amorem uirtutis sumimus. Διὰ πνεύματος *per*

Spiritus sancti operationes et dona eximia. Deest hoc in nonnullis Codicibus, Versionibus et Patribus. ἐκ καρᾶς — ἐκτενῶς) Ἐκ καρᾶς καρδίας, eodem sensu, quo I Tim. I, 5. Ἐκτενῶς, uehementer, haud perfunctorie. Quemadmodum Christus uos dilexit amore haud uulgari, ita et uos, quemadmodum edocti estis per christianam religionem, sincero et eximio charitatis studio uos inuicem prosequamini.

23. ἀναγεννημένοι — ἀφ' ἄρτου) *Nouam adepti estis uitam, non ex semine mortalium hominum, sed ex immortali semine.* Iudaei gloriabantur, quod ex Abrahamo ducerent genus. Vos autem, inquit, alio modo facti estis filii Dei. Ἀφ' ἄρτου, sc. σπορᾶς, intellige effectiue; ex semine ducente ad uitam immortalem. διὰ λόγου — αἰῶνα) *Nempe per eam doctrinam, quae auctorem habet Deum aeternum, et semper manebit.* Verba μένουτος εἰς τὸν αἰῶνα referri debent ad doctrinam. Haec manet in aeternum; quicquid enim Deus dixit, id in aeternum uerum est, prodest et ualet.

24. διότι — ἄνθρωπος χόρτος) *Nam omnes homines similes sunt gramini, et tota eorum praestantia dignitasque similis est floribus agri.* Ies. XL, 6. 7. Σᾶρξ, homo, ex mortali semine natus, Io. III, 6. Δόξα ἄνθρώπου, quicquid in rebus humanis magnificum ducitur, forma, uires corporis, eruditio humana, diuitiae, honores, ita sunt, ut herbae uiror. Pro ἄνθρώπου legendum uidetur αὐτῆς. ἐξηράνθη — ἐξίπτεσθ) Prope eadem uerba habet Iacobus, c. I, 11. ut appareat, fuisse haec prouerbio usurpata.

25. τὸ δὲ ῥῆμα — αἰῶνα) Ex Ief. XL, 8. Immutabiliter uera est doctrina diuina; semper exferit uim suam et efficaciam, et ducit ad uitam aeternam. τῆτο δὲ — εἰς ὑμᾶς) 'Εἰς ὑμᾶς, ἰσθ, uobis, ut supra com. 4. Vult dicere, illa uerba Iesaiæ sensu excellentissimo ualere de Euangelio. Hoc enim aeterna bona offert, et nobis ad salutem aeternam consequendam prodest. Quum igitur non caduca, sed aeterna bona nobis promittat, eius causa debemus etiam sanctitati studere.

Caput II.

1. Ἄποθήμενοι — καταλαλιᾶς) Verbum ἀποτίθεισθαι eodem sensu habemus Iac. I, 21. Eph. IV, 22. 25. Κακία, alibi nomen generis, hic speciei, ut latinum *malitia*. Illa maxime uitia notat Petrus, quae inter Iudaeos latissime regnauerant.

2. ὡς ἀρτιγέννητα — ἐπιποθήσατε) Pergit Apostolus in metaphora supra I, 23. coepta. *Recens nati* uocantur ii, ad quos Petrus scribit, Christiani, quia admodum nuper doctrinam Euangelii receperant. Γάλα λογικόν, *lac nutriens animam*. Ita uocatur doctrina Euangelii, et quidem hic intelliguntur prima eius rudimenta, quia haec lactis instar sunt, quo infantes nutriuntur, 1 Cor. III, 2. Ἄδολον, *sincerum*, non aliis rebus mixtum, ac proinde sanitati animae conducens. Ἐπιποθεῖτε, *auide concupiscere*, ut infantes recens nati lac appetere solent. Sensus est: Homines quum sitis, qui nouam uiuendi sentientique rationem inire debent, auide discite doctrinam Christi, qua haec noua uita nutritur, similes infantibus etc.

ἵνα ἐν — σωτηρίαν) *Vt crescatis*, i. e. ad maiorem cognitionem uirtutemque progressus faciatis. Ἐἰς σωτηρίαν, ad perpetuam uestram salutem et emolumentum. Ἐἰς σωτηρίαν, deest quidem in Editionibus uulgaribus; extat uero in cod. Al. Regio 9. et aliis iunioribus. Habet Syra Versio utraque, Arabica Erpenii, Copta, Aethiopica, Vulgata, et ex Patribus Clemens Al. Origenis interp. s. Rufinus, Cyrill. Damasc. Euthalius, Hieron. Gildas, Cassiod. Auctor de promiss. Et recte hoc additur. Nam *incrementum* illud, nempe in cognitione Dei et uera pietate, non alio spectat, quam ad salutem aeternam.

3. εἶπερ — ὁ κύριος) Pergit in coepta translatione. Infantes, qui degustauerunt lac maternum, magis illud appetunt, et desiderant matrem. Ita etiam Christiani, experientia edocti, quam suaue fit et salubre lac doctrinae, magno amore feruntur in Christum. Γέυεσθαι hic est, *ipsa experientia teste aliquid cognoscere*. Sic etiam apud Iosephum Ant. II, 10. 3. Respicitur simul ad Pf. XXXIV, 9. Ὁ κύριος autem hic est *Christus*. Ὅτι, *quam*. Χρησθῆς, *suavis*, ut a gustu sumta translatio melius procedat, i. e. benignus.

4. πρὸς ἑν — ἑντιμον) Cf. Eph. II, 20. 21. Προσερχεσθαι hic est, *colere* ut Hebr. VII, 25. X, 1. Sensus est: *Quem nunc colitis fide et obedientia, tanquam salutis uestrae auctorem*. Λίθον ζῶντα, lapidem improprie sic dictum, Christum, qui uiuus est et aeternus. Respicitur ad loca Pf. CXVIII, 22. Ies. VIII, 14. et XXXVIII, 16. Vide etiam Matth. XXI, 42. *Homines* hic

hic intellige Iudaeos, sed praecipue eos, qui erant in Synedrio. Quod in Psalmo est, factum in lapidem angularem, i. e. quo totum aedificium sustineretur, id hic aliis uerbis dixit sensu eodem ex Ies. XXVIII, 16. Παρὰ δὲ θεῶ ἐκλεκτὸν, in oculis autem Dei excellentissimum, בְּהוֹרֵא.

ς. καὶ αὐτοὶ — πνευματικὸς) Vos etiam estis pars templi, allegorice sic dicti; estis membra eius ecclesiae et societatis, cuius Christus est auctor, caput et dominus. Δίθροι ζῶντες, ut u. 4. Οἶκος πνευματικὸς, uocatur ecclesia, uel uniuersus Christianorum coetus, in uniuerso mundo dispersus. Comparatio instituitur cum templo Hierosolymitano, quod sanctissimum habitum Iudaeis. ἱεράτευμα ἅγιον) *Ordo sacerdotum sanctus; sacerdotes uenerabiles*, abstr. pro concreto. Non tantum pars huius templi sunt Christiani, sed et ipsi Sacerdotes, i. e. tam Deo grati, quam Sacerdotes V. T. qui tantum ex una tribus parte erant. ἀνεύγκαι — Χριστῷ) i. e. εἰς τὸ ἀνεύγκαι. Θυσίας πνευματικὰς, *sacrificia quae animo offeruntur*, quorum uetera umbrae fuere. Haec autem sacrificia sunt preces, castitas corporis, opera misericordiae. Διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, *secundum Christi praeceptum*.

6. διότι περιέχει ἐν τῇ γραφῇ) Περιέχει, pro περιέχεται. *Continetur in Scriptura*. In quibusdam Codd. est περιέχει ἡ γραφή. Sed haec emendatio, seu potius corruptio, tribuenda est ignorantiae librariorum, qui receptam lectionem concoquere non poterant. Locus, huius nostrae simillimus, est apud Iosephum, Ant. XI, 4. 7. ubi

ubi Darius dicitur literas ad praefectos suos misisse, his additis: βέλωμαι γίνεσθαι πάντα, καθὼς ἐν αὐτῇ περιέχει, quae in ea epistola continentur. ἰδὲ, τίθημι — κατασχυνθῆ) Contractus est locus ex Graeco Ies. XXVIII, 16. Sensu primo, siue eo, quo homines Iesiae tempore uiuentes haec intelligere debebant, promittitur defensio et securitas, quam Hierosolyma praestare deberet incolis suis, omnibusque qui se eo a Sancheribo recepissent. Sublimiore autem sensu haec ualent de Christo, ad quem confugere debent omnes, qui in aeternum seruari cupiunt. Messiam, inquit Deus per Prophetam, in Iudaica gente prodire uolo etc.

7. 8. ὑμῶν ἐν — πιστεύουσιν) Ille lapis uestri ratione habet pretium; nos eius pretium cognoscitis, dum scilicet cognoscitis, Iesum esse dominum et Messiam. Ἡ τιμὴ, abstractum pro concr. ἔν τιμος, quod praecessit, ad quod alludit. ἀπειθεῖσι — σκανδάλῳ) Accusat. λίθον est pro nominat. λίθος, quam constructionem habemus etiam Matth. XXI, 42. I Cor. X, 16. Vel supple: quod attinet. Vide, quae ad illustrandum hunc locum, dicta sunt ad Matth. XXI, 42. Factus est κεφαλὴ γωνίας, lapis angularis, quo quis facile offendi potest. Eadem res ter dicitur. Ies. VIII, 14. οἱ προσώπτεισι — ἀπειθεῖντες) Impingunt, doctrinae non credentes. Repudiant Messiam cum omni sua doctrina. εἰς ὃ καὶ ἐτέθησαν) In quam rem (incredulitatem) etiam positi, cui rei destinati sunt. Phrasis haec accipienda est ex usu uitae communis, quo ea, quae permittente Deo fiunt, referuntur ad actionem effectiōnemque Dei. Quum igitur h. l. Iudaei, doctrinam

de

de Christo repudiantes, dicantur εἰς τὴν τοτέθητες, intelligitur, hanc esse sortem eorum; eos esse semel tales; non posse ab iis aliud expectari.

9. ὑμεῖς δὲ — περιποίησις) Γένος ἐκλεκτῶν, *populus dilectus*, ex Ies. XLIII, 20. ubi Israhelitae sic uocantur. Christianis nunc hoc nomen potiori iure competit. Βασίλειον ἱεράτευμα, ex Exod. XIX, 6. ubi in *Hebraeo* מַמְלַכְתָּה כֹּהֲנִים, *regnum sacerdotale*, i. e. regnum, cuius ciues iuribus et priuilegiis sacerdotum fruuntur; ciues, quos uiolare nefas est; in *Graeco* autem l. c. ut hic: βασιλεῖον ἱεράτευμα, *sacerdotes regii*, i. e. sacerdotes summi Regis, nempe Dei. Sacerdotes regii autem h. l. improprie intelligendi sunt, qui colunt Deum. Ἐθνὸς ἄγιον, cf. supra c. I, 15. Sumta uerba ex Deut. VII, 6. et XIV, 2. ubi in *Hebraeo* קָדוֹשׁ אֱלֹהֵיךָ. λαὸς εἰς περιποίησιν; *populus mihi proprius, acquisitus*, לֵי סֹגְלָה, Exod. XIX, 5. ubi in *Graeco*: λαὸς περιέσιος. Sed Mal. III, 17. idem nomen ἡ δόξα uertitur εἰς περιποίησιν. ὅπως τὰς ἀρετὰς — φῶς) Τὰς ἀρετὰς, i. e. *laudes, gloriam, excelsa Dei attributa*. Graeci enim interpretes usurpant pro hebraico הַלְלָה, Ies. XLII, 8. *non dabo gloriam meam aliis, nec τὰς ἀρετὰς μὴ τοῖς γλυπτοῖς*, et statim eodem cap. u. 12. occurrit phrasis ἀρετὰς ἀγγελεῖν. *Krebsius* interpretatur *benignitatem, beneficentiam, beneficia*, cuius significatus exempla adducit. Sed prior significatio praeferenda est, propter pluralem. Τῆ ἐν σκοτῆς ὑμῶν καλέσαντος εἰς τὸ φαιμασθῶν αὐτῆ φῶς, *qui ex ignorantiae uitiorumque tenebris perduxit uos in admirabilem lucem suam euangelicae ueritatis*.

Hoc sensu σκότος et φῶς saepe iam habuimus. Additur autem hic illud θαυμασθῆναι, ad denotandam huius lucis excellentiam.

10. οἱ ποτὲ — θεῶ) Ex Hos. II, 25. quem locum Paulus aptat iis, qui ex gentibus orti, Rom. IX, 25. ubi dicta uide. Quondam Deus Iudaeos non amauit, quia dediti erant idololatriae; quum autem mutarent mentem, iterum amauit (beneficiis affecit) eos. Hoc Petrus in suam rem transfert. Olim non amauit uos, quia Messiam reiecistis; nunc amat, quia religionem eius fide accepistis.

11. παρακαλῶ — παρεπίδημος) *Adhortor uos tanquam hospites et peregrinos.* Παροικοὶ sunt, qui sedem habent extra patriam; παρεπίδημοι, qui extra patriam peregrinantur. Ex praesente ipsorum statu eos admonet fortis communis omnium hominum, qui in terris agunt ad tempus breue, nec tanquam in suo. Cf. supra I, 1. ἀπέχεσθε — τῆς ψυχῆς) *Abstinetes ab implendis cupiditatibus prauis, contra spiritum quasi militantibus, et animae saluti noxiis.* Ἐπιθυμίαι σαρκικαί, quae ἐπιθυμίαι σαρκῆς, Gal. V, 16. *Militant aduersus Spiritum,* repugnant menti. Mens autem, corpori opposita significat rectam rationem et cognitionem meliorem. Cupiditates pravae impediunt hanc meliorem cognitionem, et salutem animae.

12. τὴν ἀνασροφὴν — καλὴν) Ἔχοντες, sc. ἐσε, i. e. ἔχετε. Vide Iac. III, 13. Ἐν τοῖς ἔθνεσιν, in conspectu gentium, inter quas uiuitis, a quibus ob religionis diuer-

diuersitatem obseruamini. ἵνα ἐν ᾧ — ἐπισκοπῆς) Ἐν
 ᾧ, dum, quum. Ethnici religionem christianam existima-
 bant esse *maleficam* superstitionem reipublicae noxiam.
 Hanc obtrectationem refellere debebant Christiani inte-
 gritate morum, et in omnes beneficentia. Ἐκ τῶν καλῶν
 ἔργων ἐποπτέουσάντες, spectatis bonis operibus uestris.
 Ἐκ, propter. Ἐποπτέουσάντες, i. e. ἃ ἐπώπτευσαν. Ἐν
 ἡμέρᾳ ἐπισκοπῆς, uarie explicatur. 1) *tempore cala-*
mitatis et poenae, ut Ies. X, 3. 2) *tempore inquisitio-*
nis, quum magistratus ethnici tempore persecutionis in-
 quirent in Christianos. 3) *tempore uisitationis gratiosae*,
 quum iisdem obtrectatoribus uestris annunciabitur doctrina
 Euangelii. 4) *in die censorio*, ut Ven. Boysen explicat.
 Sensus secundum Grotium est: „quum conspicient gen-
 tes illae solos Christianos immunes ab illis malis, quae
 Iudaeis ob turbulenta ac feditiosa illorum ingenia ubique
 locorum impendent.„ Sensus esse uidetur: eo tempore,
 quum praemia et poenas tribuet Deus.

13. ὑποτάγητε — ὑπερέχοντι) Ἰποτάγητε, *subiectos*
uos gerite, Passiuum pro Hithpaël. Πάση ἀνθρώπινῃ κτί-
 ρει, *omni magistratui rite constituto*. Κτίσις, *ordinatio*,
 ut κτίζειν, ארב, *create, ordinare*, Sirac. XXXVIII, 12.
 sicut etiam Latini dicunt: *create magistratum*. *Ordina-*
tio humana igitur est constituta ab hominibus, nempe ma-
 gistratus. Διὰ τὸν κύριον, *propter Christi praeceptum*.
 Βασιλεὺς h. l. est *Caesar Romanus*. Romani eos uoca-
 bant Imperatores, non Reges, religione iurisiurandi ue-
 teri, ut ait Cyprianus. At Graeci non dubitabant eos
 appellare βασιλέως, et Iudaei similiter מלכִים, nimirum
 quia

quia plane regia, id est, liberrima utebantur potestate, ut *Dion* nos docet. Ἰπερέχων, *supereminens* i. e. supremus.

14. εἴτε ἡγεμόσιν — ἀγαθοποιῶν) Hoc addit *Petrus*, quia Iudaei animo erant infenso in magistratus Romanos, et saepe iugum excutere uolebant. Ἡγεμῶν, ἡγεμονία, ἡγεμονεύειν de omni, inprimis autem paullo maiori potestate adhibentur. Interdum Legati Caesarum, qui nomine et auctoritate Caesarum in prouincias illorum mittebantur, dicuntur ἡγεμόνες, eorumque praefidatus et imperium ἡγεμονία. Hic in specie intelliguntur Proconsules, tum Asiae, tum Bithyniae. Ὡς δι' αὐτῆ πεμπόμενοις, *tanquam a Caesare missis*, i. e. potestatem suam ducentibus. Itaque si Proconsul aliquid iubeat, et aliud Imperator, obsequium praestandum maiori. Εἰς ἐκδίκασιν κακοποιῶν, ἔπαινον δὲ ἀγαθοποιῶν, *ad puniendos malos, remunerandos autem probos*; nam ἐκδίκασις, *punitio*, ἔπαινος, *praemium*. Per magistratus scelera puniuntur, et quietem amantibus quies praestatur pro praemio. Si quando ignorantia aut affectibus peccant, illatas sic iniurias Deus repensabit. Immo et principes iniquos puniet, haud dubie in altero seculo, non raro et in hoc ipso.

15. ὅτι ἔτιωσ — ἀγνωσίαν) Hoc enim uult *Deus*, ut bene agendo ad silentium redigatis eos, qui ex ignorantia uobis obtrectant. Ἀγαθοποιεῖν interdum est *beneficia conferre*; sed hic simpliciter significat *recte agere*, quo sensu et ἀγαθοποιεῖς modo habuimus. Φιμῶν, *os obstruere*, ad silentium redigere. Ἀγνωσία, *ignorantia*,
i. e.

i. e. dicta quae ex ignorantia oriuntur. Intelligitur ignorantia Paganorum, quibus ignota erat praestantia religionis Christianae; et ἀφρονες insipientes, hic uocantur infideles, nihil sapientes, nempe circa diuina.

16. ὡς ἐλεύθεροι — δῆλοι θεῶ) 'Ελεύθεροι, liberi, nempe a uitiis, Io. VIII, 33. 36. Rom. VI, 18. 22. Liberi etiam erant Christiani a iugo legis Mosaiicae, et a necessitate colendi Deos Gentilium. Iudaei autem affectabant etiam libertatem politicam, solum Deum esse Regem Israëliitarum dicentes. Quare addit Petrus: καὶ μὴ ὡς ἐπικάλυμμα ἔχοντες τῆς κακίας τὴν ἐλευθερίαν, non libertatem christianam sumentes obtentui ad res malas, ut faciebant Iudaeo - Christiani, qui regem politicum et regnum Christi uisibile in his terris expectantes, Christianos ab omnibus publicis legibus dicebant esse liberos, κυριότητα ἀθετῶντες, ut ait Iudas. 'Επικάλυμμα, ἦσαν, bene uertitur obtentus. Sic Gellius: *Qui obtentu philosophici nominis inutile otium, et linguae uitaeque tenebras sequuntur.* 'Αλλ' ὡς δῆλοι τῶ θεῶ, legibus diuini adstricti, ac proinde etiam serui eorum, quibus Deus seruire nos iubet. Vult enim Deus, esse magistratus, quibus obediamus.

17. πάντας τιμῆσατε) Nempe quibus honos aliquis debetur, ut Rom. XIII, 7. Hoc dictum generale iam per species suas explicabit. τὴν ἀδελφότητα ἀγαπᾶτε) *Fraternitatem*, i. e. coetum Christianorum, omnes Christianos. Abstractum pro concreto positum. τὸν θεόν — τιμᾶτε) φοβεῖν, reuereri. Deo sine exceptione parere.

rete. Τὸν βασιλέα τιμᾶτε, Imperatori suum exhibete honorem.

18. οἱ οἰκέται — σχολιοῖς) Οἱ οἰκέται, qui dēlo Paulo *mancipia*. Ἰποτασσόμενοι, sc. ἐσεῖ, ut u. 13. Ἐν παντὶ φόβῳ, *cum omni debita reuerentia*, Eph. VI, 5. Ἀγαθός, *benignus ac lenis*, Matth. XX, 15. Σκολιὸς, *difficilis, morosus, prauus*.

19. τῶτο γὰρ — ἀδίκως) Ποστ χάρις, codices nonnulli, ut et Versiones aliquot addunt Θεῷ, Θεῶ, παρὰ τῷ Θεῶ, *gratum est Deo*, uel summum nobis Dei fauorem conciliat. Διὰ συνείδησιν Θεῷ, *ex conscientia eius, quod Deo debet*; per meton. obiecti. Alii: *ob ueram religionem*, ut sibi conscius sit, se non ob maleficium, sed ob honorem Dei pati; sensu fere eodem. Λύπας, i. e. τὰ λυπηρὰ, *tristia*, ut Gen. III, 16. Πάσχω, (sc. αὐτὰς) ἀδίκως, *praeter ius, praeter culpam*.

20. ποῖον — ὑπομενεῖτε;) *Quid enim laudis fuerit, si propter malefacta ignominiose tractati, patienter id perfertis?* Κολαφίζειν, per meton. spec. pro gen. *ignominiose tractare*. Ἀμαρτάνοντες καὶ κολαφίζόμενοι per Hendyadin pro διὰ τὸ ἀμαρτάνειν κολαφίζόμενοι. ἀλλ' εἰ — Θεῶ) Si uero recte agentes mala perfertis, hoc Dei beneuolentiam uobis conciliat. Ἰπομενεῖτε, sc. παθήματα, cruciatus fertis. Ἀγαθοποιεῖν iterum est *recte honesteque agere*.

21. εἰς τῶτο γὰρ ἐκλήθητε) *Hac enim conditione Christiani facti estis, ut nempe Christi sequeremini uestigia,*
uirtu-

uirtutem coleretis, et dura omnia conscientiae causa sustineretis. ὅτι καὶ Χριστὸς — ἔχνεσιν αὐτῷ) Ἐπὲρ ὑμῶν, non sui causa, sed pro uobis, et salutis uestrae causa. Ἐπογραμμὸς, *praescriptum, exemplar*; deinde sumitur etiam pro omni eo, quod imitandum est. *Vestigiis alicuius insistere.* Latini etiam dicunt, pro *aliquem imitari.*

22. ὁς ἀμαρτίαν — σώματι αὐτῷ) Ex Ies. LIII, 9. Qui nullo suo crimine, nec factis nec dictis commissio, in mortem actus est. *Fraudulenter loqui* omnino est scelereste loqui, *durch Reden sündigen.* Ἐυρέθη, ΝΨΩ, quod per ἡν uertitur Ies. XXXIX, 2.

23. ὁς λοιδορῆμενος — δικαίως) *Quum conuiciis impeteretur, conuicia non reddidit.* Vide Matth. XXVI, 63. 68. XXVII, 12. 29. 39. et sequentibus. Πάσχων ἔκ ἡπείλει, quum captus duceretur, uinciretur, flagris caderetur, affigeretur cruci, ne uerbum quidem minax edidit, quo perfectius nobis daret exemplar patientiae. Παρεδίδω, ἰσ. κρίσιν, quod nomen Syrus non male supplet, uel τὴν αἰτίαν αὐτῷ, *causam suam* commisit ei, qui iuste iudicat, semper scilicet. Nam homines saepe iniuste iudicant, ut Synedrium et Pilatus.

24. ὁς τὰς ἀμαρτίας — ξύλον) *Qui poenas peccatorum nostrorum ipse pertulit in sua persona, et quidem in ligno crucis.* Ἀμαρτία, saepe est *culpa peccati*, ut Io. IX, 41. XV, 22. 24. Act. XXII, 16. Ἀναφέρειν, pro Φέρειν, ΝΨΩ. Ἐπὶ τὸ ξύλον pro ἐν τῷ ξύλῳ. Ἐν τῷ σώματι αὐτῷ, *synecdochice, in sua ipsius persona.*

ἵνα ταῖς — ζήσωμεν) *Vt a peccatorum tyrannide liberati, uirtuti uiuamus*, i. e. perpetuo demus operam. Sicut γίνεσθαι τινος est, *in potestatem alicuius uenire*, sic ἀπογίνεσθαι τινι a potestate alicuius liberari. Peccatum haud raro cum tyranno comparatur. Aliis ἀπογενέσθαι est *mori*, sicut Paulus Rom. VI, 2. dicit: ἀπεθάνομεν τῇ ἁμαρτίᾳ, sensu eodem. ἔ τῶ — ἰάθητε) *Cuius doloribus sanati estis*, i. e. salutem ueram estis consecuti. Hebraismus. Solent enim Hebraei dicere: אֲשֶׁר בּוֹ, et אֲשֶׁר לוֹ et familia. Sumta uerba ex Ies. LIII, 5. מִוֹלַחַשׁ, חֲבוּרָה, liuorem ex contusione significat, at figurate pro quouis dolore sumitur, ut Gen. IV, 23. Exod. XXI, 25. Multis quidem modis Christi dolores mentes nostras sanarunt. Sed hic maxime respicitur exemplum, quod nobis dedit obedientiae, patientiae, mansuetudinis, dilectionis in mediis doloribus, ut antecedentia et sequentia ostendunt.

25. ἦτε γὰρ — ψυχῶν ὑμῶν) *Similes ouibus errantibus*, quae pascua non habent, et expositae sunt uariis periculis, i. e. ualde miseri. Ex Ies. LIII, 6. Ἐπεσράφητε, שבתם, *reuersi estis*. Ἐπίσκοπος est פקוד uel פקיד, *is, qui alicuius rei curam gerit*. Est igitur ἐπίσκοπος ψυχῶν, qui animas curat, earumque salutem prospicit, sicut pastor curat oues. Quum Christum dixisset pastorem, ad perfequendam similitudinem nunc explicat, quomodo sit pastor.

Caput III.

I. **Ο**μοίως — ἀνδράσιν) Sc. ἔσε, ut supra. Verbum ὑποτάσσεται indicat, uxores debere illas quidem mariti imperio

imperio liberali subiectas esse, illique in honestis rebus obsequium praestare, sed non seruili conditione tractandas esse, duriterque habendas. Sic Iosephus Antiqu. I, 19. 8. de ancillis Leae et Rachelae: δῆλαι μὲν ἑδαμῶς, ὑποτεταγμέναι δέ. ἵνα καὶ — κερδηθῶσονται) *Ut ii etiam, qui adhuc Euangelio non credunt, bonis moribus mulierum commoti, sua sponte ad religionem christianam accedant.* Pro κερδηθῶσονται alii legunt κερδαίνονται, quia Coniunctius apud Graecos caret futuris. Κερδαίνειν, *lucrifacere*, h. l. *ad religionem christianam adducere.* Ἄνευ λόγου, sine cohortatione, sponte sua. Nam ipsis uxoribus christianis tacentibus, modestia earum, castitas, obedientia, cura rei familiaris, aliaeque uirtutes commendabant religionem christianam.

2. ἐποπτέουσιντες — ἀναπροφῆν ὑμῶν) Ἐν φόβῳ nempe Θεῶ. *Considerantes uitam uestram castissimam, cum reuerentia erga Deum coniunctam.* Aliis φόβος h. l. est reuerentia erga maritos.

3. ὧν ἔσω — κόσμος) *Quarum ornatus non fit ille externus, qui constat crinium crispaturis, ornamentis capitis aureis, et pretiosis uestibus.* Similis locus est I Tim. II, 9. quem uide. De ἐμπλοκῇ τριχῶν, crinium *texturis et crispaturis* mulierum fusius loquitur Lucianus in amorib. τὸ δὲ πλείστον ἀναλίσκει μέρος ἢ πλοκῇ τῶν τριχῶν. Τὰ χρυσία, *ornamenta aurea*, generatim de omnibus, quae in mundo muliebri ex auro facta erant, intelligi possent. Demosthenes in *Olympiod.* in fine, aurum cum uestibus coniungit, et meretricem nominat, χρυσία καλὰ ἔχουσαν καὶ ἱμάτια καλὰ. Vox tamen περίθεσις,

quum ad τριχῶν referenda uideatur, suadet, τὰ χρυσία capitis praesertim ornamenta aurea notare. Totus quippe apparatus, qui ad ornandum caput muliebre spectabat, aureus esse solebat, de quo uide Iul. Pollucem L. V, c. 16. Solebant quoque ueteres ramenta aurea capillis inspergere. Cf. *Kypkium* ad h. 1.

4. ἀλλ' ὁ κρυπτὸς — πολυτελής) Sed (quarum ornatus sit u. 3) homo ille qui non patet oculis, animus nempe, uestitus quasi incorruptibili ornamento affectus lenis et modesti, cui ab ipso Deo magnum statuitur pretium. Ὁ κρυπτὸς τῆς καρδίας ἄνθρωπος, a Paulo Rom. VII, 22. ὁ ἔσω ἄνθρωπος uocatur, ubi dicta uide. Ἐν ἀφθάρτῳ, sc. κόσμῳ. Opponitur internum animi ornamentum ornatui muliebri externo. Vestes facile corrumpuntur, et pulcritudinem suam amittunt. Ille ornatus internus autem semper manet. Πνεῦμα hic est affectus, ut I Cor. IV, 21. Gal. VI, 1. Illud εἰ in uerbis εἰς εἶν ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ πολυτελής, ad totum praecedens membrum refertur. Alia apud homines sunt in pretio, coma, aurum, splendidae uestes: at apud Deum mansuetudo, modestia, aliaeque uirtutes.

5. ἔτιω γὰρ — ἐκβῆμεν ἑαυτὰς) Nempe animae uirtutibus. Αἱ ἐλπίζουσαι ἐπὶ τὸν Θεόν, Deum colentes, eique confidentes.

6. κύριον αὐτοῦ καλεῖσθαι) וַיִּקְרָא ut est Gen. XVIII, 12. Eadem habentur in libro Musar, c. VI. fol. 7. col. 2. Stat coram eo, (uxor bona) et ministrat ei, et uocat eum dominum suum. Quod ex Sara discimus, quae Abrahamum

hamum maritum uocabat dominum suum, quum diceret, Dominus meus genuit. Ceterum non tam hoc uxoribus ad imitandum proponitur, ut maritos suos nominent Dominos, quam potius hoc, ut Sarae exemplo eos honore et debito uenerationis cultu prosequantur. ἡς ἐγενήθητε

τέκνα) Cuius filiae estis dignae ut uocemini, sicut antea iam eratis carne. Alii: cuius filiae et imitatrices esse deberetis. Sed contextui melius conuenit prior expositio: dignae estis nomine filiarum Sarae. ἀγαθοποιῆσαι —

πτόησιν) Si recte agatis, nullis perterritae minis, nempe maritorum infidelium, si forte ad abnegandam fidem religioni datam uos cogere uellent. Πτόησις, consternatio, et obiectiue causa consternationis, minae, infortunium quod metuitur. Sic Prou. III, 25. ἡ φοβηθήσῃ πτόησιν ἐπελάθῃσαν. Alii: Uxores praestent officium suum ita, ut nullo metu coactae id faciant, atque adeo sponte et liberaliter. Philo: Quis rer. diuin. haer. p. 516. C, ubi sermo de populo, conspecto miraculoso igne, uisitas post sacerdotum inaugurationem die octauo incendente, perturbato: ἡ γὰρ τοιαύτη ἔκκληξις πτόησιν καὶ κατάπληξιν ἐμποιεῖ, pauorem ac stuporem inducit. Per πτόησιν libidinem ueneream h. l. intelligi non posse, facile patet.

7. οἱ ἄνδρες — γυνῶσιν) Vicissim, uos Viri, uiuite cum uxoribus uestris ita ut Christianos decet, uel etiam prudenter. Ὁμοίως, uicissim. Συνοικεῖν proprie de coniugibus dicitur, et comprehendit per Synecdochen quandam omnia inter se coniugum officia. Demosthenes in Neaerans, scopum τῆ συνοικεῖν esse dicit, ut liberi gi-

gnantur legitimi et ingenui; et ab hoc distinguit τὸ ἑταί-
 ρας καὶ παλλακὰς ἔχειν, quod uel uoluptatis causa, uel ob
 quotidianam corporis curam fieri soleat. Κατὰ γνώσιν,
 secundum eam notitiam diuinæ uoluntatis, quam per
 Euangelium estis adepti, i. e. ut Christianos decet. Alii
 uertunt: *modeste, prudenter, secundum amorem.* ὡς
 ἀσθενεσέρῳ — τιμὴν) *Mulier, tanquam infirmiori, exhiben-*
tes honorem. Σκεῦος, ἵδ, *instrumentum*, omne id, quo
 utimur significat, diciturque etiam de hominibus, ut Act.
 IX, 15. Rom IX, 21. 22. *Instrumentum*, pro instru-
 mento Dei, *creatura*. Scriptores Iudaeorum in multis
 locis uxorem nominant instrumentum mariti, quo is utitur
 ad procurandas res domesticas, ad educandos liberos etc.
 Vxor ὄργανον uiri, Aristoteles Polit. III. Ἀσθενέσερων
 uiro, ut loquitur idem Aristoteles Oeconomicorum Lib. III.
 Quintilianus id recte explicat declamatione 308. *Imbe-*
cilla res est femina, et adfert infirmitati naturali non
leue pondus, quod uidua est. Τιμὴν ἀπονέμειν, hono-
 rem tribuere, exhibere, idem est ac τιμὴν περιτιθέναι,
 f. δῶναι, I Cor. XII, 23. 24. quod ibidem etiam τοῖς
 ἀσθενεσέροις fieri dicitur u. 22. *leniter tractare*, ut est in
 libro Musar: *sicut honor quidam habetur crystallinis, quia*
solicite tractantur. ὡς καὶ συγκληρονόμοις χάριτος ζωῆς)
Siquidem et illae beneficium felicitatis aeternae consequi
possunt. Χάρις, *beneficium*, ζωῆ, *uita aeterna*. Pro συγ-
 κληρόνομοις alii legunt συγκληρονόμοι, quam lectio-
 nem etiam Ven. Griesbachius praefert. Sed altera
 contextui conuenientior esse uidetur. Causam enim affert
 Apostolus, cur sollicite sit tractanda mulier, quia nempe
 et ipsi destinata est aeterna felicitas. εἰς τὸ μὴ ἐγνόπ-
 τισθαι

προσθαι τὰς προσευχὰς ὑμῶν) *Ne impediatur preces uestrae.* Pro ἐγκόπτεσθαι lege ἐγκόπτεσθαι, ut habent Alex. alique codd. Vulg. aliaeque ut uidetur uersiones, Oecumen. Hieron. Augustinus, Ambrosius. Ex dura tractatione sequuntur iurgia et rixae, quae impediunt preces, earumque uim et efficaciam; non enim placent Deo preces, nisi quae ex tranquillo proficiuntur animo.

8. τὸ δὲ τέλος — φιλόφρονες) Τὸ τέλος, aduerbially, *tandem*; est locutio properantis ad finem. Ὁμόφρονες, sc. ἕσε concordes estote. Pro φιλόφρονες, benigni, comes, alii rectius legunt ταπεινόφρονες, *modesti, humiles.*

9. μὴ ἀποδίδόντες — κληρονομήσητε) Vide Rom. XII, 17. et ibi annotata. Ἐυλογεῖτε, Matth. V, 44. Ἐἰς τῆτο ἐκλήθητε, *hac spe adducti estis ad christianam religionem, ἵνα εὐλογίαν κληρονομήσητε, ut ueram felicitatem consequamini.* Est ἀντανάγκαις in uoce εὐλογίας, quae modo bona uerba, modo benefacta significat. Deus uobis omne genus felicitatis largietur; decet igitur uos multo magis, omnibus hominibus bene precari.

10. ὁ γὰρ θέλων — λαλῆσαι δόλον) Syrus rectius legit: ὁ γὰρ θέλων ζωὴν, καὶ ἀγαπῶν ἰδεῖν ἡμέρας ἀγαθάς. Locus desumptus est ex Ps. XXXIV, 13 — 17. Ὁ θέλων ζωὴν ἀγαπῶν, qui uitam amat. Ἴδετεν, h. l. experiri. Sensus igitur est: *Qui amat uitam, eamque felicem.* Πausάτω τὴν γλώσσαν αὐτῆ ἀπὸ κακῆ, *re-*

primat linguam suam a maledicentia. Κακὸν h. l. esse maledicentiam, uel malignos sermones, res ipsa docet. Δόλος, mendacium, Liber Musar in principio, c. 12. Agyrta quidam per urbes oberrans clamabat et dicebat: Quis expetit pharmacum uitae? Audiuit filia R. Iodi; ingressa est ad patrem et indicauit ei. Dixit ei, ito, uoca eum. Quum uenisset, dixit ei R. Iannai: Quodnam est illud pharmacum uitae, quod tu uendis? — — Dixit ei: Nonne scriptum est, quis uir cupidus uitae, amans dierum ut uideat bonum? Serua linguam tuam a malo, et labia tua ne loquantur dolum. Ecce pharmacum uitae quod in ore hominis.

11. 12. ἐκκλινάτω — διωξάτω αὐτήν) Ex eodem Psalmi XXXIV. loco, mutata persona. Ζητεῖν εἰρήνην, studere paci et concordiae. Διώκειν, studium intentum significat. Οἱ ὀφθαλμοὶ κυρίου ἐπὶ δικαίους, sc. εἰσι. Deus prospicit probis, et curam eorum gerit. Καὶ ὅτα κτυῖ εἰς δέξουσιν αὐτῶν, exaudit preces eorum, Io. IX, 31. Iac. V, 16. Πρόσωπον δὲ κυρίου ἐπὶ ποιῶντας κακὰ, i. e. irascitur Dominus male agentibus. Πρόσωπον κυρίου, facies aut uultus Domini, i. e. ira Domini, per Anthropopathiam, quia ira in uultu hominis prodere se solet. Ἐπὶ, contra. Codex 32. apud Wetstenium addit: τῷ βλοθρεῦσαι αὐτὰς ἐκ γῆς. Habet etiam haec uerba Syra posterior cum asterisco.

13. καὶ τίς — γένησθε) i. e. Pauci erunt, qui uobis nocere uelint, si semper ea, quae plane bona sunt, imitemini, si uirtutis fitis studiosi. Κακῶν, male trahere. Τῷ ἀγαθῷ pro τῶν ἀγαθῶν, rerum bonarum, quomodo

quomodo hic Syrus et Latinus. Pro $\mu\iota\mu\eta\tau\alpha\lambda$ alii bene legunt $\zeta\eta\lambda\omega\tau\alpha\lambda$.

14. ἀλλ' εἰ καὶ — μακάριοι) Δικαιοσύνη, *uirtus*, uel etiam *religio*, ut Matth. V, 10. Quia uidebat, obiici posse faeuitiam magistratuum religionis causa, ideo ad id respondet. Μακάριοι, eo ipso felices estis; magna enim est merces. τῶν δὲ φόβου — ταραχῆτε) *Minas autem eorum non extimescite, aut perturbamini*, nempe prae metu illorum magistratuum. φόβος, *minae*, causa metus. Et hoc, et quod sequitur est ex Ies. VIII, 12. 13.

15. κύριον δὲ — καρδίαις ὑμῶν) Ἀγιάζειν, $\Psi\eta\eta$, idem quod δοξάζειν, *laudibus celebrare, honorare*. Ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, *apud uos ipsos*, mentis affectu. Deus enim colentibus eum omnia uertit in bonum, siue laeta accidant, siue aduersa. ἔτοιμοι — καὶ φόβου) Ἐτοιμοὶ δὲ εἰς πρὸς ἀπολογία, *parati autem estote semper ad defensionem*, nempe religionis uestrae. Παντὶ τῷ αἰτήσῃ — ἐλπίδος, *si quis rationem exegerit religionis, quam profitemini*. Ἐλπίς, *religio*, ut Act. XXVI, 7. Vult Apostolus, ut Christiani, delati apud magistratus religionis causa, semper alacriter respondeant. Μετὰ πραύτητος καὶ φόβου, *cum mansuetudine et reuerentia*, magistratibus debita. Abstinentum a uerbis asperis; attamen nihil reticendum, quod ad rem faciat.

16. συνείδησιν ἔχοντες ἀγαθὴν) *Freti uestra conscientia bona*, uel tanquam homines, qui habent conscientiam bonam. ἵνα ἐν ᾧ — κακοποιῶν) Eadem locutio quae

quae supra II, 12. Ἐν ᾧ, *dum*, κατασχυνθῶσιν — ἀνασροφήν) *Pudefiant ii, qui bonam uestram uiuendi rationem doctrinae Christi consentaneam calumniantur.* Ἐπιρράζειν, *calumniari, obtretere, insigni contumelia afficere.* Ἀνασροφή ἐν Χριστῷ, *conuersatio, uiuendi ratio, praeceptis Christi consentanea.*

17. κρεῖττον — κακοποιῦντας) Per tacitam prolepsin consolatur Petrus Christianos contra iniurias impiorum, argumento petito a uoluntate Dei et Christi exemplo. u. 17. 18. Κρεῖττον ἐστὶ, *fatius est.* Qui ob facinora patitur, spem non habet reparationis; qui ob Deum patitur, habet maximam. Ἐι θέλοι τὸ θελημα τοῦ Θεοῦ, *si Deo ita uisum fuerit.*

18. ὅτι καὶ — ἕπαθε) Si Christus passus est pro nobis, qui tunc eramus mali, quanto magis nos parati esse debemus mori, aut mala perpeti ad ipsius gloriam et Christianorum aedificationem? ἵνα ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ Θεῷ) *Vt nos reconciliaret cum Deo, et ad Deum colendum nos idoneos redderet; sicut enim προσέρχασθαι Θεῷ est Deum colere; ita προσάγειν idoneos ad Deum colendum facere.* Συνατωθεὶς — πνεύματι) Σάρξ et πνεῦμα iensu uario sibi opponuntur. Interdum σάρξ est *corpus*; tum πνεῦμα sumitur pro *anima*. Saepe autem σάρξ significat *humanam naturam*, et tunc πνεῦμα est *spiritus diuinus, diuina Christi natura*. Quo sensu h. l. hae uoces sint explicandae, de eo non conuenit inter doctos. Nonnulli explicant: *Occisus est quoad corpus, in uita conseruatus est quoad animam*; nam uerbum ζωοποιεῖν non tantum significat *uiuificare*, sed etiam, ut hebr,

hebr. תחייה in uita conseruare. Alii: mortuus est quoad humanam naturam, in uitam autem reuocatus Spiritu diuino, s. per uim illam diuinam, quae in ipso fuit. Omni-
no σάρξ saepe est *humilitas, humanitas*. Tum πνεῦμα est *maiestas*, et quum de Christo sermo est, id quod in Christo est diuinum. Πνεῦμα αἰώνιον tribuitur etiam Christo Hebr. IX, 14. idem quod c. VII, 16. δύναμις ζωῆς ἀκαταλύτης. Quod ad rem, cf. Rom. I, 3. 4. Ceterum exemplum Christi proponitur iis, quibus religionis causa multa mala perferenda erant. Sicut nempe Christus interfectus quidem, sed in uitam restitutus est: ita etiam nos ad eius exemplum post mortem in uitam reuocabimur, et felices erimus.

19. Sequitur digressio in doctrinam de beneficiis Christi, pro nobis olim mortui. ἐν ᾧ — ἐκήρυξεν) Locus uexatissimus. *Camerarius*: Ἐλλειψις quidem certe in his est, ut τοῖς ᾗ σοι. Sed quae phrasis sit, aut quid significetur hoc loco, mihi quidem plane ignotum. Quidam Graecorum ita acceperunt haec, ut ante diluuium etiam Christus praeco fuerit Euangelii, sed spiritu suo — Hi, ut necesse est, interpretantur τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι de animis eorum, qui tum non crediderunt, et ideo nunc in custodia seu carcere iacent, dum ueniat ad iudicium Christus. Sed *Clemens Alexandrinus* ἑρωματέων 5. hunc-que secuti et alii Graeci de praeconio Euangelii haec acceperunt, quod fecerit Christus apud inferos post mortem suam in terris. Est igitur hic unus ex locis iis sacrarum literarum, de quibus pietas religiosa quaerere amplius et dubitare quid dicatur, sine reprehensione, et de quibus diuersae

uerfae etiam sententiae admitti posse uideantur. Haec factis modeste et docte *Camerarius*. Equidem priorem explicationem, quam et recentiores interpretes haud pauci calculo suo approbant, omnibus reliquis, quas docti homines nostris temporibus excogitarunt, praetulerim. Et uerisimile est, quod *Dan. Heinsius* iam obseruauit, Petrum respexisse ad *Enochi* scripturam Apocrypham. Nam Iudaeo-christianis placuisse huiusmodi libros, et Apostolos Petrum et Iudam interdum ad eos respexisse, ne dubium quidem esse uidetur. Quod hunc Petri locum attinet, potest is ex libro *Enoch* ita illustrari, ut nihil fere obscuritatis remanere uideatur. Plurima nempe in illo libro traduntur de Gigantibus, quos *Noachus* habuit coaeuos, quomodo geniti essent, quomodo et quando ad summam illam peruenissent impietatem, quam commemorat *Moses* Gen. VI. et quomodo εἰς φυλακὴν, seu *carcerem*, de quo hic agitur, coniecti essent. Sic enim Deus alloquitur Angelum *Michaël*: Δῆσον αὐτοὺς, (Gigantes) ἐπὶ ἑβδομήκοντα γενεάς, εἰς τὰς νάπας τῆς γῆς, μέχρι ἡμέρας τῆς κρίσεως αὐτῶν, μέχρι ἡμέρας τελειώσεως τελεσμῶν, ἕως συντελεσθῆ κῆμα τῶν αἰώνων τῶν αἰώνων. Idem Gigantes uocantur πνεύματα, in eodem *Enochi* libro: Πνεύματα πονηρὰ ἐπὶ τῆς γῆς καλέσασιν αὐτοὺς, nempe Gigantes illos ex angelis et hominibus natos. Deinde paucis interiectis: Ὅι ισχυροὶ τῆς γῆς, δε μεγάλοι ὄνομασοὶ, τὰ πνεύματα τὰ ἐκπορευόμενα ἀπὸ τῆς ψυχῆς αὐτῶν, ὡς ἐκ τῆς σαρκὸς, ἔσονται ἀφανίζοντα χωρὶς κρίσεως, ἕτως ἀφανίσσιν μέχρις ἡμέρας τῆς ἀφανίσεως, ἕως τῆς κρίσεως τῆς μεγάλης. *Potentes terrae, magni et celebres, Spiritus illi, qui ab anima separantur tanquam a corpore, omnia corrumpent sine discrimine; ita pergent usque ad*

ad eum diem, quo omnia euanescent, usque ad iudicium magnum. His locis nostrum Petrinum egregie illustrari, quis est quin perspiciat? Loquitur Petrus de hominibus, qui uixerunt ἐν ἡμέραις Νῶε, u. 20. loquitur et Auctor libri Enoch. Πνεύματα uocat Apostolus: πνεύματα ibi dicuntur. In φυλακῆν coniectos, ait Petrus: idem plane in libro Enochi. Sensus igitur loci nostri esse uidetur: Quo spiritu (diuino) etiam illis, qui nunc sunt in carcere spiritibus praedicare (poenitentiam) iussit. Ἐν ᾧ possumus etiam uertere: proinde, ut in hac epistola saepius occurrit. Τοῖς ἐν φυλακῆν πνεύμασι, i. e. τοῖς νῦν ἐν φυλακῆν ἔσι πνεύμασι. Πορευθεὶς more hebraico et graeco saepe redundat, uel continuationem indicat, ut 2 Sam. III, 1. V, 10. Gen. VIII, 13. Praedicauit autem Spiritibus istis Christi Spiritus per Enochum, Noam, aliosque sanctos homines. Christi spiritui id tribuit Apostolus, quia S. Spiritus interdum etiam in Scriptura S. uocatur Spiritus Filii Dei. Respicit forte etiam ad Gen. VI, 3. Accedit, quod praecipue notandum, Spiritum propheticum etiam supra c. I, 11. uocari ab Apostolo πνεῦμα Χριστοῦ. Ad probandam autem Dei patientiam Apostolus elegit ἡμέρας Νῶε, quod saeculum diluuii ita esset sceleratum, ut impietatis exemplum uere dici possit. Haec interpretatio optime respondet consilio Apostoli. Toto nempe hoc capite commendat patientiam; commendare autem efficacius, quam proposito ipsius Christi exemplo non potuit; cuius mirificam postquam ex eo ostendit patientiam, quod innocens pro peccatoribus sit passus, addit amplius, similem fuisse semper in eo uirtutem hanc et spiritum, etiam priusquam humanam naturam assumfit. Assumta nempe carne,

carne, rursusque posita, se uiuificauit ipse propria diuina uirtute, siue spiritu; eodem nempe diuino spiritu, quo et tempore Noachi delinquentes, qui extremo nunc iudicio seruantur, monuit ac reprehendit, ut in ueram eos uiam sic perduceret; quo tempore et delinquentes illos ac peccantes immensam tulit patientiam, ut statim u. 20. subiungitur. Si ἰν' ᾧ uertimus *proinde*, cohaerent haec cum uerbis u. 18. *Ἰνα ἡμᾶς προσαγάγῃ τῷ Θεῷ.* „ Christus nos uult adducere ad Deum. Proinde etiam illos docuit, qui Noae aetate iuceleste uixerunt, ut illos quoque adduceret ad Deum., De descensu Christi ad inferos h. l. non esse sermonem, ex haecenus dictis, et ex tota orationis serie patet. Multi intelligunt descensum Christi in locum damnatorum, et annunciationem grauioris poenae, diabolis et damnatis factam. *B. Zachariae* interpretatur locum de anima Christi, qua post mortem corporis Spiritibus a corpore separatis in *Scheol* se manifestauerit. *Praedicationem* improprie intelligendam esse ait, de manifestatione salutis humanae per Christum recuperatae. Veteres ex hoc testimonio limbum, quem uocant, constituerunt, quasi ad Patrum Spiritus illic tanquam in carcere quodam inclusos peruenerit Christi anima, ut eos liberaret, et Christi descensum ad inferos ita explicarunt, quos *Beza* prolixè refutat. *Clericus* per *πνεύματα ἐν φυλακῇ* intelligit *spiritus excubias agentes*, hoc est, angelos qui homines *φυλάττεισι*, Pf. XCI, II. *מַרְיָא*, *uigiles*, Dan. IV, 13. Igitur diuinitas diceretur uocasse ad poenitentiam antediluvianos homines, una cum Angelis, momentibus Noachum, ut eos ad saniores mentes uocaret. Vertit hunc locum hoc modo: *Viuitificatus*
uero

uero spiritu, quo, una cum spiritibus custodibus profectus, praedicauit incredulis.

20. ἀπειθήσαντι — κιβωτῷ) Qui non obtemperarunt olim, quum expectaret (poenitentiam eorum) longanimitas Dei in diebus Noë, quamdiu struebatur arca. Pro ἀπαξ ἐξεδέχετο, uel quod alii habent ἀπαξ ἐδέχετο legendum esse ἀπεξεδέχετο ex uariarum recensio-
 rum consensu patet. Expectauit eos Dei patientia, quamdiu struebatur arca per 120. annos. εἰς ἣν — δι' ὕδατος) In qua pauci, i. e. octo homines conseruati sunt mediis in aquis. Ἐἰς ἣν pro ἐν ἣ. Ὀκτώ, i. e. Noë, uxor, filii tres, tres nurus. Gen. VI, 18. Ψυχὰς, personae, homines. Δι' ὕδατος, mediis in aquis. Διὰ iterum pro ἐν, 3.

21. ὃ καὶ ἡμᾶς — βάπτισμα) Cui similis baptismus nos nunc seruat. Ἀντίτυπον, simile imagini, uel simpliciter simile. Similitudo inter diluuium et baptismum haec est, quod Noa seruatus est in aquis, et nos seruamur in baptismo. Sed dissimilitudo in eo est, quod ille seruatus est quoad corpus, nos autem quoad animum seruamur. Pro ὃ legunt δ Codd. multi Cyr. Damasc. Oecum. Vulg. Cyprianus, Augustinus, aliique latini. Quae aqua etc. sensu duriore quidem, sed eodem. Aliis ἀντίτυπον est contrarium, naturae aduersae, diuersae conditionis, quam significationem probat Io. Conr. Schwarz im Commentar, linguae Graecae. Ita sensus esset: In aquis diluuii perierunt homines; aqua baptismi nos seruat, ne aeternum pereamus. Baptisma autem hic simul comprehendit religionem ipsam, ad cuius professionem baptismo obligamur.

ἡ σαρκὸς — εἰς Θεόν) Quo (baptismo) non corporis sordes abluuntur, sed bona conscientia promittitur Deo. Ἐπερωτήματα, stipulatio, promissio. In Glossario: ἐπερωτῶ, stipulor; sed per metonymiam nomine stipulationis comprehenditur et responsio, siue promissio. Nam et ἐπερωτῶμαι significat promitto, spondeo, in eodem Glossario. In baptismo episcopus, aut alius quis eius nomine ita interrogabat, aut, quod idem est, stipulabatur: ἀποτάσσει τῷ Σατανᾷ; respondebat baptizandus: ἀποτάσσομαι. Rursum interrogatus: συντάσσει τῷ Χριστῷ; respondebat συντάσσομαι. Hanc sponsonem salutis uocat Tertullianus de baptismo. Ἐἰς Θεόν, pro Θεῷ. Syrus confessionem interpretatus est. Heinio ἐρώτημα aut ἐπερώτημα est interrogatio, ἀνάκρισις, δοκιμασία, ut sensus huius loci sit: Non in externarum sordium ablutione, sed in probatione sui, ueraque in Deum fide baptismus consistit, siue baptismus est sui, nempe bonae secundum Deum conscientiae probatio et examen. Recte quidem. Nam ἐπερώτημα est interrogatio, et συνέιδησις est omne id, cuius nobis sumus conficii, omnis sensus noster qui in nobis est. Baptizandi autem interrogati sunt, an sensus eorum erga Deum bonus esset? an crederent in Deum, Patrem, Filium, et Spiritum sanctum? δι' ἀναστάσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ Refer ad σώσεις. Baptismus, et cum eo coniuncta sincera religionis professio seruat nos ab interitu, et procurat nobis spem aeternae felicitatis, propter resurrectionem Iesu Christi; inde enim et nos spem resurrectionis concepimus.

22. Ὡς ἐστὶν — δυνάμεων) Ἐν δεξιᾷ τῷ Θεῷ, uide Rom. VIII, 34. Hebr. I, 3. Πορευθεὶς εἰς ἕρανδον, postquam

postquam in coelum se contulit. Ἐξουσία καὶ δόξα αὐτοῦ. Cf. Eph. I, 21. Hoc loco uidentur intelligi potentes terrae, Reges et principes.

Caput IV.

Duae huius capitis sunt partes. In prima usque ad u. 12. continuatur exhortatio ad studium sanctae uitae. In altera consolatur Petrus Christianos contra persecutiones, quas propter religionis professionem patiebantur.

1. **X**_{ριστός} — ἀπλίσασθε) *Quum igitur Christus perpeffus sit afflictiones corporeas, uos induite eandem mentem, ut patienter feratis huius uitae calamitates, et persecutiones religionis gratia uobis imminentes.* Ἐννοία, *sensus, mens.* Τὴν αὐτὴν ἔννοιαν ἀπλίσασθε, *firmiter proposito quiduis pro Christo ferendi uosmet armate.* Passiuum pro uerbo reciproco. Post digressionem de Christo ad superiora c. III, 18. redit Apostolus. ὅτι — ἀμαρτίας) *Qui enim corporeas afflictiones patitur, desinit peccare, abstinet a uitiiis.* Cf. Rom. VI, 7. *Quantam uim habeant huius uitae aduersitates abstrahendi nos a peccatis, experientia docet.*

2. εἰς τὸ — χρόνον) Ἐἰς τὸ, *ita ut.* Ἀνθρώπων ἐπιθυμίαι, *cupiditates illae, quae adeste solent maximae hominum parti.* *Viuere uoluntati diuinæ est uiuere secundum Dei praecepta.* Rom. VI, 10. 11. Ἐν σαρκί, *in corpore, i. e. in hac uita fragili et caduca.*

3. ἀρετῆς — κατεργάσασθαι) Pro κατεργάσασθαι alii legunt κατείργασθαι. Sufficit enim, nos praeterito tempore uitae fecisse, quae gentibus aliis grata sunt, uoluntati, et moribus Pagauorum nos accommodasse. Κατείργασθαι pro εἰς τὸ κατείργασθαι. πεπορευμένοις — εἰδωλολατρείαις) Πορεύεσθαι, ἦν, certum uitae institutum sequi. Ἐπιθυμίαι, nefandae libidines. Ὀινοφλυγία, uinolentia. Ὀινόφλυξ, proprie qui uinum eructat, a uerbo φλύειν i. e. ὁρμὴν πρὸς τι ἔχειν, ut ait Scriptor Etymologici. Κώμοις, uide Rom. XIII, 13. Πότοις, i. e. συμπόσις, assidua conuiuia, quae, etiam si absit ebrietas, culpa non carent. Καὶ ἀθεμίτοις εἰδωλολατρείαις, et nefandis moribus idololatricis. Hoc ita interpretantur multi, ut putent, eos ad quos scribit Petrus, ante professionem Christianisimi ex parte fuisse idolorum cultores. Sed idololatriae h. l. potius sunt mores idololatrici. Iudaei enim tum in multis imitati sunt Graecos, in quo fuit etiam, ut interessent Graecorum ludis, qui in honorem numinum celebrati sunt.

4. ἐν ᾧ — βλασφημῶντες) Quod mirantur, et quia non pariter cum ipsis in eandem uitae dissolutionem conspiratis, maledicunt uobis. Scholiastae Graeci: τὸ, ξενίζονται ἀντὶ τῆς θαυμαζέσεσι κείται. Polybius ξενίζεσθαι καὶ διαπορεῖν διὰ τὸ παράδοξον, mirari aliquid et quasi in re non solita dubitare dixit. Idem uerbum infra u. 12. habemus. Τῆς ἀσωτίας ἀνάχυσις, luxuriae profusio. Ἀσωτος, qui seruari nequit, perditus luxuria; hinc ἀσωτία, luxuria, intemperantia. Βλασφημῶντες, maledicentes. Maledicebant autem illis, tanquam desertoribus ciuilibus societatis.

5. δι' ἀποδώσει — νεκρῶς) *Rationem reddent, i. e. red-
dere cogentur. Ἐτοιμῶς ἔχων, qui in animo habet,*
Αἴτιον. XXI, 13. Ζῶντας καὶ νεκρῶς, *tunc uiuentos,*
quum ueniet, et praemortuos.

6. εἰς τῆτο — εὐαγγελισθῆ) *Quapropter etiam uita
defunctorum Euangelium annunciare iussit, sc. Christus. Νε-
κροὶ, εἰ τεθνηκότες, quales sunt quos μακαρίτας uulgo
dicimus. Intelligendi sunt, qui per iniustos iudices pro-
pter religionis professionem e uita erant sublati. ἵνα
κριθῶσι — πνεύματι) i. e. Vt intelligerent, se, quamuis ab
hominibus damnarentur ad mortem, tamen uirtute Dei
consecuturos uitam aeternam. ἵνα h. l. est ἐκβατιῶν.
Κρίνεσθαι σαρκί, breuiter dictum, ita damnari, ut cor-
poris iactura fiat, i. e. interfici. Κατὰ ἀνθρώπους,
pro ὑπὸ ἀνθρώπων. Ζῆν πνεύματι, quoad spiritum uel
animum uiuere, et quidem felicem uitam. Κατὰ Θεόν,
ex mente et uoluntate Dei, uel uirtute et potentia Dei.
Alii per νεκρῶς intelligunt peccatores, qui habentur ipsi
tanquam cadauera, per fidem autem accipiunt spem ui-
tae aeternae.*

7. πάντων — ἤγγικε) Τέλος πάντων quid sit, diffi-
cile dictum. *Finis et consummatio omnium rerum a mul-
tis intelligitur. Sic Petrum locutum esse existimant, igna-
rum temporis aduentus Christi ad iudicium. Alii inter-
pretantur finem reipublicae Iudaeorum, uel exitum et euen-
tum uaticiniorum prophetarum, Christi et Apostolorum
de excidio gentis Iudaicae, ut τέλος sit euentus, πάντα
autem sint omnia prophetarum et Christi uaticinia. For-
sitan post πάντων non male suppleri posset ἀνθρώπων,*

quemadmodum dicere solemus : omnium uita hominum breuis est. *Omnibus hominibus mors imminet.* Τέλος, *fnis uitae.* σωφρονήσατε — προσευχάς) Vide I Theff. V, 6. 8. Vtrumque prodest ad recte faciendas preces.

8. πρὸ πάντων — ἔχοντες) Sc. ἐς ἐ. Ἐἰς ἑαυτὰς pro εἰς ἀλλήλους. Ἐκτενῆ, ut supra ἐκτενωῶς, I, 22. Πρὸ πάντων, inprimis. ὅτι ἡ ἀγάπη — ἀμαρτιῶν) Cf. Iac. V, 20. Similis locus Prou. X, 12. Amicitia et charitas proximo condonat, quicquid condonari potest. Deinde etiam eos, quos sincere amamus a peccatis abstrahimus; cui consequens est, ut Deus hominis iam emendati priora peccata diffimulet.

9. Φιλόζηνοι — γογγυσμῶν) Rom. XII, 13. Hebr. XIII, 2. Ἄνευ γογγυσμῶν, *sine indignatione.*

10. Ἐκασος — χάριτος Θεῶ) *Quisque eo quod accepit dono utatur ad communem utilitatem, sicut decet eos, quibus tam uaria ac multiplicia bona a Deo concredita sunt.* Χαρίσματα, sunt quaeuis dona, non tantum supernaturalia, a Spiritu sancto data, sed et corporis et facultatum, ut sequentia declarant. Διακονεῖν, *recte uti.* Singulare Ἐκασος construi cum plur. διακονεῖντες non est infrequens.

11. Ἐί τις — λόγια Θεῶ) *Si quis habet donum docendi, oracula diuina proferat, ueram doctrinam Christi, non autem inuenta humana.* Post λόγια Θεῶ supple λαλεῖτω. Ὡς autem redundat, ut 2 Cor. V, 19. et secundum

dum nonnullos etiam 2 Petr. I, 3. ἔτι τις διακονεῖ — χορηγεῖ δ θεός) Διακονεῖν h. l. in specie est curam habere pauperum et aegrotorum. Hi debent munere suo fungi pro corporis uiribus; nam iuuenes ad διακονίας eligi solebant, qui huc illuc facile discursarent. ἴνα ἐν πᾶσι — ἀιώνων) Ἐν πᾶσι, per omnes homines, qui nempe uestros actus uident. Alii: in omnibus negotiis uestris. Δοξάζηται, laudetur. Διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, propter Iesum Christum et beneficia quae ei accepta ferimus. Κράτος, ἰϋ, imperium, quod LXX. interdum uertunt, δυναζεια.

12. μὴ ξενίζεσθε — γινομένη) Constructio est talis: Μὴ ξενίζεσθε (ἐπι) τῇ πυρώσει γινομένη ἐν ὑμῶν πρὸς πειρασμὸν ὑμῶν, i. e. ὑμῶν. Nolite ceu re noua perturbari aduersitatibus, quae uobis accidunt ad explorationem uestram. Verbum ξενίζεσθαι eodem sensu hic sumitur, quo supra u. 4. Πύρωσις, incendium, exustio, probatio quae fit per ignem, et hoc quidem loco magnae aduersitates, quibus fiducia, patientia et uirtus Christianorum exploratur. Quare additur πρὸς πειρασμὸν ὡς ξένος ὑμῶν συμβαίνοντος) Tanquam res inopinata uobis eueniret.

13. ἀλλὰ — ἀγαλλιώμενοι) Sed potius, quum similes ob causas patiamini, ob quas Christus passus est, gaudete, quo etiam illo tempore, quo aperuerit omnibus maiestatem suam, fruamini maximo gaudio. Κοινωνεῖν τοῖς τῷ Χριστῷ παθήμασι, socium esse passionum Christi, i. e. similes ob causas perferre calamitates. Christus autem

religionis causſa, et innocens tot ac tanta paſſus eſt. Cf. Iac. I, 2.

14. εἰ διειδίξεθε — ἀναπύεται) Ἐν ὀνόματι Χριſτοῦ, i. e. Ἔνεκα Χριſτοῦ, propter religionem. Μακάριοι, Matth. V, II. 12. Τὸ τῆς δόξης καὶ δυνάμεως καὶ τὸ τοῦ Θεοῦ πνεῦμα, omni ueneratione cultuque digniſſimus, et potentiſſimus, Deique ſpiritus. Poſt τῆς δόξης habent καὶ τῆς δυνάμεως Cod. Alex. cum aliis codicibus, uerſiones haud paucae et Patres nonnulli. Vulgata: quoniam quod eſt honoris, gloriae et uirtutis Dei, et qui eſt eius Spiritus ſuper uos requieſcit: Arabica Erpenii uerſio: quia laus et gloria et uirtus et Spiritus Dei etc. Cyprianus: quia maietatis et uirtutis Domini nomen in uobis requieſcit. Ἐφ' ὑμῶν ἀναπύεται, habitat in uobis. Spiritus in Chriſtianiſ habitans, i. e. dona nobis data, cognitio uerae religionis, et recte agendi facultas. Haec dona ſunt pignus futurae felicitatis. κατὰ μὲν — δοξάζεται) Κατὰ, per, a, ab. Deeſt Nominatiuus. Nonnulli ſupplent Θεός, alii Χριſτός, alii πνεῦμα, quod praecedat. Videtur intelligi Spiritus ſanctus. Huius dona ab Ethnicis conuitiis proſcindebantur. Ea uero Chriſtiani laudare dicuntur, et magni facere, quia in religione eius uiuebant.

15. μὴ γάρ — ἀλλοτριεπίσκοπος) Γὰρ pro ἔν. Syrus: Tantummodo ne quis etc. Ἀλλοτριεπίσκοπος, qui ſe alienis rebus et negotiis immiſcet, ut uolunt plurimi. Videtur autem potius hic denotari, qui alienis aut aliis inſidiatur, homo rebellis; nam ἐπίσκοπος ſaepe ponitur pro κατάσκοπος, et ἀλλότρια ſunt uel πράγματα, uel κτήματα et χρήματα.

16. εἰ δὲ ὡς — μέρει τέτρω) Χριστιανὸς non nisi ter in N. T. occurrit, Act. XI, 26. XXVI, 28. et hoc nostro loco. Ἐν τῷ μέρει τέτρω, ob hoc ipsum, quod dignus habeatur pro Christo calamitates perferre.

17. ἔτι δ καιρὸς — τῷ Θεῷ) Instat enim tempus, quo Christiani grauissima mala patientur. Est autem κρίμα h. l. ὁμοίω, Dei constitutio, de immittendis scilicet aduersis, ut ostendant praecedentia, nempe ad alios purgandos, alios explorandos, et proponendos in exemplum. Aliis κρίμα est castigatio. Ὁ οἶκος τῷ Θεῷ, ecclesia, uel potius familia Dei, Christiani. Instabat nempe tempus a Christo Matth. XXIV. praedictum, quum oriens bello exardesceret. Eo tempore Christianis etiam multa mala ingruerant, et uidebatur Deus aduersus coetum Christianorum sacrum durius agere. εἰ δὲ πρῶτον — εὐαγγελίῳ) Si autem nos primi sustinebimus mala, quem exitum habebant illi, qui non obsequuntur religioni diuinae? De Iudaeis agit, et eius gentis excidium praedicit.

18. καὶ εἰ δ δίκαιος — φανεῖται) Et si boni uix malis eripiuntur, quid impiis et sceleratis hominibus eueniet? Ex graeca uersione Prou. XI, 31. Μόλις, aegre, non sine difficultate. Σώζεσθαι, liberari a malis. Ὁ ἄσεβης καὶ ἁμαρτωλὸς, impius in Deum, improbus in homines. Πῶ φανεῖται; ubi inuenietur? אַשׁוּר אֵל, ut Hebraei dicunt. Certissime peribit. Scriptor de uita et morte Moïsi: Quod si iustis retribuit Deus minimum quod faciunt, quanto magis peccatoribus multum quod committunt, retribuet?

19. ὡς καὶ — ἀγαθοποιῶν) *Itaque etiam qui mala perpetuantur Deo sic dispensante, se totos permittant Deo, tanquam benignissimo creatori, neque in bene agendo defatigentur.* Πισθς, qui stat promissis, et mala tolerata maximis bonis repensat. Τὰς ψυχὰς ἑαυτῶν, se totos, quanto quanti sunt. Ἀγαθοποιεῖν, *recte et honeste agere.*

Caput V.

Continetur hoc capite hortatio ad Presbyteros uel doctores, itemque discipulos, auditores, usque ad u. 5. Sequitur generalis hortatio ad u. 12, ac totius Epistolae Epilogus.

I. Πρεσβύτεροις — κοινῶς) Πρεσβύτεροι, et principes coetuum, (*doctores*, u. 2.) et ceteri ad regimen eis sociati. *Bensonius* intelligit seniores aetate, quia Petrus qui non fuit Episcopus, se nominat συμπρεσβύτερον. Sed fuit tamen doctor, et in allusionibus saepe eadem uox duplici significato sumitur. Sic et imperatores Romani milites suos uocant commilitones, et senatus partem se esse dicunt. Μάρτυς τῶν τῷ Χριστῷ παθημάτων, *testis eorum quae Christus est perpeffus.*

2. ποιμάνετε — θεῷ) i. e. *Docete et regite populum curae uestrae commendatum.* Ποιμαίνειν est regere ac docere. Hebraeum רָעָה Regibus etiam tribuitur 2 Sam. V, 2. VII, 7. Τὸ ἐν ὑμῖν ποιμνίον τῷ θεῷ, *populum Dei qui est in locis uestris*, i. e. Christianos curae uestrae commendatos. ἐπισκοπεῖν — προθύμως) Ἐπισκοπεῖν, *attente et cum cura singulari inspicere, ita ut iis, quorum*

rum

rum inspectores sumus, pro ipsorum conditione simul prospiciamus et bene consulamus. Μη ἀναγκασῶς, non quasi onere imposito, et inuiti. Μηδὲ ἀισχροκερδῶς, neque turpis lucri gratia. Προθύμως, promte, studiose. Syrus: *ex toto corde.*

3. μηδ' ὡς — κλήρων) *Non imperium exercete in Christianos.* Κλήρος, *sors, possessio*; deinde uero כְּהֵנִי הַלֵּה, *peculium Dei.* Sic olim uocabatur populus Israeliticus, Deut. IV, 20. IX, 29. Nunc autem haec denominatio transfertur ad coetum Christianum et ad singulos Christianorum coetus; qui enim hic dicuntur οἱ κληροί, statim dicuntur τὸ ποιμνίον τῆς Θεῆς. In V. T. nominatim tribus Leuitica ὁ κληρος Θεῆς dicebatur. Exinde *clerus* uocatus est ordo ecclesiasticus, ἡ τῆς κλήρης τάξις. Sensim uero inoleuit Clericorum et Laicorum antithesis. Κατακυριεύειν, *regio more imperare*, (ut Matth. XX, 25.) non licet administro a Deo constituto; Deus enim est huius coetus Dominus. ἀλλὰ — ποιμνίον) Τύπος, *exemplar.* Ipsi facite ea, quae aliis praecipiat, aliter quam scribae et Pharisei, Matth. XXIII, 3. 4. Cicero de Senatu: *Is ordo uitio uacato: ceteris specimen esto.*

4. καὶ φανερωθέντος — σέφρονος) Φανερωθέντος τῆς ἀρχιποιμένουσ, *quum apparuerit princeps doctorum.* Τὸν μέγα ποιμένα uocat Paulus Hebr. XIII, 20. φανερωθέντος dictum ut Col. III, 4. Κομίζεσθαι eleganter de praemio dicitur, ut supra I, 9. Ὁ τῆς δόξης σέφανος, *corona splendida*, i. e. praemium in uita aeterna. Eleganter autem Petrus hic addit ἀμαράντινον,

τινον, *haud marcescentem*; nam inter coronas, quae dabantur bene meritis apud Graecos et gentes alias, erant εἴφανοι ἀμαράντινοι, ut nos docet Philostratus heroicis. Plinius autem de *Amaranto* Libro XX: *Summa natura eius in nomine est, appellato, quoniam non marcescat.*

5. ὁμοίως — πρῶτοι) Νεώτεροι hic non uidentur esse natu minores; nam opponuntur doctores: sed potius auditores et discipuli, eodem fere sensu, quo Luc. XXII, 26. ὁ μείζων et ὁ νεώτερος sibi opponuntur. Vocem ὑποτάσσεσθαι esse sensus reciproci, saepe iam dictum. τὴν ταπεινοφροσύνην ἐγκομβάσαθε) *Modestiae date operam.* Ἐγκομβᾶσθαι idem est ac ἐνδύσασθαι, deriuatum uerbum a nomine ἐγκόμβωμα, *alba uestis feruorum*, ut Pollux L. IV, 18. nos docet. *Induere uirtutem aliquam est, illi se adsuefacere, operam dare.* ὅτι ὁ θεός — χάριν) Ex Graeco Prou. III, 34. Ἀντιτάσσεται auersatur eos, ut indignos suo beneficio, delicit eos, nec dignatur ope sua. Non secundat eorum conatus et incepta.

6. ταπεινώθητε — ἐν καιρῷ) *Submittite uos Deo potentissimo, ut uos in summum locum felicitatis et honoris extollat suo tempore.* Submittunt se Deo, qui mala huius uitae patienter ferunt, prouidentiae Dei indignando non resistunt; omnia bona a potentia Dei expectant. Κραταίαν χεῖρα, ἠρῆν 7, Exod. III, 19. Ἐν καιρῷ, *tempore oportuno.*

7. πᾶσαν — ἐπ' αὐτὸν) i. e. omnes anxias curas abicite, et Deo commendate res uestras. Nam uerbum ἐπιβίπτειν, *reiiicere*, innuere uidetur abiiciendas curas, et reiiiciendas in Deum. Ex Pf. LV, 23. Cf. Matth. VI, 25. 30. Haec admonitio propter persecutiones tum imminentes inprimis necessaria erat.

8. νήφατε — καταπίη) Νήφατε, γρηγορήσατε, *semper attentī, circumspēcti estote*. Circumspēctam uitae rationem praecipue commendat propter aduersarios religionis et persecutores. Diabolus hic uocatur piorum ἀντίδικος, quomodo ἐχθρὸς Matth. XIII, 39. Ὡς λέων ὄρυσόμενος, *sicut leo rugiens*, i. e. esuriens, nocendi cupidus. Περιπατεῖ, ζητῶν τίνα καταπίη, *ubique circumspicit et quaerit cui noceat*, quem a uera religione et pietate abstrahat, et perdat. Adscribitur diabolo, quod fecit per sua instrumenta, Ethnicos et Iudaeos diabolico furore repletos, ad uexandos Christianos. De tentationibus diabolicis in genere non esse sermonem, patet ex comm. 9. Alii non male, et fere sensu eodem διάβολον intelligunt *quemuis conuitiatorem*, uel adiectiue *hominem calumniantem*, et in uocibus ὁ ἀντίδικος ὑμῶν διάβολος Enallagen Singularis pro Plurali esse statuunt. Sensus itaque effert: *Illi aduersarii uestri calumniantes* (religionem et mores uestros) *similes leoni, esurienti et irato, semper quaerunt occasiones uobis nocendi et uos perdendi*, uitae uestrae struunt insidias, et uexationibus uos a uera religione auertere uolunt, ut salutem aeternam amittatis.

9. ὃ ἀντίστητε σερεοὶ τῇ πίσει) *Cui resistite, ne uobis nocere possit, firmiter persistentes in religionis confessione.* Ἀντίστητε, est Imperatiuus. εἰδότες — ἐπιτελεῖσθαι) *Cogitantes iisdem calamitatibus alios etiam Christianos in aliis locis uiuentes premi.* Τὰ αὐτὰ τῶν παθημάτων pro τὰ αὐτὰ παθήματα. Ἀδελφότης, ut supra II, 17. Τῇ ἀδελφότητι ὑμῶν ἐν κόσμῳ sc. ἔση, siue διαγέση.

10. ὁ δὲ Θεὸς — θεμελιώσαι) Ὁ Θεὸς πάσης χάριτος, *Deus clementissimus, omnium bonorum auctor. Genitiuus causae efficientis.* Ὀλίγον, i. e. κατ' ὀλίγον μέρος τῆς χρόνου, *ad breue tempus.* Nam breuis omnis haec uita aeternitati comparata. Καταρτίσαι, σηρίξαι etc. omnino legendum pro futuro καταρτίσει, σερίξει etc. Καταρτίζειν, *perficere, magis magisque perfectum reddere, nempe in religionis cognitione et exercitio.* Στηρίξειν, *confirmare, in eadem ueritate et pietate.* Σθενῶν, *roborare, ualidum reddere aduersus omnes tentationes.* Θεμελιῶν, *fundare, uelut inuictum reddere.*


12. διὰ Σιλβανῶ — ἔγραψα) *Haec uobis breuiter tantum perscripsi per Siluanum, fidelem collegam, ut mihi certissime persuadeo.* De Siluano uide 1 Thess. I, 1. Δι' ὀλίγων, sc. ῥημάτων, uel λόγων, *breuiter, paucis.* Ὡς λογίζομαι, non sunt uerba dubitantis, sed eius, qui firmissime de aliqua re est persuasus, ut Rom. VIII, 18. Alii cum Grotio interpretantur: *si recte memini, ut Apostolus dicat, se non nunc primum iis scribere, sed et scripsisse antehac, quanquam breuiter, et id, (quantum meminit) per Siluanum, siue Silam.* Sed repugnat 2 Petr.

III, 1. παρακαλῶν — ἐς ἡκατε) *Confirmans insuper ue-
ram eam esse Dei religionem, in qua adhuc perseueratis.*
Χάρις *beneficium*, h. 1. est ipsa religio, doctrina, pro-
fecta ex summa Dei bonitate. Ἐἰς ἡν, pro ἐν ἡ, fre-
quens nostris Enallage. Ἐς ἡκατε, Praeteritum pro Prae-
fenti. Fuerat autem utile, Christianos, inter quos fuisse
uidentur, qui a Paulo erant conuersi, etiam Petri aucto-
ritate firmari.

13. ἀσπάζεται — συνεκλεκτῆ) Συνεκλεκτῆ uidetur
nonnullis esse mulier quaedam christiana, uel etiam Petri
uxor. Alii intelligunt ἐκκλησίαν, quod nomen Syrus,
Arabs, Latinus et Oecumenius addunt. *Quam una nobis-
cum Deus sibi delegit.* De Babylone dissident ueteres et
noui interpretes; Nam Babylon multo ante uastata fuerat,
et Petri tempore eo loco fuit urbs Seleucia. Veteres
Romam interpretantur; recentiorum sententias recenset
III. Michaëlis in Introducēt. in Libb. N. T. §. 209. Vi-
detur intelligi urbs Babylon ad Euphratem sita, quae olim
quidem uastata fuit, sed non penitus. καὶ Μάρκος ὁ
υἱὸς μου) *Marcum* Petri filium proprie dici nonnulli existi-
mant. Sed potest etiam intelligi is, qui Euangelium con-
scripsit, a Petro ad religionem christianam adductus. Nam
solebant Apostoli eos, quos ipsi instituerant, filios uocare,
c. g. 1 Cor. III, 17. 1 Tim. I, 2. 2 Tim. I, 2.

14. ἀσπάζασθε — ἀγάπης) Orientis. consuetudo erat,
ut mutuis oiculis se salutarent, quod imprimis Persae fa-
ciebant, sed et Hebraei, a quibus hic mos manauit ad
Christianos; nam primi Christiani erant Iudaei. Orige-
nes :

nes: *Mos ecclesis, ut post orationes osculo se invicem suscipiant fratres.* Id osculum *sanctum* dicebatur; quo circa ἐν φιλήματι ἀγίῳ legunt codices nonnulli, Syrus, Arabs polygl. et Latinus interpres. Idem sensus; nam osculum charitatis, et osculum sanctum se mutuo explicant. εἰρήνην — Ἰησοῦ) *Salutem et omnem prosperitatem omnibus vobis, qui estis Christiani.* Mos salutandi Hebraicus, שְׁלוֹם לְכֻלְּכֶם. In *Christo* esse dicuntur, qui sunt in eius ecclesia.



SCHOLIA

IN

EPISTOLAM PETRI POSTERIOREM,



Hanc Epistolam non esse Apostoli Petri, olim uerum multi credidere, tum ob stili cum priori diuersitatem, tum quod multae ecclesiae eam olim non receperint. Sensim uero agnita est eius auctoritas canonica a plurimis. Euseb. Hist. Eccl. Lib. III, c. 3. Πέτρος — ἐπιστολή μὴ ἢ λεγομένη αὐτῆς προτέρα, ἀνωμολογῆται. ταυτὴ δὲ καὶ οἱ παλαιοὶ πρεσβύτεροι ὡς ἀναμφιλεκτῶ ἐν τοῖς σφῶν αὐτῶν κατακεχρημένοι συγγραμμάσι. τὴν δὲ φερομένην αὐτῆς δευτέραν, ὅτι ἐνδιαθηκῶν μὲν εἶναι παρελιθησάμεν. ὁμῶς δὲ πολλοῖς χρησιμὴ φανείσα, μετὰ τῶν ἄλλων ἐστῆδασθη γραφῶν. Et c. 25. τῶν ἀντιλεγόμενων, γνωριμῶν δ' ἐν ὁμῶς τοῖς πολλοῖς, ἢ λεγομένη Ἰακώβου φέρεται, καὶ ἢ Ἰσδα, ἢ τὴν Πέτρος δευτέρα ἐπιστολή. Hieronymus Catal. Scriptor. Eccles. Simon Petrus — scripsit duas epistolas, quae catholicae nominantur, quarum secunda a plerisque eius esse negatur, propter stili cum priore dissonantiam. Haec tamen stili diuersitas nonnisi cap. II. deprehenditur. Camerarius ad 2 Petr. III, 16. bene annotat: *Vt autem orationis forma in causa esse potuit, cur de autore dubitaretur, — ita sententiae*

Tomus V. B b tentiae

tentiae profecto eiusmodi in hac epistola insunt, quae uel nullius nisi Apostoli Petri, uel hoc certe uno dignae esse uideri debeant. Deinde etiam Petro tribuendam esse, inde patet, quod praefixum est eius nomen, et auctor dicit, se uidisse gloriam Christi, in sancto monte, cap. I, 17. 18. coll. Matth. XVII, 1 — 6. Cf. Ill. Michaelis Introd. in Libros N. T. §. 212. qui etiam argumentis haud contemnendis euincere studet, *Gnosticis* oppositam esse hanc epistolam, praecipue propter cap. II, 10. 11. 12. 15. Hoc oppido patet, uoluisse auctorem prospicere lectoribus suis, ne a falsis doctoribus inter Christianos latentibus, quorum uita aequae detestabilis erat ac doctrina, abriperentur tum ad flagitia christiano homine prorsus indigna, tum ad errores perniciosissimos. Scriptam esse hanc epistolam paullo ante martyrium Petri, patet ex c. I, 14. Grotius scriptorem eius arbitratur esse Simeonem, siue Simonem episcopum post Iacobi mortem Hierosolymis, eiusdemque Iacobi, cuius epistolam habemus, successorem et imitorem. Refutauit eum *Henr. Hammondus*, sed paullo iniquior Viro eruditissimo, castigatus a *Io. Clerico* in notis ad Hammondum.

Caput I.

I. Σ υμεών — Χριστός) Alii habent *Simon* pro *Simeon*. Sed nihil interest hoc an illo modo scribas; nam *Simeon* est Hebraicum, et *Simon* Hellenisticum. Τοῖς ἰσότιμον ἡμῶν λαχῶσι πίσιν, iis qui eandem nobiscum pretiosam religionem acceperunt. Ἰσότιμον, ἰσόμοιρον, ἰσόπεδον, uoces sunt ab elegantioribus Graecis acceptae, qualis est

est etiam λαγχάνειν pro accipere. Πίσις, religio. Ἐν δικαιοσύνη, beneficio. Nam δικαιοσύνη, hebr. **הַרְצָא** interdum est benignitas.

2. χάρις — τῷ Θεῷ) *Omnis generis prosperitas uobis contingat per cognitionem Dei.* Optat Apostolus Christianis eam felicitatem, quae ex recta cognitione Dei et Iesu Christi oritur. Alii ἐν ἐπιγνώσει interpretantur *una cum cognitione.*

3. ὡς πάντα — δεδωρημένης) *Quum Deus pro sua potentia omnia nobis donauerit, quae ad beatam uitam et pietatem pertinent.* Exhortatur Petrus Christianos ad uirtutis studium, u. 3 — II. Vocula ὡς quum alias, tum participiis iuncta sic ponitur, ut abundet. *Diuina Dei potentia*, i. e. Deus pro diuina sua potentia. Δεδωρημένης, et u. 4. δεδώρηται sumitur actiue; nam in uerbis, quae perfecto uel alio tempore Mediae uocis carent, loco temporis Medii passiuum adhibetur. Philo de Sacr. Ab. et Cain. p. 147. Α. μυρία ἡμῖν ἢ φύσις ἐπιβάλλοντα ἀνθρώπων γένει δεδώρηται, *Plurimas res nobis natura, conuenientes humano generi, donauit.* Versu 3. 4. est antecedens, com. 5. consequens. διὰ τῆς ἐπιγνώσεως — ἀρετῆς) *Per cognitionem eius, qui nos ad felicitatem inuitauit pro sua maiestate et perfectione, s. pro sua gloriosa benignitate.* Satis fuerat dicere διὰ τῆς ἐπιγνώσεως αὐτοῦ, sed Hebraei amant nomina ponere uice pronominum. Διὰ δόξης καὶ ἀρετῆς, *per gloriosam benignitatem.* Ἐν διὰ δυοῖν pro διὰ τῆς ἀρετῆς ἐνδόξου. Ἀρετῆς, ut I Petr. II, 9. est *summa Dei perfectio*, inprimis

uero eius *beneficentia*, *benignitas*. Apud Ioseph. Ant. XVII, 5. 6. ἀρετῇ τῆ θεῆ est *auxilium diuinum*.

4. δι' ὧν — δεδωρηται) *Qua maxima nobis et pretiosa promissa dedit*, nempe felicitatis aeternae, quibus promissis nihil maius aut honoratius. δι' ὧν, sc. δόξης καὶ ἀρετῆς, qua gloriosa benignitate. Alii minus commode, ut mihi uidetur, referunt ad πάντα, initio comm. 3. ἵνα διὰ — φύσεως) *Vt per ista promissa excitati participes feretis*, id est, *imitatores diuinae bonitatis*. φύσις interdum pleonastice ponitur, e. g. Iac. III, 7. φύσις θηρίων, pro θηρία. Sic κοινωνοὶ θείας φύσεως essent *participes Dei*, i. e. beneficiorum Dei, praecipue autem felicitatis aeternae. Deinde uero etiam φύσις est *indoles*, *ingenium*. Cf. loca a nobis allata ad Eph. II, 3. Ergo participes diuinae indolis fiunt, qui fiunt Dei similes, nempe in uero sensu de recto et bono, et in uero studio recti et boni. Haec explicatio praefenda uidetur ob sequentia. ἀποφυγόντες — φθορᾶς) *Abdicantes corruptos mores, quibus ceteri homines dediti sunt, ortos ex malis cupiditatibus*. φθορὰν Apostolus et hic et cap. II, 12. 19. uocat *mores corruptos*. Haec morum corruptio *in mundo esse* dicitur, quia maxima pars hominum ea laborat, 1 Io. V, 19. et dicitur ἐν ἐπιθυμίᾳ, i. e. διὰ ἐπιθυμίας, quae ex concupiscentia nascitur, Iac. I, 15. Ἀποφεύγειν potest regere Accusatiuum propter uerbum φεύγειν, ut infra c. II, 20. Sed potest et Genitiuum regere propter uim praepositionis ἀπὸ, quasi scriptum esset φυγόντες ἀπὸ τῆς φθορᾶς.

5. καὶ αὐτὸ — παρεισενέγκαντες) *Ob id ipsum omnem operam adhibeatis.* Connectitur cum u. 3. et καὶ sumitur pro consecutio, ut saepissime alias in sacris litteris. Αὐτὸ τῆτο, i. e. διὰ αὐτὸ τῆτο, *ob id ipsum.* Αὐτοὶ δὲ habent Cod. Alex. uersio aeth. et uulgata. Αὐτῷ δὲ τῆτω, cod. 40. apud Wetstenium et Euthalius; αὐτοὶ δὲ τῆτω, cod. 8. Παρεισφέρειν, *afferre.* ἐπιχορηγήσατε — γνώσιν) *Exhibete cum fide uestra uirtutem, et cum uirtute prudentiam.* Ἐπιχορηγεῖν, *exhibere.* Ἐν, *una cum.* Secundum alios ἐπιχορηγεῖν est *adiicere*, et ἐν abundat. Sic ἐπιχορήγημα apud *Athenaeum* coenae accessio. Describitur nexus et catena uirtutum plurium. Non satis est, ut unam aut alteram uirtutem habeas, sed omnes uirtutes exercendae sunt homini Christiano. Ἀρετῇ forsan hic accipitur sensu specialiori pro *fortitudine in fide*, uel in religionis professione; sequuntur enim multa uirtutum nomina, ἐγκράτεια, ὑπομονή etc. Γνώσις, *prudentia*, prudens uitae ratio, *Bedachtsamkeit*, ut non tantum recte et fortiter, sed et considerate et prudenter agas.

6. ἐν δὲ τῇ — εὐσέβειαν) Ἐγκράτεια, *seuera ab omnibus uoluptatibus abstinentia.* Ὑπομονή, *constantia in aduersis.* Εὐσέβεια, *in Deum pietas*, e. g. preces, cultus publicus, priuatus etc.

7. τὴν φιλαδελφίαν — ἀγάπην) φιλαδελφία, *dilectio Christianorum.* Ἀγάπη, *dilectio erga homines omnes*, etiam non Christianos.

8. ταῦτα — ἐπίγνωσιν) Ταῦτα γὰρ ὑμῖν ὑπάρχοντα καὶ πλεονάζοντα, *ubi enim haec omnia uobis non ade-*

runt tantum, sed et accrescent in dies. Ὁυκ ἀργὺς — ἐπίγνωσιν, sistent uos tanquam homines, quorum cognitio Domini nostri Iesu Christi non sit otiosa aut infructuosa, i. e. cognoscetur ex his uirtutibus, uestram religionis cognitionem non esse inanem et inutilem. Ἐἰς τὴν ἐπίγνωσιν, pro ἐν τῇ ἐπιγνώσει.

9. ᾧ γὰρ — ἀμαρτιῶν) Cui enim desunt hae uirtutes, is coecus est, nihil cernens, et uim baptismi amisit, i. e. nihil ei prodest, in baptismo ualedixisse omnibus sceleribus et peccatis, et remissionem eorum accepisse. τυφλὸς de coecitate mentis hic intelligitur. μυωπάζειν, coecitare, non procul cernere. Aristoteles: μυωπάζειν λέγονται, διὰ τὰ μὲν ἐγγὺς βλέποντες, τὰ δὲ ἐξ ὑποστάσεως ἔχοντες. *Kurzſichtig.* Quantumuis sapiens sibi uideatur, qui destitutus est his et aliis uirtutibus, misere oberrat, et procul abest a recta et genuina religionis scientia. Ὁ καθαρισμὸς τῶν πάλαι ἀμαρτιῶν, uel ut alii legunt ἀμαρτημάτων est *baptismus*, per quem fit purgatio a peccatis. λήθη λαβεῖν, *obliuisci*, sed hoc loco et alias dicitur pro *negligere, contemnere*, adeoque *perdere et amittere*. Sic Philo de Exsecrat. p. 936. C. ait, quosdam legum contemptui et plurium numinum religionibus se dare, λήθη τῆς συγγενῆς καὶ πατρῆς διδασκαλίας, *per neglectum domesticae et patriae disciplinae*. Sensus igitur loci nostri est: Eiusmodi homo parui facit beneficium baptismi, et pro religionis contemptore est habendus.

10. διὰ μᾶλλον — ποιῆσαι) Potius ergo date operam, ut magis magisque certiores fiat̄s felicitatis aeternae, cuius

cuius spes per professionem religionis christianae uobis est facta. Hunc horum uerborum sensum esse puto. Ἡ καλῆ-
 σις καὶ ἐκλογὴ est illud beneficium ingens, quo Deus
 prouidentia sua ad religionem christianam nos adduxit,
 fecit nos populum suum, nobisque promisit aeternam feli-
 citatem, si et nos faciamus, quod nostri est. Βέβαιον
 γίνεσθαι, siue βεβαιῆσθαι est ratum fieri, ut Rom.
 IV, 16. Rata facimus autem promissā illa diuina per fi-
 dem, et studium operum bonorum. Quare post σπεδά-
 σατε non male addunt: ἵνα διὰ τῶν καλῶν (ὑμῶν)
 ἔργων etc. cod. Alex. cum recentioribus nonnullis et
 uersionibus. ταῦτα — ποτε) Si hoc faciatis, non un-
 quam spe excidatis; nunquam spes uestra frustrabitur.
 Πταίειν, sc. ἐλπίδος, spe excidere.

11. ἔτω — Ἰησοῦ Χριστοῦ) Πλεσιώως, cupiose; sed
 hic per Metonymiam promptissimo Dei affectu. Et ἐπιχο-
 ρηγηθήσεται hic est concedetur, ut 2 Cor. IX, 10.

12. διδῆκ — ἀληθεία) Διδ, quum haec res tanti sit
 momenti. Hortatur Apostolus Christianos ab hoc com-
 mate 12. ad cap. III, 13. ne a seductoribus decipi se
 patiantur, praemissa breui admonitione (u. 12 — 15.)
 quibus caussis permotus necessarium duxerit, ut ad re-
 tinendam firmiter eam doctrinae purioris partem, quae a
 falsis doctoribus non deprauabatur tantum, sed deridebatur
 etiam, eos iterum iterumque incenderet. Καίπερ εἰδέ-
 τας etc. Hoc non ad omnes, sed ad maiorem, certe me-
 liorem eorum, quibus scribit, partem pertinet. Ἐν τῇ
 παύσει ἀληθεία, in ea ueritate, quam huc usque pro-
 fitemini, nempe euangelica.

13. δίκαιον δὲ — ὑπομνήσει) Σκήνωμα, *tentorium*, h. l. esse *corpus*, nemo non uidet. Vid. 2. Cor. V, 1. Διεγείρειν ὑμᾶς ἐν ὑπομνήσει, *excitare uos, ad officium saepe commonefaciendo*.

14. εἰδώς — σκηνώματός με) Ἀποτίθεσθαι, *deponere*, proprie de uestibus dicitur, ut Aēt. VII, 58. Per similitudinem quandam de tabernaculo, aut de corpore uelut tabernaculo, quomodo et γυμνοὶ dicuntur, qui extra corpus sunt, 2 Cor. V, 3. Καθώς — ἐδήλωσέ μοι) Ergo Petro mors propediem instans peculiari modo reuelata est, eodem modo, quo Paulus Aēt. XX. dicit, se per Spiritum S. admoneri, se mox esse moriturum.

15. σπεδάσω — ποιῆσθαι) Igitur operam dabo, ut semper possitis horum meminisse post mortem meam. Δὲ, igitur. Ἐξοδος, *mors*.

16. εἰ γὰρ — παρσίαν) Non enim fabulis argute calideque excogitatis usi sumus, quum uobis persuaderemus, Dominum nostrum Iesum Christum magnis ingentibusque factis in his terris conspicuum fuisse. Exponit Auct. rationes, ob quas certo persuasi esse possint lectores, ueram esse doctrinam ab Apostolis traditam. Σοφίζεσθαι interdum malo sensu sumitur pro *callide decipere*, ut apud Ioseph. de B. Iud. I, 2. 3. τοῖς τοῖς ἐσοφίζετο τὸν Τίτον, *eiusmodi uerbis (Ioannes) callide circumueniebat Titum*. Μύθοι σοφισμένοι igitur sunt *fabulae argute calideque excogitatae, ad imperitam multitudinem decipiendam aptae*. Iosephus in Prooemio Antiquitt. §. 4. ubi Moysis sapientiam cum Legislatorum gentilium stultitia confert:

fert: οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι νομοθέται τοῖς μύθοις ἐξα-
 κολυθίσαντες etc. Δύναμις καὶ παρρησία per
 Hendyadin pro δυνατὴ παρρησία, *Iesu Christi in his*
terris praesentia cum multis miraculis coniuncta, quibus se
esse Filium Dei, demonstravit. Hanc expositionem sequens
 oratio postulat. Sensus igitur est: Iesum Christum uixisse
 in his terris, et multis insignibus modis demonstrasse, se
 esse Filium Dei, hoc uobis non persuasimus, fictis usq[ue] nar-
 rationibus et fabulis quales adhibere solent Legislatores
 gentilium, uel alii astuti homines. Ven. *Griesbachius* in
 Prgr. de λογῶν προφητικῶν βεβαιωτέρῳ (1781.) hunc Christi ad-
 uentum intelligit de reditu Christi ad celebrandum extre-
 mum iudicium, inductus pluribus rationibus, hac imprimis,
 quod in tota hac epistola occupatus sit Apostolus in in-
 culcanda uindicandaque doctrina de aduentu Christi ultimo.
 Sed hoc diligentius examinare instituti nostri ratio non
 patitur. ἀλλ' ἐπόπται — μεγαλειότητος) *Sed ipsi ma-*
iestatem eius spectauimus. Ἐπόπται, *spectatores*; apud
 Profanos: *admissi ad secretiora mysteria.* Qualis illa
 fuerit maiestas, quam Petrus conspexit, patet ex se-
 quentibus.

17. λαβὼν γὰρ — δόξαν) *Maximum enim accipit hono-*
rem. Λαβὼν: sc. ἦν, pro ἔλαβε. Factum est hoc, quum
 uultus illius solis instar luceret, ac uestimenta niuis cando-
 rem superarent in tantum, ut humanus obtutus non fer-
 ret coeleste spectaculum. Matth. XVII, 5. Sed accessit
 etiam patris honorificentissimum testimonium, cuius statim
 meminit Petrus. Φωνῆς — δόξης) *Delata ad eum uoce*
a magnifica maiestate patris. Μεγαλοπρεπῆς δόξα,

magnifica maiestas, est *Deus* ipse, כבוד יהוה. Eodem sensu habes μεγαλοπρέπειν τῆς δόξης Pf. CXLV, 5. Ad sequentia cf. dicta ad Matth. XVII, 5. sqq.

19. καὶ ἔχομεν — λόγου) *Et nunc magis confirmata est ueritas doctrinae propheticae.* Λόγος, *doctrina*; in primis uero h. l. intelliguntur praedictiones Prophetarum de Messia. Sermones Prophetarum habuerunt quidem semper apud nos auctoritatem; at nunc multo maiorem habent, ex quo uidemus, euentus tam pulcre congruere dictis de Messia. Βεβαιῶν respondet hebraico צִקְיָהוּ (ὡς καλῶς ποιεῖτε προσέχοντες) *Cui merito animum aduertitis.* Iosephus Antiq. XI, 6. 12. in Artaxerxis literis quibus Amanis Edictum contra Iudaeos cruentum rescindit: ὁς (γράμμασι Ἀμάν) ποιήσετε καλῶς μὴ προσέχοντες. *Attendere autem ad uaticinia* est de eorum sensu et euentu quaerere et cogitare. Modum tamen in ea re esse tenendum, ne nimium tribuatur uaticiniis, statim in sequentibus docet Apostolus. ὡς λύχνῳ — τόπῳ) *Ceu lucernae lucenti in obscuro loco.* Λύχνος, *lucerna, eine Nachtlampe* hic opponitur τῇ ἡμέρᾳ. *Vaticinia V. T. et doctrinae Prophetarum comparantur cum lucerna, quia monstrabant quidem uiam salutis, sed obscure tantum.* Ἀυχμηρὸς τόπος, est *locus siccus, sticulosus, desertus.* Sed Micheae IV, 8. LXX. interpretes hebr. לַחֲמַיִם, pro quo legerunt לַחֲמַיִם, uertunt ἀυχμώδης, Aquila σκοτώδης, Symmachus ἀπόκρυφος, Vulgatus *nebulosa.* ἕως ἔ — καρδίαις ὑμῶν) i. e. *Donec ad clariorem rerum diuinarum cognitionem perueneritis.* Aduentante sole, cuius praenuntia est stella matutina, dies illucescens dispellit omnem caligi-

caliginem, et obscurat ipsam lucernam. Sic etiam doctrina Christi omnes dispellit ignorantiae tenebras, et longe superat ratione claritatis doctrinam Prophetarum. Diligenti comparatione instituta, facile hoc discrimen apparebit, et mens diuino lumine illustrabitur. Patebit etiam, uaticinia Prophetarum Spiritu S. inspirante esse edita, quum euentus tam pulcre congruant dictis. Ceterum Ven. *Griesbachius* Progr. cit. totum hunc locum explicat de uaticiniis a prophetis *christianis* de glorioso Christi reditu prolatis; quam quidem sententiam multis rationibus confirmare studet. Fuisse inter Christianos haud paucos, qui prophetiae dono instructi essent, nemo quidem ignorat. Cur autem ab eiusmodi prophetis *gloriosus Christi aduentus* praenunciari debuerit, equidem rationes non satis perspicio; nam Christus ipse hunc suum aduentum tam saepe atque tam clare promiserat, ut nouis huius rei praedictionibus opus fuisse non uideatur.

20. τὸ πρῶτον — ἢ γίνεται) Interpretes Graeci uerba ἐπιλύειν et ἐπίλυσιν ad explicandum hebr. פתח et פתונים, e. g. Gen. XLI, 12. Ἐπίλυσις itaque effert *interpretatio, explicatio*. Quum uero ad interpretationem somniorum, de qua 1. c. est sermo, requiratur etiam *inuentio* rerum absconditarum, per somnia praesignificatarum, hinc ἐπίλυσις uerti posset etiam *inuentio*. Plurimi uertunt: *Nullum uaticinium humanae declarationis interpretationisue est; nemini licet proprio arbitrio interpretari. Alii: Vaticinia in Sacris litteris consignata non sunt humano ingenio inuenta et excogitata.* Haec explicatio bene cohaeret cum comm. 21.

quo hoc ulterius illustrari et confirmari uidetur. Denique uerba *ιδίας ἐπιλύσεως ἢ γίνεται*, uerti possunt: *non est propriae, uel suae interpretationis*, i. e. non potest ex se et per se explicari; non potest intelligi nisi ex euentu et historia. Sic e. g. saepe legimus in uaticiniis, uenturas esse omnes insulas et nationes Hierosolymam adorandi Iouae causa; ex euentu et historia intelligimus, magnam paganarum nationum partem ad cognitionem ueri Dei peruenisse; non igitur omnes, sed multas tantum nationes intelligendas esse in illis uaticiniis. Cohaereret itaque hoc comma cum praecedenti, ubi dicit Apostolus, doctrinam Prophetarum magis confirmatam esse euentu et doctrina Christi. Hanc ego interpretationem reliquis praetulerim.

21. ἢ γὰρ θελήματι — ἀνθρώποι) Ἠνέχθη, *prolatum est*, ut hebr. נשן, *proferre*. θελήματι ἀνθρώπων, humano ingenio. Non locuti sunt Prophetae futura, quum ipsi uellent. Ὁι ἅγιοι Θεῶ ἀνθρώποι, i. e. *Prophetae*; hebraice: **וישקדו אלהי אנו**. Prophetae autem uocati sunt non tantum ii, qui munus propheticum obierunt, sed ii quoque, qui a Spiritu Dei acti praedixerunt, ut Daniel, Dauid et alii, quorum Scripta ideo hagiographa uocantur, quo sensu omnes libri canonici sunt prophetici. φερόμενοι ὑπὸ πνεύματος ἁγίου, *quum eos ageret Dei Spiritus*, inspirati a Spiritu sancto. φέρεσθαι ὑπὸ τινος significat *impelli, trudi, instigari*, uel physice, quum e. g. aliquid fluctibus, uento fertur, i. e. impellitur; uel moraliter quum quis cupiditate, studio fertur uel instigatur. Ergo sensus huius loci est: Prophetas locutos esse uolente

lente

lente ac iubente Deo. Quae fuerit inspirationis natura, hoc e uerbo φέρεσθαι erui non potest. Ceterum nexus comm. 20. et 21. est hic: Nullum uaticinium potest ex se explicari; nam uaticinia non sunt prolata uoluntate hominis; ipsi Prophetae multa non intelligebant; multa erant obscura, et euentu demum accipiebant lucem.

Caput II.

1. **Ε**γένοντο — λαῶ) Bene cohaeret cum superioribus. Non enim omnes Dei prophetae sunt, qui se tales dicunt. Multi falso sibi sumunt id nomen. Digreditur igitur nunc Petrus a prophetis ueris ad falsos doctores. Ἐν τῷ λαῶ, in populo Israëlitico. 1 Reg. XXII, 6. Ierem. XXVIII. Ezech. XIII. XXII, 25. 28. ὡς καὶ — ἀπωλείας) Qui-
nam fuerint isti ψευδοδιδάσκαλοι, non satis notum est. Existimant permulti, fuisse homines, quales postea uocati sunt *Gnostici*, qui orientalem philosophiam coniunxerunt cum religione christiana; cui sententiae contradixit Ven. *Tittmannus*, de uestigiis *Gnosticorum in N. T. frustra quaesitis*. Quanquam uero nomen *Gnosticorum* tempore Apostolorum nondum innotuit, placita tamen eorum, qui Sec. II. *Gnostici* nominati sunt nota esse, atque diffeminari potuerunt. Alii potius intelligunt *Iudaizantes*, qui relicta uera doctrina, fingeant oracula aduersus romanum magistratum, pollicebantur nouum uoluptatis theatrum etc. quorum e numero fuerunt multi *Montanistae* et *Sibyllistae* Sec. II. III. Παρσιάξοι, latenter introducent. Αἰρέσεις ἀπωλείας, sectas perniciosas, errores perniciosos. Est uox αἰρέσεως suapte natura media, sed additamento distin-

distinguitur. καὶ τὸν ἀγοράσαντα — ἀρνέμενοι) *Non sincere colentes Dominum, qui pro iis mortuus est.* Δεσπότης, Iesus, qui plerumque Κύριος in N. T. uocatur. *Christum abnegare* h. l. est *non sincere colere*, ut I Tim. V, 8. τὴν πίσιν ἤρνηται, *pro religionis contemptore habendus est*, quamvis externe profiteatur religionem. Qui postea *Gnostici* uocati sunt, de Christo ualde exiliter sentiebant, corpus ei tribuentes phantasticum, adeoque negantes, eum uere esse mortuum, contra quos errores Iohannes etiam disputat. Videntur tamen Iudaizantes etiam dediti fuisse nouae cuidam philosophiae, quae historiam Christi humanam uarie laederet et corrumperet, ita ut alii de supplicio crucis tacerent, alii omnino negarent, Christum uenisse in *carne*. Haec philosophica studia transiisse uidentur ad Gnosticos. Ἀγοράζειν, hic non significat effectum ultimum, sed efficaciam. ἰπάγοντες — ἀπώλειαν) *Non solum nihil eis proderit, semel fuisse Christum professos, uerum etiam accersent sibi celebrem poenam.*

2. καὶ πολλοὶ — ἀπωλείας) Pro ἀπωλείας lege ἀσελγείας, sicut habent codices plurimi, cum Syra utraque, Arr. Copt. Aeth. Arm. Vulg. harl. Chrysofomo, Oecumenio, Hieronymo. Multos Gnosticos lasciuiae et impudicitiae fuisse deditos, satis est notum. De Iudaizantibus modo ad u. I. diximus. δι' ἐς — βλασφημηθήσεται) *Propter quos religio christiana male audiet.* Ἡ ἰδδς τῆς ἀληθείας, *uia uera*, sc. ad aeternam felicitatem. Hoc praecipue de *Carpocratianis* perhibuerunt Veteres, propter quorum doctrinam et mores male audiebat

bat Christianismus, quia et ipsi dici uolebant Christiani. Valere potuit etiam de Iudaizantibus, peruerentibus sanctissimam religionem, quorum numerus satis magnus fuit.

3. καὶ ἐν — ἐμπορεύσονται) *Et quaestus cupiditate decipient uos fallacibus sermonibus.* Ἐν πλεονεξία, *per auaritiam.* Πλαστοὶ λόγοι, *sermones ficti, ad fraudem compositi.* Systemata Gnosticorum ualde erant artificiosa, et speciem habebant sapientiae. Cf. I Tim. IV, 6. Ἐμπορεύεσθαι, *negotari, lucrum ex aliqua re petere;* deinde etiam decipere, more fraudulentorum mercatorum. Cf. Irenaeus adu. Haeres. L. I, c. 1. Utebantur sermonibus, fictis ad palatum hominum, ut iis placerent, dicentes, christianam libertatem esse libertatem agendi quilibet pro lubitu. οἷς τὸ κρίμα — νυάζει) *Quibus iam dudum poena decreta est, et quorum interitus non cunctatur.* Νυάζειν, *dormitare, metaph. cunctari.*

4. εἰ γὰρ — ἐφείσατο) *Quum enim Deus angelis, qui ab eo defecerunt, haud pepercerit.* Ἀμαρτάνειν, pro ὕψθ de defectione a Deo hic et alibi intelligitur. Cf. Iudae u. 6. Apoptosis; deest enim: Quum Deus non pepercerit angelis et ceteris, multo minus parcat istis horum temporum improbis. Alii connectunt cum u. 9. ἀλλὰ — τετηρημένους) uel ut alii habent τηρημένους. *Sed catenis quasi uinctos in tartarum detrudens, tradiderit seruandos ad grauiorem poenam.* Σειρατὶς ζόφου, *in catenis tenebrarum.* Tenebrae ipsae uinctos tenent, suntque pro catenis. Sap. XVII, (17) 18. ἀλύσει σκοτύος ἐδέθησαν. Ταρταρώσας, *in tartarum detrudens.* Ὁ καὶ ἡ τάρτα-

τάρταρος, et in plur. τάρταρα, apud Homerum, Hesiodum, Platonem est locus infimus in rerum natura, caliginē et frigore horridissimus. Hesychius: -άρταρος, ὁ ὑπὸ τὴν γῆν κατώτατος τόπος. Eustathius ad Il. η. Τάρταρος — ἀπὸ ὑπόγειος καὶ ἀνήλιος, καὶ διὰ τὸ καὶ ψυχρὸς. Apollodor. Biblioth. I. c. 21. §. 2. ἀλλὰ τέτυκται μὲν Ὀυρανὸς δῆσας εἰς τάρταρον ἔρριψε. τόπος δὲ ἕτος ἐρεβώδης (tenebrosus) ἐστὶν ἐν ᾧ οὐδὲν ἀπὸ γῆς ἔχων διάστημα, ὅσον ἀπὸ κέραν γῆ. Inest his uerbis descriptio miseriae. Sicut facinorosi catenis uinῆτι detruduntur in carcerem tenebrosum, ita et angeli, qui contra Deum rebellarunt, ad grauiorem poenam feruantur, et ita tenentur, ut effugere nullo modo possint. Videtur et hic respicere Apostolus ad Librum, qui Henochō tribuitur, ubi dicitur: Πορεύς Ῥαφαήλ, καὶ δῆσον τὸν Ἀζαήλ χειρσί, καὶ ποσί, συμπόδισον αὐτὸν καὶ ἐμβάλλε αὐτὸν εἰς τὸ σκότος.

5. καὶ ἀρχαῖς — ἐφύλαξε) Ἀρχαῖος κόσμος, hominum genus ante diluuium. Ὀγδοὸς Νῶε, i. e. Noa cum septem aliis; quod genus loquendi haud rarum est aut inusitatum. Appianus bell. Pun. τρίτος δὲ ποτὲ ἐν σπηλαίῳ κρυπτόμενος ἔλαθε, interdum cum duobus comitibus in spelunca latebat. Multo tamen frequentius est, ut numerali addatur uox αὐτὸς. Andocides orat. 4. αἰρεθεὶς ἐπὶ τῷ δέκατος αὐτὸς, ipse cum nouem aliis ad hoc electus. Dicitur autem Noa κήρυξ δικαιοσύνης, praeco uirtutis, quia operam omnem dedit, ut homines suae aetatis ad uitam rectiorem conuerteret. Cf. Hebr. XI, 7. κατακλυσμέν — ἐπάξας) Κόσμον ἀσεβῶν uocat homines impios ante diluuium. Κατακλυσμός, diluuius, diluuium,

uium, inundatio in Glossario. Ἐπάξας, inducens, exacte dictum. Inde ἐπαγωγὰ Siracidæ omnia mala diuinitus immissa.

6. καὶ πόλεις — κατέκρινεν) *Et urbes Sodomorum et Gomorrhæorum in cineres redigens damnauit ad euerfionem.* Sic Marc. X, 33. κατακρινῆσιν αὐτὸν θανάτῳ. Alii plerique uocem καταστροφῆ cum κατέκρινε iungunt, et auferendi casu uertunt: *subuerfione, s. excidio puniuit,* quæ constructio paullo insolentior uidetur. Philo de excidio harum urbium sermonem faciens, his inter cetera, uerbis utitur, de Abrah. p. 369. Ε. ἡμέρα μιᾶ ἀ: μὲν εὐανδρῆσαι πόλεις τάφος τῶν δικητόρων ἐγγεγένητο, καὶ δ' ἐκ λίθων καὶ ξύλων κατασκευαὶ τέφρα καὶ λεπτὴ κόνις, *unus dies frequentissimas ciuitates in busta suorū ciuium uertit, structuras uero lapideas et ligneas, in cinerem et minutissimum puluerem.* ὑπόδειγμα — τεθεικῶς) Ἐπόδειγμα, *exemplar* perperam damnatur a Phrynicho et Thoma Magistro. Vid. Kypke ad h. 1. *Proposuit exemplum impie uitæuris.* Videre possunt ex eo impii, quæ poena ipsos maneat.

7. καὶ δίκαιον — ἐββύσατο) Lotum Apostolus uocat δίκαιον, comparatum cum illis, inter quos habitabat. Sequentia uerba construe: καταπονήμενον ὑπὸ τῆς ἀναστροφῆς τῶν ἀθέσμων ἐν ἀσελείᾳ, i. e. *quem taedebat uiuere inter homines flagitiosos et legum contemtores.* Καταπονεῖσθαι, *uehari, affligi, excrucuari,* hoc loco idem fere est ac u. 8. βασανίζεσθαι. Ἄθεσμος, de personis rarius occurrit. Hoc loco significatur *exlex, legum contemtor, legibus repugnans.* Sic uocantur

tur ii, inter quos Lotus uiuebat, quod secundum illam primaeuam, partim naturae, partim traditionis legem non uiuerent.

8. βλέματι — ἐβασάνιζεν) Constr. ὁ γὰρ δίκαιος ἐγκατοικῶν ἐν αὐτοῖς, ἐβασάνιζε βλέματι καὶ ἀκοῇ, ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, ψυχὴν δίκαιαν, ἀνόμοις ἔργοις, *iustus enim ille, habitans inter illos, cruciatus propetuos sentiebat, quod uidere et audire cogeretur eorum flagitia.* Βλέματι καὶ ἀκοῇ, *aspectu et uisu, i. e. audiendo et uidendo, uel quod uidere et audire cogeretur.* Ἡμέραν ἐξ ἡμέρας, *in dies, □' □'.* Βασανίζειν, *excruciare*, ponitur hic de *cruciatibus* ex animi moerore et indignatione ortis.

9. οἶδε Κύριος — τηρεῖν) Πειρασμοί, *calamitates.* Κολαζομένους, *praefens pro futuro κολασθησομένους, puniendos.* Ex uno exemplo nobili sententia infertur generalis. Impii certo punientur, in quacunque tandem re poena illa posita sit.

10. μέλιζα — πορεύομενος) *Maxime uero seruientes foedis libidinibus.* Πορεύεσθαι ὀπίσω σαρκὸς, *impuritatem ueneream sectari.* Iudas u. 7. pro eodem dixit: ἀπελθεῖσαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας. Voce σαρκὸς recte intelligitur omnis caro, siue nostri, siue alterius sexus, quae non est nostra, i. e. extra coniugium. Ἐπιθυμία μυασμῆ, *cupiditas impura.* καὶ κυριότητος καταφρονῆντας) Κυριότης, *abstractum pro concreto, magistratus, omnes in imperiis positi.* Interdum *angelis* hoc nomen tribuitur, et angelos hoc etiam loco nonnulli intelligunt, sed sine necessitate. πολμηταὶ — βλασφημῶντες) *Audaces, arrogant,*

gantes,

gantes, qui non uerentur maledicere iis, qui in summis honoribus sunt positi. Ὅτι ἐν δόξῃ sc. ὄντες, uel summi magistratus, uel angeli primi ordinis. Si magistratus humanos intelligas, uidetur hoc pertinere ad Iudaizantes, regnum Christi uisibile in his terris, et gentium interitum expectantes; hi enim sine dubio maledicebant magistratibus. Quare promittebant libertatem, (infra u. 19.) nempe a iugo et dominio gentium. Angelis uero, tanquam auctoribus mundi corporei maledicebant homines impurae uitae, quales postea Gnostici sunt appellati.

11. ἕπε — βλάσφημον κρίσιν) Quum tamen angeli potestate et dignitate maiores non ferant sententiam maledicam contra eos, coram Dei tribunali. Παρὰ κυρίῳ omittunt codices nonnulli et uersiones. Κατ' αὐτῶν, contra eos, uel magistratus, uel angelos, et quidem malos. Videtur respicere Petrus ad eandem fabulam, qua usus est Iudas in Epist. comm. 9. ubi annotanda uide. Possent etiam sic intelligi haec uerba: angelos non ita immodestos esse, ut iudicent finistre apud dominum de hominibus illis impiis. Dicuntur angeli Iob. I. et apud Danielelem uersari inter homines, et narrare Deo quid homines agant. Quum igitur Deo referant impiorum male facta, non addunt iudicia sinistra, sed omnem rem Deo permittunt.

12. ἔτοι δὲ — καταφθαρήσονται) Ἄλογα ζῶα φύσιν καὶ, animalia quae ratione carent, et nihil nisi instinctum naturae sequuntur. Γεγεννημένα (uel ut alii habent γεγεννημένα) εἰς ἄλωσιν καὶ φθορὰν, quae per naturam in id destinata sunt, ut ab hominibus capiantur,

et interficiantur. Βλασφημῶντες ἐν οἷς (i. e. ὅσα) ἀγνοῦσι, *quia maledictis infectantur ea, quae non intelligunt.* Ἐν, sicuti hebr. ג. Naturam angelorum non intelligunt, et tamen eos uituperant, tanquam mundi corporei, contra uoluntatem summi Dei, conditores. *Gnostici* multa somniabant de aeonibus uel angelis, quibus tribuebant creationem mundi corporei et corporis humani ex mala materia. Corpus igitur uel ieiuniis et duro uitae genere, uel omni flagitiorum et uoluptatum genere destruentum esse affeuerabant. Sed potuit hoc etiam affirmari de falsis doctoribus, non intelligentibus, quanta sit imperiorum utilitas. Ἐν τῇ φθορᾷ αὐτῶν καταφθαρῆσονται, *propter corruptos mores suos peribunt.* Ἐν, *propter.* φθορὰ, *corrupti mores.*

13. κομίσμενοι μισθὸν ἀδικίας) *Atque ita accipient mercedem improbitatis suae.* Refer ad comma praecedens, ἡδονὴν — τρυφὴν) *Voluptati ducentes quotidianam luxuriam.* Ἐν ἡμέρα, sc. ἐκάστη. Alii: *Interdiu adeo inebriantur, et saginantur, quod in regionibus calidioribus homines perditissimi raro facere solent.* σπῖλοι καὶ μῶμοι) i. e. *homines turpissimi.* Abstracta pro concretis. Σπιλάδες Iudae, i. e. dedecora Christianismi. ἐν τρυφῶντες — συνευωχόμενοι ἑμῶν) *Gloriantur inter pocula frandibus suis, quod nempe tam multos Christianos decipiunt, et in societatem suam pertrahunt.* Ἐν τρυφᾷ τινὲς h. l. est *re quadam superbire, ut ap. Lucianum saepe.* Pro ἀπάταις legunt ἀγάπαις Cod. Alexandr. Arabicae uersiones, ἢ Syra post. in marg. Aeth. Vulg. Ephr. Auēt. de sing. cler. Ἀυτῶν omittunt Arab. polygl. et Vulg. manuscr.

manufer. Iudas in Epist. com. 12. ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν σπιλάδες. Sensus: *Luxuriose uiuunt in Agapis, una epulantes uobiscum.* Ἀγάπαι dicebantur conuiuia illa, in quibus Christiani diuites et pauperes pari uictu utebantur; diuitum enim sumtu pauperes isto quasi refrigerio inuabantur; inde nomen ἀγάπη, dilectio, ut in Apologetico ait Tertullianus. Cf. Act. II, 42. 46.

14. ὀφθαλμοῖς — ἀμαρτίας) *Qui adulteram semper in oculis ferunt, nec desinunt a peccato.* Qui oculos habent plenos adultera, sunt impuri homines, qui ex adulterae praesentis intuitu oculos pascunt, absentis imaginem quasi uiuam et nunquam euanescentem in oculis ferunt, adeoque feruore quodam atque furore libidinis correpti sunt. *Dionysius Longinus* περὶ ὕψους lect. 4. narrat, Timaeum de Agathocle, qui consobrinam suam marito nuptam, postmodum nuptiarum per uim abduxerat, scripsisse: ὅ τις ἄν ἐποίησεν, ἐν ὀφθαλμοῖς κόρας μὴ πόρναις ἔχων; *quod nemo sane fecerit, puellas (siue pupillas) non autem meretrices in oculis habens.* Id eum dicit fecisse ad imitationem Xenophontis, qui frigide τὰς κόρας pupillas uocauerit τὰς ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς κερθέντας. Pro ἀκατακτύτους alii legunt ἀκατακτύτοι. Oculi eorum non adulteria tantum sectantur, sed et alia foeda, et effrenata scelera. δειλάζοντες — κατάραις τέκνα) *Δειλάζοντες ψυχὰς ἀσηρίκτους, inescant facile animos infirmos, uel inconstantes.* Καρδίαν γεγυμνασμένην πλεονεξίας ἔχοντες, i. e. *insatiabili auaritia pleni.* Participium pro uerbali, more Hebraeo, quasi dicas: animus peritus auaritiae. Κατάραις τέκνα, *execratione dignissimi, homines execrables.*

15. καταλιπόντες εὐθεΐαν δδδν) *Postquam deseruerunt ue-
ram religionem*, eam uiam, quam Apostoli monstauerant,
Act. XIII, 10. Est introductio ad comparationem, quae
sequitur. ἐπλανήθησαν — τῷ Βοσδρ) Ὁ δδδς τῷ Βαλαάμ
est *confilium*, quod dederat Madianitis Balaamus, ut uir-
ginum suarum formosissimarum illecebris iuuenes Israëli-
tarum caperent, et ea fraude a ueri Dei cultu abstraherent.
Ioseph. Ant. IV, 6. 6. Vis autem praecipua comparatio-
nis in eo fita est, quod, sicuti Balaam Propheta auctor
fuit Moabitis, ut Israëlitas ad commercium prohibitarum
libidinum, et per libidines ad idololatriam pellicerent, et
hac ratione in eos deriuarent grauissimas Dei poenas; sic
falsi hi Doctores, patrandarum libidinum licentiam facien-
tes Christianis, ad avaritiam suam, ad Bileami exemplum,
fatiandam, pariter in Ecclesiam prouocarint castigationes
Dei seueras. Pater Bileami Num. XXII, 5. uocatur *Beor*.
Forte igitur Βεωρ corruptum in Βοσδρ, uel pater Bileami
fuit binomius. Est etiam *Bosor* nomen loci, cuius men-
tio Deut. IV, 43. et 1 Maccab. V, 26. hebraice בֶּזֶר.
Sed ea loca huc non pertinent. Grotius eum locum de-
signari putat, qui olim dictus הַרְרֵתֶן Num. XXII, 5. et
subintelligit χωρίς. δς μισθὸν ἀδικίας ἠγάπησεν) Etsi in
narratione Mosaiica Bileamus non disertis uerbis tradatur,
praemia a legatis oblata accepisse, tamen id accidisse Iose-
phus etiam haud obscure innuit, Ant. IV, 6. 5. τῷ δὲ
Βαλαάμ δυοχεραίνοντος, καὶ παραβαίνειν αὐτὸν τὰς συνθήκας, ἐφ'
οἷς αὐτὸν ἀντὶ μεγάλων λάβοι δωρεῶν παρὰ τῶν συμ-
μάχων, ἐπικαλῶντος. Philo de Vita Mosis p. 643. D. ἐπὶ
τῷτον ἐξέπεμπε τῶν ἐταίρων τινὰς, παρακαλῶν ἦκειν, καὶ δωρεὰς
τὰς μὲν ἤδη παρεῖχε, τὰς δὲ δώσειν ὡμολόγει.

16. ἔλεγεν — ἄφωνον) *Reprehensa autem est eius iniquitas ab asina sermonis experte.* Ἰποζύγιον, sc. κτήνος uel ζῶον, *iumentum*; sed apud Graecos sacrae Scripturae interpretes semper de asino et mulo dicitur, ut patet ex locis a Grotio citatis; quod eo euenit, quod Iudaea equos non ferret. Ἄφωνον, *quod sermone caret*, specie excellentiore significata per nomen generis. Optime procedit comparatio. Bileamum asina arguit; hos animalia muta prope omnia; haec enim sexus leges seruant, quaedam etiam pudicitiam coniugalem, quod illi non faciunt. ἐν ἀνθρώποις φωνῇ φθρεζόμενον) Historia Bileami legitur Num. XXII. Varias sunt interpretum de Bileami asina loquente sententias. Omnia quae Bileamo hic euenisse narrantur, facta esse in uisione *Maimonides* existimauit, ut Bileamus in ipso itinere in Ecstasi redactus, asinam loquentem audire sibi uisus fuerit. Alii existimant, Mosen haec desumpsisse e carmine historico ab ipso Bileamo confecto, retentis coloribus poeticis, et significari tantum, quid asina fuisset dictura, si Deus ei per miraculum facultatem loquendi concessisset. Vid. *Io. Car. Iusti de Bileami asina loquente* Marb. 1774. B. *Zachariae ad h. l. Guil. Frider. Hezelii Biblia german. cum annotationibus.* Ingeniosa est Cel. *Ierusalemi* sententia, existimantis, esse oraculum fictum, apud Moabitas repertum, et a Mose historiae suae uariis ex causis insertum. Vide eius *Betrachtungen über die vornehmsten Wahrheiten der Religion*, Part. II. Tom. II. uel particulam IV. p. 501. sqq. Quicquid sit, Petrus rei gestae modum nec explicat, nec explicare uoluit. Utitur hac sententia ad reprehendendos impostores illos, qui patrandarum libidinum licentiam

tiam faciebant Christianis, et turpitudinem eorum cum Bileami impudentia comparat. Eodem fine usus est etiam quibusdam sententiis ex libris Apocryphis, sicut in Epistola Iudae Henochi liber, siue $\mu\tilde{\nu}\theta\omicron\varsigma$ eodem proposito adhibitus est. $\acute{\epsilon}\kappa\acute{\omega}\lambda\upsilon\sigma\epsilon$ — $\pi\alpha\rho\alpha\phi\rho\omicron\nu\acute{\iota}\alpha\upsilon$) Si homines tacerent, lapides loquerentur, Luc. XIX, 40. Sic quum homines brutescant, bruta animantia pro Deo loquerentur. Προφήτην Petrus uocat, non eum qui talis erat, sed qui talem se dicebat. Παραφρονία , *dementia*, uox est inusitata; nam Graecis dicitur aut $\pi\alpha\rho\alpha\phi\rho\omicron\sigma\acute{\upsilon}\nu\eta$, aut $\pi\alpha\rho\alpha\phi\rho\beta\acute{\eta}\nu\eta\sigma\iota\varsigma$.

17. $\acute{\epsilon}\tau\omicron\iota\ \acute{\epsilon}\iota\sigma\iota\ \pi\eta\gamma\alpha\iota\ \acute{\alpha}\nu\theta\rho\omicron\iota$) *Isti (falsi Doctores) similes sunt fontibus aqua carentibus.* In Orientis regionibus reperiuntur fontes, qui interdum ardescunt, et spem iter facientium fallunt. Sic homines isti speciem sapientiae prae se ferunt, sed fallacem, et prorsus inanem. $\kappa\alpha\iota\ \delta\mu\acute{\iota}\chi\lambda\alpha\iota\ \acute{\upsilon}\pi\delta\ \lambda\acute{\alpha}\lambda\iota\alpha\tau\omicron\varsigma\ \acute{\epsilon}\lambda\alpha\upsilon\nu\beta\mu\epsilon\nu\alpha\iota$) *Et (similes sunt) condensatis nebulis, a turbine agitatis.* Pro $\nu\epsilon\phi\acute{\epsilon}\lambda\alpha\iota$ quod plurimae editiones habent, lege $\delta\mu\acute{\iota}\chi\lambda\alpha\iota$ cum codicibus multis, arab. Erpenii, Syra posteriore, copt. aethiop. uulgata, Ephr. Euthalio, Oecumenio, Hieronymo, Augustino. Sunt autem $\delta\mu\acute{\iota}\chi\lambda\alpha\iota$ condensatae nebulae, tenebrosae, et non imbriferae. Sicut huiusmodi nebulae uidentur quidem pluuiosae nubes esse, sed non sunt, et spem hominum fallunt: sic etiam falsi doctores isti non praestant id, quod promittunt. Similis priori comparatio. $\omicron\acute{\iota}\varsigma\ \delta\ \zeta\acute{\omicron}\phi\omicron\varsigma$ — $\pi\epsilon\tau\acute{\eta}\rho\eta\tau\alpha\iota$) i. e. *Quibus poenae grauissimae paratae sunt.* Poenae alterius seculi modo sub incendii, modo sub tenebrarum figura describuntur, ut Matth. VIII, 12. XXII, 13. XXV,

XXV, 30. Augetur autem significatio, quum non ζέφος tantum dicitur, sed ζέφος σκότος, ut et Iudae com. 13. Tenebricosa uita tenebris punietur.

18. ὑπέρογκα — φθεγγόμενοι) *Dum enim loquuntur inflata et uana, multa et magna uanis uerbis promittunt.* Ἵπέρογκα, sc. ῥήματα. δελεάζουσιν — ἀναερεφομένους) *Pelliciant ad effraenatas libidines et uoluptates eos, qui paululum effugerant uersatos in errore, i. e. eos, qui reliquerant consortium et societatem errantium.* Ἐν ἐπιθυμίαις uidetur positum esse pro εἰς ἐπιθυμίας. Vel ἐν significat per. Dum uitam agunt libidinosam, et impune hoc fieri audacter affirmant, pelliciant alios ad se. Pro ὄντως legunt δλίγως Cod. uaticanus et alexandrinus, cum uersionibus et Patribus diuersarum recensionum. Receptam habent translatio armenica, et arab. pol.

19. ἐλευθερίαν — τῆς φθορᾶς) *Libertatem* intellige uel licentiam quicquid faciendi, uel potius libertatem politicam, a iugo romano, ut annotauimus ad comma 10. Δέλοι τῆς φθορᾶς, *serui morum corruptissimorum*, nam φθορᾶ fumitur ut supra c. I, 4. ὃ γὰρ — δεδύλωται) *Nam a quo quis uictus est, eius est seruus.* Sensus idem, quī Io. VIII, 34. et Rom. VI, 16. Ἡτῶσθαί τινι, *uinci ab aliquo.*

20. εἰ γὰρ ἀποφυγότες — χείρονα τῶν πρώτων) *Τὰ μιάσματα τῆ κόσμου, contagium morum perditorum, quibus dedita est maior pars hominum.* Ἐπίγνωσις Ἰησοῦ Χριστοῦ, *religionis christianaе recta cognitio.* Γέγονεν

αὐτοῖς τὰ ἔσχατα χεῖρωνα τῶν πρώτων, *fiunt peiores multo quam antea fuerunt*. Eadem uerba habes Matth. XII, 45. et Luc. XI, 26.

21. κρεῖττον γὰρ — ἀγίας ἐντολῆς) Κρεῖττον, *melius*, dicitur id, quod minus malum est. Minor enim esset eorum culpa, si cognitione uerae religionis omnino destituti fuissent, quia ignorantia quodammodo eos potuisset excusare. Ὁ ὁδὸς τῆς δικαιοσύνης, *uera religio*, quae supra ὁδὸς ἀληθείας, et ὁδὸς εὐθείας. Ἐπιστρέψαι ἐκ τῆς παραδοθείσης αὐτοῖς ἀγίας ἐντολῆς, *desciscere a sancta religione, quae ipsis tradita fuerat*, per Apostolos nempe, eorumque coadiutores. Ἁγία ἐντολή iterum κατ' ἐξοχὴν est religionis christianae sancta doctrina.

22. συμβέβηκε — παροιμίας) Τὸ τῆς παροιμίας, *quod est in prouerbio*. Sic Lucianus dial. mort. Crem. et Dam. πῆτο ἐκείνο τὸ τῆς παροιμίας; κύων — ἐξέραμα) קאן לַע שׁב כּלֵב, *canis reuersus ad suum uomitum*, Salomo Prou. XXVI, 11. usurpat de eo, qui iterat stultitiam suam, i. e. de impio, qui scelera sua iterat. ὄς — βορβόρυς) i. e. ἐπιστρέψασα. *Sus lota reuertitur ad uoluntationem in coeno*. Arrian. *Dissert. Epict.* ἀπελθε καὶ χοίρῳ διαλέγε, ἵν' ἐν βορβόρῳ μὴ κυλίηται, *abi, cum porco disputa, ne in coeno uolutetur*.

Caput III.

1. **E**ν αἰς — διάνοιαν) *In quibus sinceram mentem uestram per admonitionem excito*, i. e. in quibus uos excito, ut
porro

porro retineatis sinceram illam mentem, quae Christianos decet. Ἐν αἵς, pertinet ad utramque Epistolam; alioqui dicendum fuisset ἐν ἡ̄.

2. μνησθῆναι — προφητῶν) *Vt memores sitis eorum, quae praedicta sunt a sanctis Prophetis.* Hi enim monuerunt, hoc genus hominum esse cauendum. Vulgata: *Vt memores sitis eorum, quae praedixi uerborum a sanctis prophetis.* καὶ τῆς — σωτῆρος) *Et doctrinae nostrae, qui sumus Apostoli Domini et Seruatoris;* quasi scriptum esset: καὶ τῆς ἐντολῆς ἡμῶν, τῶν ἀποστόλων τῷ κυρίῳ καὶ σωτῆρος. Ἐντολή rursus est *doctrina*, ut modo c. II, 21. Vulgata: *et Apostolorum uestrorum, praeceptorum Domini et Saluatoris;* legit enim ὑμῶν, quae lectio etiam in codicibus nonnullis extat. Dan. Heinsius putat, a parum attentis minus recte distinctos fuisse uersus, atque hoc modo distinguendum esse locum: μνησθῆναι τῶν προειρημένων βημάτων ὑπὸ τῶν ἁγίων προφητῶν, καὶ τῆς τῶν ἀποστόλων ἡμῶν ἐντολῆς. Deinde nouo uersu: Τῷ κυρίῳ καὶ σωτῆρος ἡμῶν τῆτο προτοῦ γινώσκοντες, ὅτι ἐλεύσονται etc. et innui Christi praedictionem Matth. XXIV, 24. Iudicium sit penes doctiores.

3. ὅτι ἐλεύσονται — ἐμπαιῖται) Post τῶν ἡμερῶν addunt ἐν ἐμπαιγμονῇ codices nonnulli, cum uersionibus quibusdam et Patribus. Ἐν ἐμπαιγμονῇ pro ἐν ἐμπαιγμῇ, dicitur enim et ἐμπαιγμῇ, et ἐμπαιγμῆς, et ἐμπαιγμα. Er est mos Hebrais, augendi causa addere substantiua adiectiuis. Ἐπ' ἐσχάτῃ (sc. μέρῃ) τῶν ἡμερῶν, non designat certum tempus, sed significat *tandem*, aut *posthac*, quo sensu et עִימֵי תְּהֵא occurrit

rit Num. XXIV, 14. Aliis τὸ ἔσχατον τῶν ἡμερῶν est totum tempus N. Testamenti; posterior mundi epocha. Ἐμπαῖκται, *irrisores*, h. l. sunt homines qui pietatem irident, a religione christiana alieni. κατὰ — πορευόμενοι) *Suis cupiditatibus indulgentes*, et uiuendo et sentiendo; nam πορεύεσθαι non modo de *moribus*, sed et de *placitis* dicitur.

4. καὶ λέγοντες — παρσίαις αὐτῶ;) i. e. *Quando demum implebit promissionem suam, et adueniet Christus?* Ἄυτῶ, i. e. Χριστῶ, cuius nomen paullo ante praecessit; et si id non esset, tamen ex re ipsa satis poterat intelligi. Παρσίαις hic intelligo aduentum Christi extremum, de quo uide quae annotaui ad 2 Thess. II, 1. sqq. Eo facilius in hanc impietatem delabi poterant impii homines, ut profus negarent, uera esse quae Christus praedixisset, quod, excisis Hierosolymis, adhuc uiderent stare hanc mundi machinam, contra quam plerique Christianorum futurum esse existimauerant. ἀφ' ἧς — κτίσεως) Quasi dicerent: Mortem obierunt alii post alios patres nostri, neque quisquam adhuc reuixit. Et quemadmodum ab orbe condito, morientium ac nascentium uicibus propagantur omnia, ita huc usque manet idem cursus naturae. Existimabunt igitur, nunquam futurum, quod aliquamdiu differtur.

5. λυθάνει γὰρ — τῶ τῶ θεῶ λόγῳ) Multum hic locus torfit interpretes, adeo ut pridem non paucis totius Epistolae suspecta fides fuerit eius causa. Sed facilius erit explicatio, si contextum, et consilium Apostoli bene attendas. Vult Petrus; refutare empaectas, dicentes, totam

tam hanc rerum naturam mansisse, et semper esse mansuram in eo statu quo fuerit ab initio creationis, nec mundum unquam esse interiturum, com. 4. Contra hos igitur ostendit; non omnia mansisse eo statu, quo primum condita sunt a Deo; mundum enim (i. e. tellurem nostram cum sua Atmosphaera) semel iam periisse inundatione uniuersali, 5. 6. atque iterum simili modo periturum esse; sed igne, non aqua. Id illis Empaectis uel esse ignotum, uel nolle eos hoc intelligere. *Λανθάνει γὰρ αὐτοῖς τὸ θελοντας*, Beza: *Illud enim sponte illos latet*; ac si *θέλοντας* id esset quod *ἐθέλοντες* uulgo [Graeci, *sponte* aut *uolentes* dicunt Latini. Sed dicuntur etiam Graecis *θέλειν*, Latinis *uolle*, qui aliquid *existimant*, aut *statuunt*; ut si quis, qui opiniones Thaletis siue ἀρέσκοντα exponit, dicat: *θέλει δὲ πάντων ἀρχὴν τὸ ὕδωρ εἶναι*, *omnium principium uult aquam esse*. Eodem modo et hic: *Latet eos qui hoc uolunt*, uel *ita censent*. Quid autem censeant, iam dixit, nempe ὅτι πάντα ἕτω διαμένει etc. Ὅτι ἕρανοὶ — λέγω, *coelos olim fuisse, et terram in mediis aquis constitutam*. Ἐξ ὕδατος καὶ διὰ ὕδατος Camerarius explicat: ἐκ τῆς ὕδατος, seu πρὸς ὕδατι, et διὰ ὕδατος i. e. μετὰ seu ἐν μέσῳ ὕδατος, *inter aquas*; sicut *πανυσσάμενος διὰ μέλων protensus inter oues*. Potest uero etiam explicari ex Hebraismo; nam διὰ ponitur etiam pro *inter*. *Συνεσῶσα* Grotius per zeugma tam ad coelum quam ad terram refert, ut Petrus terram ex aqua emeruisse dicat, et *συνεσῶσα* idem fit ac *σύσασιν* suam habens. Sed *συνίστημι* hic potius esse uidetur, *existo, fio, constituor*. *Συνεσῶς* pro *συνεσηκῶς*, et
in

in foeminino συνεσῶσα, non συνεσῶτα, quia hoc Participium perfecti per crasin formatum est. Τῷ τῷ θεῷ λόγῳ, i. e. *nutu Dei potentissimo*; λόγος enim pro hebr. רצו interdum est *mandatum, uoluntas* etc.

6. δι' ὧν — ἀτάκτο) *Proinde is, qui tum fuit mundus aqua inundatus periit. Δι' ὧν, i. e. διδ, ut Beza recte uertit; nam errant, qui conuertunt per quae, quum mox sequatur ὕδατι. Κατακλύζειν, inundare, submergere. Ὁι ἔρανοί, Οὐρανός hic non est coelum aethereum, sed aëreum. Sunt igitur ἔρανοί καὶ γῆ, terra cum sua atmosphaera. Non tamen existimandi sunt Veteres exactam habuisse harum rerum notitiam, qualem habent recentiores Astronomi. Quare coelum et terra ipsis est hoc uniuersum. Ὁ τότε κόσμος quid sit, de eo ambiunt interpretes. Quum ei non opponatur δὲ νῦν κόσμος, sed δὲ νῦν ἔρανοί καὶ ἡ γῆ, uidetur Apostolus coelos hos ac terram hanc ab aliis distinguere, nec per inundationem illam, qua periit prior mundus, Noachicum intelligere diluuium, quo nec coelum nec totum genus humanum interiit. Vix ac ne uix quidem de diluuiio Noae tempore hic posse sermonem esse, bene perspexit Dan. Heinsius, sed meliorem explicationem non dedit. Mihi plane persuasum est, aliud olim coelum, i. e. aliam externam faciem coeli et terrae fuisse ante illud diluuium tempore Noae immissum terris. Legat, qui uelit, Antiquissimam telluris historiam a Mose Gen. I. descriptam, ante hos sex annos a me editam. Verisimilis nempe est mihi eorum sententia, qui statuunt, orbem terrarum diu post primam illam uniuersi huius creationem inundatione quadam*

quadam uniuersali, illo Noachico diluuiio multo terribiliore et diuturniore penitus esse deuastatum, omnibusque, quibus antea ornatus erat rebus, spoliatum; renouatum autem deinde a Deo, et habitationem factam esse hominum et animalium, hancque metamorphosin describi a Mose. Hanc sententiam ipse hic Petri locus (u. 5. 6.) confirmare uidetur, quem ita uerterem: *Denn die solches behaupten*, (dass es alles geblieben sey, wie es vom Anfang der Schoepfung her war,) *wissen nicht, dass vorzeiten auch ein Himmel war*, (ὕρανοι sine articulo,) *und eine Erde, welche durch Gottes Allmachtswort ganz unter Wasser gesetzt war, so dass die ganze damahlige Welt vom Wasser überschwemmt, zu Grunde gieng.* Simillimam isti rerum conuersionem futuram esse, nunc affirmat Apostolus, com. 7. hoc potissimum discrimine, quod illius caussa instrumentalis fuerit *aqua*, huius futura esset *ignis*.

7. διὰ δὲ νῦν — τεθρησασμένοι ἐῖσι) *Qui autem nunc sunt coeli et terra eiusdem (Dei) uoluntate nunc permanent.* Pro τῷ αὐτῷ λόγῳ legendum uidetur τῷ αὐτῷ λόγῳ, quod habent multi codices et uersiones. Τεθρησασμένοι ἐῖσι, i. e. intacta relinquuntur ad tempus, ut ea, quae arca clauduntur. *πυρὶ τηρέμενοι — ἀνθρώπων*) *Incendio reseruantur, usque ad diem iudicii, quo impii homines perdentur.* Mundum esse conflagaturum, antiquissima est traditio, a Christo confirmata. *Ouid. Metamorph. lib. I. u. 256. sqq. Esse quoque in fati reminiscitur, affore tempus, Quo mare, quo tellus, correpta- que regia coeli Ardeat, et mundi moles operosa laboret.*

ret. Minucius Felix, XXXIV, 2. *Stoicis constans opinio est, quod consumto humore mundus hic omnis ignescat : et Epicureis de elementorum conflagratione et mundi ruina eadem ipsa sententia est.* Seneca Libro de Consolatione ad Marciam c. XXVI. *Sidera sideribus incurrent, et omni flagrante materia, uno igne, quicquid nunc ex disposito lucet, ardebit.* Eiusdem traditionis testimonia fuisse apud *Hystaspen, Sibyllas et Sophoclem* ostendit *Grotius de Verit. rel. christ. Lib. I, §. 22.*

8. ἐν δὲ τῷτο — αἰς ἡμέρα μία) Diem apud Deum esse mille annos, dictum est frequens Hebraeis, ut uidere est Ps. XC, 4. Sirac. XVIII, 8. et in *Zoar, Parascha Bereschith*. Vult Apostolus, illud tantum curandum nobis esse, ne dies ille, quandocunque uenerit, offēdat nos imparatos. Nobis pro nostro animo quaedam longa uideri, quaedam breuia : at Deo nihil esse neque breue neque longum ; eadem eum fide praestare quod ferius praestat, qua quod maturius.

9. ἔ βραδύνει — ἡγῶνται) *Non procrastinat Deus id quod promisit, (cunctatorum more,) quemadmodum falso opinantur quidam, et propterea ipsam quoque rem promissam in dubium trahunt.* Certum tempus nunquam praefixit Deus ; itaque propter longam moram nemo putet, poenituisse eum consilii sui. Βραδύνειν intransitiue est *cunctari, tardare* ; transitiue autem, *differre, remorari*. Raro construitur cum Genitiuo ; quapropter nonnulli post τῆς ἐπαγγελίας supplendum esse existimant ἕνεκα ἀλλὰ μακροθυμεῖ — χωρῆσαι) Μακροθυμεῖ εἰς ἡμᾶς, *patiens est erga nos, i. e. erga humanum genus.* Ἐἰς

μετάνοιαν

μετάνοιαν χωρήσαι uel idem est ac μετανοεῖν, poenitere, *animum mutare*, aut etiam maiori cum emphasi uerti potest: *ad poenitentiam confugere*. Sensu priore Plutarchus de *flumin.* de Maeandro: εἰς μετάνοιαν ἐπὶ τοῖς πραχθεῖσι χωρήσας, *poenitens facti*. Notione posteriore Diodorus Siculus L. XX, c. 68. εἰς ὄπλα χωρεῖν, *ad arma confugere*.

IO. ἤξει δέ — ἐν νυκτί) Ἐν νυκτί deest in codicibus, uersionibus et Patribus nonnullis. *Dies* intelligitur illa ultima, qua Christus homines iudicabit. Ὡς κλέπτῃς, i. e. *inopinate, subito*, sicut fur nocturnus dormientibus obrepit inexpectatus. ἐν ἧ — παρελεύσονται) Ὁι ἔρανοὶ eodem sensu, quo supra u. 6. Ροιζήδον, i. e. μετὰ βοιζῆ, *cum stridore, magno impetu*. Παρέρχασθαι, 𐤀𐤃𐤁, *perire, interire* dicitur etiam de speciei et formae mutatione. Res *abesse* uidentur, aiunt Iurisperiti, etiam hae, quarum corpus manet, forma mutata est. στοιχεῖα — λυθῆσονται) Στοιχεῖα, h. l. sunt partes, etiam aspectabiles, ex quibus omnes res naturales, quae sub coelo sunt, componuntur. Hesychius: στοιχεῖα, πῦρ, ὕδωρ, γῆ καὶ ἀήρ, ἀφ' ὧν τὰ σώματα. Apud Epiphanium etiam legimus pro ipsis signis Zodiaci, et ipsorum signorum figuris, quas δεκαν Aegyptii uocabant, Hebraei 𐤀𐤃𐤁, i. e. *facies*, Graeci Astrologi πρόσωπα. Aërem intelligit *Moldenhanverus*, quem ad h. l. confer. Λύεσθαι, *dissolui*, de forma priori exire. καὶ γῆ — κατακαίσεται) Ἔργα apud Graecos Auctores sunt ea, quae agriculturam, aut cultum spectant, quem impendunt terrae homines. Sic Hesiodi ἔργα Grammatici interpretantur γεωργίας διδασκα-

λταν, *agriculturae institutionem*. De quo quum fieri non possit cogitasse Apostolum, τὰ ἐν τῇ γῆ ἔργα, ea quae in ipsa tum existabunt aut erunt, dici, recte existimat Heinsius; ut sic ἔργον sit, quod תכנתמ Hebraeis, quo, quaecunque industria hominis aut labore parta ministerio eiusdem cedunt atque usui, dicuntur: inter quae, ut facultates ac opes, ita quae ex arte ac ingenio proveniunt, ut quum, πᾶν ἔργον σοφίας, καὶ πᾶς σοφὸς ἐν παντὶ ἔργῳ, ac similia, Hellenistis dicuntur. Ceterum non de interitu Hierosolymorum, sed de mundi interitu h. l. esse sermonem, totus contextus, et ipsa concludendi ratio, qua utitur Apostolus, clarissime ostendit.

II. ποταπὸς δεῖ ὑπάρχειν ὑμᾶς;) *Quales uos esse oportet?* Ποταπὸς est aliquid plus, quam ποῖος; dicitur enim de rebus eximiis.

12. ἐν ἀγίαις — τῆ θεῶ ἡμέρας) Ex antecedentibus supplendum est δεῖ ὑμᾶς ὑπάρχειν. *Tales uos esse oportet, qui omni genere uirtutum et pietatis instructi expectare et auide desiderare possint uenturum illum Dei diem.* Ἐν ἀγίαις ἀνασροφαῖς καὶ εὐσεβείαις, Hebraeorum more dicitur, qui omnibus talibus nominibus dare solent plurales, quum ἀνασροφῆ et εὐσεβεία alias singulariter dicantur. Σπέυδειν hic non est *accelerare*, sed *cupidum esse, affectare, auide desiderare*. Ita Euripides in *Hecuba* u. 1175. σπέυδων χάριν τὴν σὴν, *fauoris tui cupidus*, et u. 1201. τίνα δὲ καὶ σπέυδων χάριν, *quam uero captans gratiam?* δι' ἣν — τήκεται) Δι' ἣν, sc. ἡμέραν, pro ἐν ἡ ἡμέρα. Alii subintelligunt παρυσίαν, per illam summam Dei uim, quae illo die, i. e. illo tempore se ostendet.

det. Πυρέμενοι, *fusi igne*, ut metalla fundi solent. Τή-
 κεται, *pro τανκίσεται, diffluent*, ut cera. Sic Ies.
 LXIV, 2. ἔρη τανκίσεται.

13. καινός — προσδοκῶμεν) Καινός ἔρανος καὶ γῆν,
 i. e. *novum uniuersum*; nam id Hebraei nominibus coeli
 et terrae solent exprimere, ut Gen. I, 1. Ex reliquiis
 molis antiquae resurget melior. Potest hoc intelligi uel
proprie, de meliore mundo corporeo, uel *tropice*, de noua
 rerum conditione in uita illa aeterna et beata. ἐν οἷς
 δικαιοσύνη κατοικεῖ) *Ubi nonnisi iusti et boni commora-*
buntur; non ut in hoc seculo, boni malis permixti.
 Matth. XXV, 32.

14. ταῦτα προσδοκῶντες — εἰρήνη) Ταῦτα προσδοκῶν-
 τες, *tanta praemia expectantes*. Ἄυτῳ, i. e. παρ' αὐτοῦ,
ab eo. Omnem date operam, ut ipse (Deus) uos reperiat
 sine fordibus, uitioque. Ἐν εἰρήνῃ, i. e. εἰς εἰρήνην,
ad bonum uestrum, ad prosperitatem uestram.

15. καὶ τὴν — ἡγήσθε) *Illam Domini lenitatem credite*
uobis et aliis esse salutarem. Sic πᾶσαν χάριν ἡγήσα-
 σθε Iac. I, 2. Si forte dies ille ferius aduenerit, nolite
 sic interpretari, quasi uenturus non sit, sed existimate po-
 tius, hanc Dei lenitatem, qua omnibus facit spatium ad
 poenitentiam, salutarem hominibus esse. καθὼς καὶ —
 ἔγραψεν ὑμῖν) *Quibus de rebus etiam dilectus frater noster*
Paulus pro data sibi sapientia scripsit uobis. Καθὼς
 non tantum ad uerba immediate praecedentia, sed etiam
 ad u. 14. refertur; nec dicit Petrus, Paulum iisdem usum
 esse uerbis, sed de iisdem scripsisse *rebus*. Ἐμὲν, nempe
Hebraeis, ut plurimi existimant; nam scripserat Paulus in

hanc sententiam de consummatione seculi instante Hebr. IX, 26. X, 25. 37. et sic in ceteris epistolis. Alii, qui negant, Hebraeos ad quos scripsit Paulus, esse eosdem, qui nominantur 1 Pet. I, 1. deperditam esse putant eam, de qua hic fermo est, Epistolam.

16. ὡς καὶ — περὶ τούτων) *Quod et fecit in omnibus epistolis, in quibus agit de his rebus*, nempe de aduentu Domini, per longanimitatem dilato, et de illis, quae in illo, et ante illum euenient. ἐν οἷς — ἀπώλειαν) Ἐν οἷς legendum esse, non autem ἐν αἷς, interpretes fere consentiunt. *In his rebus*, quae nempe aduentum Domini, eiusque tempus concernunt, εἴτι δυσνόητά τινα, *sunt nonnulla difficilia intellectu.* Ἄ δι ἀμαθεῖς καὶ ἀσήρικτοι, σρεβλῆσιν, *quae imperiti et parum firmi (in religione) detorquent.* Ἀμαθεῖς, *imperiti, tardi* h. l. uocantur illi, qui feriem, propositumque Apostoli non considerant. Ἀσήρικτοι, quibus deest firma solidaque religionis christianae cognitio. Condemnat Apostolus homines, quos σρεβλῆν seu *detorquere* ait, quae optime dicuntur. Ὡς καὶ τὰς λοιπὰς γραφὰς, nempe libros Euangeliorum, et Acta, quae iam in manibus erant, quum haec epistola scriberetur. Vid. Grotius ad h. l. Πρὸς τὴν ἰδίαν αὐτῶν ἀπώλειαν, *ad suam ipsorum perniciem*, dum nempe adferunt ad lectionem malum animum, et mala praeiudicia.

17. ὑμεῖς ἔν — σρηγμῆ) Προγινώσκοντες, sc. ταῦτα, *quum haec praesciatis*, praemoniti de periculis. Φυλάσσεσθαι, *cauere*; quo sensu hoc uerbum non tantum in N. T. sed etiam apud Profanos occurrit, ut ostendit Wetstenius.

stenius. Ἄθεστοι, nefarii, ut supra II, 7. Πλάνη h. l. est *deceptio*, מרמה, ut Prou. XIV, 18. Συναπάγεσθαι, *abripi*, ut Galat. II, 13. Στηριγμας h. l. est *constantia* illa, per quam retinetur fides. Ἐκπίπτειν στηριγμαῖ ἀμιττερε firmitatem, i. e. constantiam in religione, sicut Gal. V, 4. χάριτος ἐκπίπτειν est *amittere gratiam*.

18. ἀυξάνετε — Χριστῷ) i. e. *Date operam, ut magis magisque favore suo complecti possit uos Christus, et uos eum perfectius cognoscatis*. χάρις Χριστῷ, Christi in nos fauor. Vel χάρις καὶ γνώσις per Hendyadin est *beneficium illud, quo Christus cognoscitur*. εἰς ἡμέραν αἰῶνος) *In tempora aeterna*. Ἡμέρα, *tempus* more hebraeo significat.





SCHOLIA

IN

EPISTOLAM IOANNIS PRIMAM.



Primam hanc Ioannis Epistolam semper ab ecclesia fuisse receptam, docet nos *Eusebius* Hist. Eccles. L. III, c. 23. inter *δημολογούμενα* eam referens. Teste *Augustino* Lib. II. quaest. euangel. c. 39. uocata olim fuit Epistola ad *Parthos*, i. e. ad Iudaeos Christum professos, qui non sub Romanorum, sed Parthorum uiuebant imperio, in locis trans Euphratem, ubi ingens Iudaeorum erat multitudo, ut Neardae, Nisibi, et aliis in locis. Hanc causam esse putat Grotius, cur haec epistola neque in fronte nomen titulumque Apostoli, neque in fine salutationes apostolici moris contineat, quia nimirum in terras, hostiles Romanis, haec epistola per mercatores Ephesios mittebatur, multumque nocere poterat Christianis, si deprehensum fuisset hoc, quanquam innocens litterarum commercium.

Tota Epistola eo spectat, ut confirmetur Christianorum constantia, quam omni ope labefactare nitebantur illi impostores, et falsi doctores, quos Iacobus etiam, Petrus et Iudas notant in suis Epistolis. Vide quae praemisimus Scholiis in Epistolam Petri priorem, et in Epistolam Iacobi.

cobi. Qui eiusmodi fallas doctrinas spargebant, aut erant Iudaizantes, qui docebant, Christum ideo uenisse, ut regnum in terrarum orbe capefferet contra gentes, et de reditu Christi in terram fabulas nouas, quae populo facile placerent, commenti erant, aut nouae dediti philosophiae, quales iam tum erant *Cerinthiani*, quos Ioannes initio Euangelii notasse uidetur. Aliam hi de Christo historiam narrabant, ita ut alii de supplicio crucis, quod Christus perpeffus est, tacerent, alii omnino negarent, Christum *uenisse in carne*. Videntur haec philosophica studia transiisse ad *Gnosticos*, qui suam iactabant *γνώσιν* et *σοφίαν*, ueteri iam exercitio non parum a graecis Iudaeis exultam. Fuisse istos homines fanaticos, hostes crucis Christi, quales Paulus describit in Epistola ad Corinthios, uoluptatibus deditos, ex ipsa hac Ioannis patet Epistola. Argumentum epistolae huc redit: Hortatur Apostolus ad fidem promissis diuinis habendam, ad pium obsequium praeceptis Dei praestandum, inprimis uero ad amorem Dei et proximi, et ab his cauendum esse monet, qui discedebant a uera religione. Modus tractandi est arbitrarius, nimirum ad regulas artis non adstrictus. Tractat enim Apostolus illa capita promiscue et alternatim, subinde ab uno ad alterum transiens atque rediens; sic tamen, ut plerumque a promissis ad praecepta descendat, et pro re nata ab iis, quae utrique capiti contraria sunt, deterreat.

Quo tempore sit scripta haec Epistola, an Christi anno 91. uel 92. 98. 99. incertum est. Vide sis Michaelis Introduct. in Libros N. T. §. 221. sqq. et b. *Zachariae* in Prolegomenis Paraphrasi suae praemissis.

Caput I.

1. **Ο** ἦν — λόγος τῆς ζωῆς) Sc. ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν, quod com. 3. sequitur. Ὁ ἦν ἀπ' ἀρχῆς, *Id quod contigit ab initio*, quae dicta et facta sunt inde a primordiis doctrinae euangelicae. Haec primordia autem sunt tempus, quo Christus ipse in publicum prodiit docendi causa. Nam refertur hoc ad uerba: περὶ τοῦ λόγου τῆς ζωῆς. εἶναι, *fieri*, ut Matth. XXIV, 3. Marc. XI, 23. 24. et aliis locis. Alii ἀπ' ἀρχῆς explicant *ab aeterno*, et neutrum pro masculino usurpari existimant, ut Christus ipse denotetur; sed ex ipsa serie orationis patet, *Subiectum* esse λόγον τῆς ζωῆς in fine commatis, cuius historiam sibi et reliquis Apostolis exacte notam esse, Ioannes affirmat. Ὁ ἀκηκόαμεν, δ' ἑώρακάμεν, est loquendi genus, quod adhiberi solet, ad fidem conciliandam rebus alias incredibilibus. Est gradatio; et bene ἑώρακάμεν ponitur post illud ἀκηκόαμεν, quia certiora sunt, quae oculis uidemus, iis, quae auditu percipimus. *Hisce oculis uidi*, Latini dicere solent. Gellius V, 14 de Appione: *Hoc, quod in libro Aegyptiacorum V. scripsit, neque audisse, neque legisse, sed ipsum sese — uidisse oculis suis confirmat.* Ὁ ἑθεασάμεθα, quod spectauimus, et contemplati sumus. Sic Euangelii cap. I, 14. ἑθεασάμεθα τὴν δόξαν αὐτοῦ. Καὶ αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν, *et contrectauimus manibus nostris.* Io. XX, 27. Haec omnia: ἀκηκόαμεν, ἑώρακάμεν — ἑθεασάμεθα — αἱ χεῖρες ἡμῶν ἐψηλάφησαν — uno uerbo exprimi possunt: *obseruauimus, accuratissime cognouimus.* De se ipso autem in plurali numero loquitur Apostolus, ut Scriptores

ptores N. T. solent. Περὶ τῆς λόγου τῆς ζωῆς, *de Logo, felicitatis et salutis nostrae auctore.* Εὐ λόγος et ζωῆ, Christus etiam Io. I. uocatur, ubi dicta uide. Aliis ὁ λόγος τῆς ζωῆς est *doctrina auctoris salutis*, quam is nobis patefecit. Hanc significationem haud esse inusitatam, patet ex Phil. II, 16. Act. V, 20. etc. Quicquid sit, hoc saltem certum est, Christum ipsum designari nomine ζωῆς, quia statim additur u. 2. ἡ ζωὴ ἐφανερώθη. Ergo ζωὴ exprimit aliquod Subiectum, quod apud Patrem fuit, Christum. Ceterum Ioannes prouocat ad testimonium sensuum, propter falsos doctores, qui Christum nec uiderunt, nec audiuerunt.

2. καὶ ἡ ζωὴ ἐφανερώθη) *Nam auctor salutis in his terris conspicuus est factus.* Καὶ pro γὰρ, ut saepe alibi, et parenthesi includendus hic uersus. Ἐφανερώθη, nempe ἐν σαρκί, 1^o Tim. III, 16. τὴν ζωὴν — πατέρα) Ἡ ζωὴ ἡ αἰώνιος, *aeternus salutis auctor.* Aeternus autem uocatur, quia ἦν πρὸς τὸν πατέρα. Hoc autem, quid sit, uide ad Io. I, 1. 2.

3. ὃ ἐώρακαμεν — ἀπαγγέλλομεν ὑμῖν) Est προθεραπεία, quasi diceret: Mirabile, imo incredibile uideri possit, Filium Dei assumpsisse naturam humanam; non aliud autem, quam quod scimus, quod uidimus, nunciamus uobis. Summa eorum, quae haecenus dicta sunt, est haec: *Quam uobis trado doctrinam de salutis nostrae auctore, eam certissime cognitam habeo.* Hanc uero doctrinam uobis eo consilio trado, ἵνα καὶ — μεθ' ὑμῶν, *ut uos etiam nobiscum sitis coniuncti*, ut eandem nobiscum habeatis religionem, eiusdem participes fiat felicitatis, qua nos fruimur.

mur. καὶ ἡ κοινωνία — Ἰησοῦ Χριστοῦ) *Iam uero nos cum Patre et cum filio eius Iesu Christo sumus coniuncti.* Κοινωνία in libris sacris, ut per omnem uitam communem et in omnibus linguis, *omnis generis necessitudines et mutua uincula* indicat. Ergo cum Patre et filio eius Iesu Christo coniuncti sunt, qui 1) norunt ea consilia Patris, quae per filium suum nobis patefecit, i. e. in doctrina Iesu Christi probe sunt instituti, et huic doctrinae accommodate uiuunt; 2) qui propter pium obsequium religionis praeceptis praestitum a Deo et Christo amantur, et multis modis beantur. Erit igitur Christianorum cum Christo coniunctio, (uerbis utor *Mori* nostri, in dissert. de notionibus uniuersis in Theologia p. 273.) *effecta per doctrinam christianam necessitudo mutua, per quam illi sunt et manent sectatores et cultores Christi ueri atque genuini; hic uero iis, quippe sibi caris, bona omnia propria religioni tribuere pergit.*

4. καὶ ταῦτα — πεπληρωμένη) *Haec autem scribo uobis, (et repeto scribenda hac epistola,) ut uestrae felicitati quammaxime consulam.*

5. καὶ αὕτη — ἀναγγέλλομεν ὑμῖν) *Inter praecipuas autem doctrinas, quas ex eo percepimus, et tradere solentius uobis, haec etiam est. Ἡ ἀγγελία, quicquid nunciatur, mandatum, doctrina, religionis praeceptum, et quidem magni momenti. ὅτι ὁ Θεός — ἐδεμίω) Deum ita esse purum, et perfectissime bonum, ut plane nihil mali ipsi insit. Τὸ φῶς, lux, res est purissima, et gratissima, cui magna beneficia et commoda debemus. Sic Deus est perfectissimae naturae, et semper fertur in optima. Cf. Iac.*

Iac. I, 17. Contrarium est σκοτία, *moralis imperfectio*. Nam *tenebrae* ingratae sunt, symbolum ignorantiae et uitiorum, ut saepe habuimus.

6. εἰν εἴπωμεν — τὴν ἀλήθειαν) Sensus est: *Si uitiis indulgemus, et tamen dicimus, nos esse ueros Dei cultores* (uid. modo dicta ad u. 3.) *mentimur aperte, nec ueris sumus studiosi.* Ἐν τῷ σκοτεῖ περιπατεῖν, *in tenebris uersari*, i. e. ignorantia et uitiis uiuere. Ποιεῖν τὴν ἀλήθειαν, *sincere agere*, ut Io. III, 21.

7. εἰν δὲ — ἐσιν ἐν τῷ φωτι) *Si autem uitam rectae cognitioni ueritatis consentaneam agimus, quemadmodum ipse semper rectissime agit.* Τὸ φῶς utrumque, cognitionem ueri bonique, et uitam huic cognitioni consentaneam significare uidetur. Deus *in luce uersari* dicitur, quia nouit omnia, sine erroris labe, et semper rectissime agit. κοινωνίαν — ἀλλήλων) *Ea res nos inter nos amicos facit*, ut nos amemus Deum, et nos amemur ab eo. καὶ τὸ ἄμα — ἀμαρτίας) *Et propter mortem Iesu Christi, filii eius, condonata sunt nobis omnia peccata*, sc. uitae anteaetae; tum demum mors Christi poterit nobis ad remissionem peccatorum, nostramque tranquillitatem. Ἄμα, *mors cruenta, nex*, ut Hebr. IX, 13. Haec mors cruenta Christi *purgare*, et liberare nos a peccatis dicitur, quia uere poenitentibus et credentibus omnia peccata prioris uitae remittuntur.

8. εἰν εἴπωμεν — ἔχομεν) i. e. *Si negamus, nos peccasse.* Distinguere solent interpretes phrasen ἔχειν ἀμαρτίαν, *ex ignorantia et infirmitate peccare*, et ποιεῖν ἀμαρτίαν,

ἀμαρτίαν, *proaereticè peccare*. Alii hoc discrimen negant, et de iis hic sermonem esse putant, qui peccata sua pro peccatis non agnoscunt, quales inter Gnosticos fuisse constat. Confirmatur haec interpretatio ex comm. 10. ubi haec sic repetuntur: εἰν εἶπωμεν, ὅτι ἔχ ἡμαρτήκαμεν. Erit igitur ἔχειν ἀμαρτίαν, *peccauisse, et propterea reum culpae et poenae esse*. Describuntur h. l. homines, qui neque dolent de peccatis a se commissis, neque ueniam peccatorum rogant, neque melius uiuere sibi proponunt. εἰαυτῆς — ἐν ἡμῶν) *Imponimus nobis ipsis, et non est in nobis studium ueri*. Nostro maximo malo nos seducimus. Vel ἀλήθεια pro religione. *Non retinemus ueram religionem*. Sensus huius commatis est: Quodsi qui nolint confiteri delicta a se admissa, hi falsa laborant opinione; neque uim doctrinae Dei intelligunt, neque iuxta eam agunt.

9. εἰν ὁμολογῶμεν τὰς ἀμαρτίας ἡμῶν) Si fateamur, nos in grauibus peccatis uixisse ante notitiam christianae religionis; si doleamus de peccatis a nobis commissis, ueniam peccatorum rogemus, et melius uiuere nobis proponamus. πιστός ἐστι — ἀδικίας) Πιστός, *fidelis*, qui stat promissis. Δίκαιος, *bonus, lenis*. Sic δικαιοσύνη est *bonitas, benignitas* Pl. CXII, 9. et aliis locis. Ἀδικία, hic, ut saepius, sumitur pro omni malitia et peruerfitate, ut Luc. XIII, 27. Καθαρίζειν, *purum declarare, absoluerè*. Si confiteamur peccata nostra, *Deus pro sua ueracitate et benignitate nobis peccata remittit, omnemque culpam tollit*.

ΙΟ. εἰν ἔπωμεν, ὅτι ἔχ ἡμαρτήμαμεν) Repetit aliis uerbis, quod supra u. 8. dixerat, ut eo magis a tam ingrati animi crimine nobis caueamus. Tales repetitiones multum usitatae sunt huic Apostolo. ψεύσην ποιῶμεν αὐτὸν) *Habemus eum pro mendaci*; hoc enim est *mendacem facere*. Deus et per naturam, et per reuelationem declarauit, quid uoluntati suae sit contrarium. Qui autem negat, peccatum esse, quod Deus in uerbo suo pro peccato declarauit, is Deum ueracem esse negat. καὶ ὁ λόγος — ἡμῶν) *Et religionem, quae eum habet auctorem non amamus*; uim religionis non perspicimus, neque illi conuenienter agimus. Ὁ λόγος τῆ Θεῶ, religio, quae a Deo reuelata est, ut saepe in Euangeliiis. Cf. Io. V, 38. VIII, 37.

Caput II.

γ. **T**εκνία — ἀμαρτητε) Ταῦτα γράφω ὑμῶν, tum quae praecessere, de studio sanctitatis et confitendis Deo peccatis, tum quae sequentur. Ἴνα μὴ ἀμαρτητε, ut a peccatis eo magis caueatis uobis. Posteaquam Christus semel nobis omnia peccata condonauit, huc oportet omnibus studiis eniti, ut innocentiam seruemus illibatam. καὶ εἰν — δίκαιον) Καὶ εἰν τις ἀμαρτη, si tamen quis relapsus fuerit in aliquod peccatum, sc. non est quod desperet de uenia. Παράκλητος h. l. est *defensor, deprecator, aduocatus*. Sic apud Philonem de Ios. p. 560. D. Iosephus fratribus suis dicit: ἀμνησίαν ἀπάντων παρέχω τῶν εἰς ἐμὲ πεπραγμένων· μηδεὺς ἐτέρῃ δεῖσθε παρακλήτου, nullo uobis *deprecatore opus est*. Δίκαιος, *innocens*, omnis peccati

peccati plane expers. Haec enim huius uocis est significatio in iis locis, ubi Christus describitur ut auctor salutis. I Petr. III, 18. Hebr. VII, 26.

2. καὶ αὐτὸς — τῷ κόσμῳ) Ἰλασμοδς, pro ἰλασῆς, more Hebraeo, *propitiator*, qui ueniam peccatorum nobis conciliat. Ἰλασμοδς et ἐξιλασμοδς, apud LXX. frequens pro ἁγῶν, רַפָּא, *sacrificium pro reatu*, e. g. Ezech. XLIV, 27. Pf. XLIX, 8. Ἡμῶν, refertur ad Christianos. Περὶ ὅλης τῷ κόσμου, ἰς. ἀμαρτιῶν. Ὁλος ὁ κόσμος, *uniuersum genus humanum*.

3. καὶ ἐν τέτῳ — τηρῶμεν) *Iam uero ea re, scilicet studio recte agendi, cognoscimus, nos esse Dei cultores.* Γινώσκειν Θεόν, *nosse Deum*, est: *nosse quis Deus fit, eum amare, factis et uita uenerari, rectam et utilem religionis christianae notitiam habere.* Falsi doctores illius aetatis suam iactabant γῶσιν, et historiam Christi, diuersam ab ea, quam tradebant Apostoli, commendabant; sed abutebantur fictionibus suis ad deprauandam doctrinam morum. Ioannes igitur dicit, obsequio doctrinae Christi praefito ostendendum esse, nos recta eius cognitione esse praeditos. Alii γινώσκειν uertunt: *amare*, ut hebr. יָדָה, Io. X, 14. I Cor. VIII, 3. τηρεῖν, *obseruare*.

4. ἐν τέτῳ ἢ ἀληθείᾳ ἐκ ἑσιν) Repetitio rei eiusdem, qualis supra c. I, 8. eodem sensu.

5. ὁ δ' αὖ — τετελείωται) Λόγος ἡ. 1. est pars ea religionis christianae, quae in *praeceptis* consistit, ut ostendunt sequentia. Ἀληθῶς ἐν τέτῳ ἢ ἀγάπῃ τῷ Θεῷ τετελείωται, *is declarat uerum et sincerum suum amorem*

erga Deum. Τετελείωται eodem sensu hic accipitur, quo τελειῶται 2 Cor. XII, 9. ubi notata uide. Christi praecepta Dei uoluntatem exprimunt. Non potest autem quis ualidius amorem suum erga Deum declarare, quam si in omnibus ad Dei uoluntatem se accommodet. ἐν πίστει — ἐσμέν) Aliis uerbis profequitur, quod dicere coeperat. Nam *esse in Deo, manere in Deo, habere Deum, cum Deo coniunctum esse*, hi omnes modi loquendi sunt sensus eiusdem, et significant eam cum Deo coniunctionem, quam supra ad c. I, 3. explicauimus.

6. ὁ λέγων — περιπατεῖν) Qui se eius uerum cultorem esse dicit, ille eius uitam et mores imitari debet. De phrasi μένειν ἐν χριστῷ modo u. 5. diximus. Illud ἕτως superuacaneum est, et deest in uetustissimo, qui in Britannia, MS nec non in uersione aeth. et uulg. in Clem. Cyr. Cyr. Augustino, Hier. Fulgentio. Περιπατεῖν, ἡβη, *uitam instituere.* Quos amamus ob uirtutem, eos imitari in eandem uirtute debemus. Si Pythagorici Pythagoram, Stoici Zenonem, Academici Socratem imitantur, quanto magis Christum Christiani?

7. Ἀγαπητοὶ — εἶχετε ἀπ' ἀρχῆς) Ἀγαπητοὶ pro ἀδελφοὶ habent multi codices, uersiones et Patres. Quid hoc loco sit ἐντολή καινή, non satis clarum est interpretibus. Equidem cum *Hammondo* et aliis refero ad id, quod modo u. 6. dixerat Apostolus, ut sensus sit: *Id, quod modo scripsi, (de imitando Christo et fugiendis uitiis,) non est nouum, sed uetus illud praeceptum, quod statim ab initio religionis christianae traditum est uobis.* Videtur hoc opponi falsis Apostolis, qui nouas doctrinas spargebant;

bant; qui non exemplum Christi, sed sua commenta aliis proponebant. Se autem nihil aliud docere dicit Ioannes, quam ueram, et ab ipso Christo traditam disciplinam. Plerique interpretes nouam hic inchoari doctrinam, et totum quod sequitur, ad proximi amorem referendum esse existimant. Hoc praeceptum, ut putant, *uetus* dixit Apostolus, quia neque Christianis iam initiatis, neque Patribus antiquis nouum esse debet; quum diserte Leuit. XIX, 18. scriptum fuerit: Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτὸν. Idem uero praeceptum dixit *nouum*, quod tam diu, sepultum quasi latuisset, neque aut seruatum, aut iatis intellectum fuisset. Vide quae annotauimus Io. XIII, 34. Sed de hoc praecepto amoris Ioannes hoc loco nondum diserte locutus erat, et illud quod sequitur u. 9. 10. nimis remotum esse uidetur. Quare hanc explicationem merito deferendam esse puto. ἡ ἐντολή — ἀπ' ἀρχῆς) Ἀπ' ἀρχῆς deest in multis; sed quoad sensum retineri potest. Sensus est: *Praeceptum illud uetus, de quo loquor, est doctrina, quam percepistis ab initio*, nempe ex me, et reliquis Apostolis. Hanc doctrinam reiecerant ex parte falsi doctores.

8. πάλιν ἐντολὴν καινὴν γράφω ὑμῖν) i. e. *Certo tamen sensu praeceptum nouum scribo uobis*. Sensus esse uidetur: Doctrinam illam, quae uobis quondam noua fuit, quum eam primum audiistis, eam per hanc epistolam repeto. Τὸ πάλιν non ἐμμενετικὸν modo est, deque eadem re agi docet, sed et ita ponitur, ut contrarium ab eo quod iam dixerat, designet; ut si dicam: ἡ ἐντολή, πῆ μὲν εἰ καινὴ, πῆ δὲ καινὴ, *praeceptum hoc ex parte nouum,*
ex

ex parte autem nouum non est, et utriusque causas reddam. ὃ ἐστὶν — ἐν ὑμῖν) i. e. Quod ipse (Christus) tanquam uerum docuit, id a uobis etiam tanquam uerum est admittendum. Ἐν αὐτῷ, ἰ. Χριστῷ. Ex Hebraeorum usu aliquoties Deus absolute dicitur αὐτὸς, et hic omnino intelligi potest *Christus*, de quo ante egit. Possunt etiam haec uerba in parenthesi posita ita explicari: *Id quod ratione ipsius, et ratione uestri uerum est*; ratione ipsius: haec est eius uerissima sententia, uere id a nobis postulat; ratione nostri: nobis ea de re certissime persuasum est, et persuasum esse debet. Pro ὑμῖν habet ἡμῖν Codex alexandrinus, cum codicibus latinis et graecis nonnullis, atque Hieronymo. ὅτι ἡ σκοτία — φαίνει) Σκοτία hic est *tempus tenebrarum*, ἀγνοίας χρόνοι, ut Act. XVII, 30. Cf. etiam Eph. V, 8. Rom. XIII, 12. Παράγεται, Praefens pro praeterito. Τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν, *lux illa magna*, nempe melioris doctrinae. Quod in re quae eminet, solet ἀληθινόν dici, ut Io. I, 9. Sermo ita cohaeret: Repeto uobis illam doctrinam, quoniam e statu peiori in meliorem transiistis; non ergo licet amplius negligere illam ἐντολήν.

9. ὃ λέγων — ἕως ἄρτι) Post ὃ λέγων supple εἰ αὐτὸν. *In luce uersari*, i. e. recta cognitione ueritatis praeditum esse. Ἀδελφός, *proximus*, siue Iudaeus, siue alienigena. Omnes enim homines propter Christum diligere debemus, Matth. V, 44. 199. Ἐν τῇ σκοτίᾳ ἐστὶν ἕως ἄρτι, is etiam nunc, postquam tanta lux apparuit, manet in ignorantiae tenebris, si non crassioribus illis paganorum, certe Iudaicis. Odium humani generis obiectum fuisse Iudaeis, notum est.

10. ἐν τῷ φωτὶ — ἐκ ἑσιν) Ἐν τῷ φωτὶ μένει, i. e. eo ipso declarat et ostendit, se adhuc praeditum esse cognitione ueri rectique. Σκάνδαλον ἐν αὐτῷ ἐκ ἑσιν, in eo nullum obstaculum (uirtutis) est; nihil est, quod eum impediatur, quo minus nempe in cognitione ueri, et uirtutis studio crescere possit.

11. ὁ δὲ μισῶν — ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ) Sensus est: *Talis homo saepe et multum delinquit; non enim singula sunt urgenda.* Ἐν τῇ σκοτία ἐσι, in maxima rerum diuinarum ignorantia uersatur. Ἐν τῇ σκοτία περιπατεῖ, uita et moribus ostendit, se destitutum esse luce ueritatis. Est similis coeco, qui non cernit rectam uiam, ut ¹n sequentibus dicit Ioannes.

12. γράφω — ὄνομα αὐτοῦ) Τεκνία, i. e. dilectissimi. Alloquitur omnes in genere Christianos. Γράφω ὑμῖν, in memoriam uobis reuoco per hanc Epistolam, gratulans nempe felicitati uestrae. Ὅτι ἀφέωνται — ὄνομα αὐτοῦ, remissa esse uobis peccata eius causa. Meministis, id uobis dictum in baptismo. Ἄυτῷ Christum hic significat, ut αὐτῷ supra u. 8.

13. γράφω — ἀπ' ἀρχῆς) Communis fere interpretum sententia est, haec discrimina Christianorum, *senum, puerorum, adolescentum*, non secundum aetatem, sed secundum gradus diuersos eius profectus, qui in Christo est, intelligi debere. Vide I Cor. III, 2. Hebr. V, 13. Eph. IV, 13. Sed recte possumus etiam intelligere senes, adolescentes et pueros aetate. Sunt autem haec dicta oratorie. Solent nempe qui ad alios uerba faciunt saepe singulorum

lorum ordinum, singularumque aetatum homines alloqui, non quod haec uel illa admonitio ad unius conditionis homines pertineat, sed ut declarent, se omnibus ac singulis aliquid dicere posse. Γράφω ὑμῖν, in memoriam reuoco uobis his litteris. Ὅτι ἐγνώκατε τὸν ἀπ' ἀρχῆς, uos cognoscere aeternum, sc. Deum, uel Iesum Christum, salutis auctorem, qui non solum longaeuus est, uerum etiam semper fuit apud patrem. Respicere uidetur Ioannes ad initium Euangelii sui. νεανίσκοι — πονηρὸν) Νεανίσκοι dicuntur ii, qui militaris sunt aetatis. Ὁ πονηρὸς, malignus, κατ' ἐξοχὴν uocatur Satanus. Hic autem intelliguntur mali affectus, et peccatorum illecebrae, Satanam habentes auctorem. Ceterum hoc iuuenibus non ita erat proprium, ut non posset ad patres etiam transferri; nam hi idem fecerant; sicuti et iuuenes et patres quoque cognoscebant patrem, id quod παιδίσις tribuit.

14. Ἐγραψα — ἀπ' ἀρχῆς) Repetit Apostolus, quod dixerat, monens senes et iuuenes, ut recordentur, quibus mediis peruenerint ad eam felicitatem, semperque enitantur ad perfectiora. Quod omittit pueros, manifesto est indicio, haec non ita referenda esse ad aetates singulas, ut aliae aetates excludantur. Illud prius καὶ ποῦ ἰσχυροὶ ἐσε, h. l. ualet quia: quales usurpationes particulae copulatiuae frequentes Hebraeis. Et uidetur esse metathesis, pro: ὅτι ἰσχυροὶ ἐσε καὶ νενηκῆκατε τὸν πονηρὸν, καὶ ὁ λόγος τῶ θεῶ ἐν ὑμῖν μένει. Sensus est: Quod uos, senes, cognoscitis aeternum et uos, iuuenes, satis robusti estis, ad uincendum Satanam, ut modo scripsi, id debetis institutioni in doctrina diuina, quam

retinetis. Addit autem statim u. 15. admonitionem, ut pergant in coepto bono opere. Alii coactius, ut mihi uidetur, comma 13. et 14. sic interpungunt et uertunt: Scribo uobis, Senes, (qui cognoscitis Deum aeternum,) iuuenes, (qui Satanam uicistis,) paruuli, (qui cognoscitis Patrem) uobis, inquam, Patres, (aeternum enim patrem diligitis,) uobis, iuuenes, (fortes qui estis, et superastis malignum) nolite amare mundum etc.

15. μή ἀγαπᾶτε — κόσμῳ) *Nolite delectari improbis, eorumque peruersis moribus, uel iis rebus, quae ab improbis magni aestimantur.* Κόσμος h. l. non significat res creatas, neque instituta hominum, sed prauitatem omnigenam, cuius exempla ponit Ioannes commate 16. Τὰ ἐν τῷ κόσμῳ sc. ὄντα, quae improbis hominibus insunt, mali nempe eorum mores. Grotius: *In mundo hic esse dicuntur eximio modo ea, quae mundus magni facit, quae mundo ob oculos animumque uersantur; quae mundi affectus defixos tenent.* Ἀγαπᾶν saepe est *oblectari, uoluptatem percipere*, ut probat *Kypkenius* obseruat. p. 179. ἐάν τις — ἐν αὐτῷ) Ἡ ἀγάπη τῆ πατρὸς, *amor erga Patrem*, sicut apud Apuleium *religio patris*. Nempe alia uult mundus, alia uult Pater, Idem sensus Iac. IV, 4.

16. ὅτι πᾶν — ἐκ τῆ νόσου ἐστὶ) *Quicquid enim prauitatis est, ueluti cupiditas praua, cupiditas per sensus irritata, arrogans uiuendi ratio, id totum non conuenit uoluntati diuinae, sed referendum est ad humanam uitiositatem.* Πᾶν τὸ ἐν τῷ κόσμῳ est *dominans inter homines omnis generis uitiositas*, ut ex additamento, quod statim

tim sequitur, apparet. Ἡ ἐπιθυμία τῆς σαρκός, *Quicquid corpus praeter modum, et contra leges diuinas concupiscit*; intemperantia circa potum, cibum et Venerem; in uniuersum *prauitas omnigena*. Ἡ ἐπιθυμία τῶν ὀφθαλμῶν, *ea, quibus oculi profanorum hominum uel maxime delectantur*, ut sunt *opes*, pecuniae, spectacula etc. Ἡ ἀλαζονεία τῆ βίβ, *fastus in uestitu et cultu reliquo, ostentatio*. Sunt haec exempla pravae cupiditatis, neque hic uicia cardinalia sunt quaerenda. Οὐκ ἐστὶν ἐν τῆ πατρὸς, *non est in his perfectio moralis*; non conueniunt haec uoluntati Patris.

17. καὶ ὁ κόσμος — αὐτῶ) Ὁ κόσμος, *homines mundani* Hi pereunt, et perit id, quo delectantur, morte finem imponente omnibus mundanis desiderijs. Caduca omnia, et cito transeuntia. Potest etiam ὁ κόσμος ut u. 15. summi pro cupiditate rerum terrenarum, uel omnigena prauitate. Cupiditatibus per adspēctum rerum externarum excitatis non poterimus olim, post mortem corporis indulgere. ὁ δὲ ποιῶν — αἰῶνα) Τὸ θελημα τῆ Θεῶ, *ea Dei uoluntas, quae per Christum nobis patefacta est*. Μένει εἰς τὸν αἰῶνα, i. e. ζήσεται εἰς τ. αἰ. *uitam illam accipiet, quae nunquam est desitura*; felicitate aeterna fruetur; nam adfuetus iam est alijs quam uanis oblectationibus.

18. ἐσχάτη ὥρα ἐστὶ) Varie explicantur haec uerba: 1) *Ultima aetas mundi*. De hac fermo non potest esse hoc loco; nam loquitur Apostolus de rebus breui tempore post euenturis. 2) *Tempus proximum excidio urbis, templi, ac reipublicae Iudaeorum*; sed nec hoc intelligi

potest, si, ut nonnulli uolunt, regnante Domitiano scripta est haec Epistola. 3) *Tempus periculosum*. Ἐσχατος, *periculosus, pessimus*, sicut *ultima, extrema pati* Latini dicunt. 4) *Tempus futurum*, ex Hebraismo באחרית הימים intelligit b. *Zachariae*, haec uerba ex uaticinio quodam, tum temporis satis noto, desumpta esse putans. Sensus itaque esset: *Instat nunc tempus illud*, cuius fit mentio in illo uobis noto uaticinio. καὶ καθὼς — γέγονασιν) Ὁ ἀντίχριστος, *aduersarius Christi*. Ἄντι in compositis tam eum indicat, qui se parem fert alicui, quam qui alteri repugnat et aduersatur. Cf. infra c. II, 22. et c. IV, 3. Distinguuntur ὁ ἀντίχριστος in singulari, et statim ἀντίχριστοι in plurali. Forsan ὁ Ἄντιχριστος est idem, de quo loquitur Paulus 2 Theff. II, 4. Alii collectiue positum esse existimant. Ἄντιχριστοι πολλοὶ uidentur esse impostores illi, qui doctrinam de Iesu Messia adulterabant, quales et Paulus passim in Epistolis describit. Alii intelligunt impostores, qui post excidium Hierosolymorum falso sibi Messiae titulum uindicabant, ac proinde Christo contrarii erant, quales illo tempore plures fuisse, ex Iosepho constat.

19. ἐξ ἡμῶν — ἦσαν ἐξ ἡμῶν) *Egressi sunt quidem ex nostra societate, sed non erant nostri*, i. e. non uera erant membra societatis nostrae; non ex animo erant Christiani. ἢ γὰρ — μεθ' ἡμῶν) Si illi tunc ex animo fuissent Christiani, quum ista inciperent, non deseruissent coetus nostros. Hoc ideo dicit, ne crimine talium seditionum Christiani adspargerentur; nam et seditiosi erant illi impostores, atque libertatis uindices se profitebantur. ἀλλ' ἵνα —

ἐξ-ἡμῶν) 'Αλλ' ἵνα φανερωθῶσιν, supple : *permissum hoc est a Deo*, aut, quod idem est, *egressi sunt ex nobis*, quod Syrus hic addit; modo suppleas, prouido Dei permissu. 'Ουκ εἰσὶ πάντες ἐξ ἡμῶν, i. e. non omnes, qui in nostris sunt coetibus, animo sunt Christiani.

20. καὶ ὑμεῖς — ἀγίς) *Vos autem recta religionis diuinæ notitia imbuti estis*. Vngitur moribus Orientis quicquid inauguratur et consecratur. Vbi igitur Christiani dicuntur ungi, unctiōni adiuncta notio inaugurationis respicienda est. Ex collatione u. 24. 27. apparet, unctiōnem h. l. esse *primam institutionem in religione christiana*, cuius fructus et effectus est *scientia uerae religionis*, u. 20. 21. 27. Quum igitur res a scriptore satis explicetur, non audiendi sunt qui unctiōnem diuersam ab institutione statuunt. 'Απὸ τοῦ ἀγίς, a Deo, qui in V. T. *Sanctus Israelis* dicitur, atque ut unus uerus Deus uenerandus est. καὶ διδάτε πάντα) *Omnia*, quae nempe ad salutem, et ad uitandos impostores sunt necessaria; qualia sunt: regnum Christi non esse de hoc mundo, Io. XVIII, 36. danda Caesari, quae Caesaris sunt, Matth. XXII, 21. gladii ius non arripiendum, XXVI, 52.

21. ἐκ ἔγγραφα — διδάτε αὐτήν) *Non scripsi uobis*, i. e. non ea mihi scribendi fuit causa, *quasi ignotam uobis esse ueram doctrinam putarem*; alioqui scilicet longiori uobiscum usus sermone. "Οτι per *tanquam* bene exposuit Latinus. 'Αλήθεια, *uera religionis doctrina*. 'Αλλ' ὅτι διδάτε αὐτήν, sed eam ipsam ob causam haec scribo uobis, *quia uos tenere et intelligere ueritatem scio*. καὶ ὅτι — ἐκ ἔγγραφας) Illud καὶ *construendum cum διδάτε*,

quod praecessit. Πᾶν, postposito ἕκ apud Hebraeos graece scribentes, uniuersaliter negat. *Nullum errorem habere originem ex uera religione.* Ψεῦδος, *error, falsa doctrina*, opponitur uerae ab Apostolis traditae religioni.

22. τίς ἐστί — ὁ Χριστός;) *Quis potest maior esse impostor eo, qui Iesum Messiam esse negat?* Comparete haec sumenda, quum sint et alia impostorum genera. Ἀρνεῖσθαι, addita particula negatiua, quam Latini omitterent, nihil aliud est, quam firme negare. ἕτός ἐστιν — τὸν ἰδὲν) Ὁ ἀντίχριστος, cf. supra u. 18. Ἀρνεῖσθαι h. l. paullo aliter sumitur, quam supra, et significat, *fidem et auctoritatem alicui detrahere*, ut Act. III, 13. 14. Qui Iesu directe detrahit fidem et auctoritatem, is per consequentiam etiam Patri eam detrahit. Pater enim omnimodo id egit, ut Iesu auctoritatem conciliaret. Io. V, 36. VI, 27. VIII, 54.

23. πᾶς ὁ ἀρνύμενος — ἔχει) Ἐχειν τὸν πατέρα, *ueram Patris cognitionem habere*, uel potius: *frui fauore Patris*. Addunt codices multi, cum Versionibus et Patribus haud paucis: ὁ ὁμολογῶν τὸν ἰδὲν καὶ τὸν πατέρα ἔχει, qui Iesum pro Messia et filio Dei agnoscit, is et Patrem uere cognoscit, eiusque uoluntatem sibi notam esse ostendit.

24. ὑμεῖς ἔν — μενέτω) *Vos igitur retinete eam doctrinam, quam ab initio* (annunciati Euangelii) *accepistis.* Est constructio κατὰ σημαίνεμενον, ut et infra u. 27. Incipit enim orationem quasi dicturus: uos, quod ab initio audistis, retinete: sed pro illo *retinete*, posuit, quod idem ualet:

ualet: *maneat in uobis.* Ἄπ' ἀρχῆς, sc. quum primum annuntiatum est uobis Euangelium, quod ex subiecta materia apparet. ἐὰν ἐν ὑμῖν — μενεῖτε) *Vos in filio et Patre permanebitis,* i. e. eritis iis coniunctissimi, eorumque fauore fruemini.

25. καὶ αὕτη — ἀλάσιον) Ἐπαγγελία h. l. est ipsum bonum uel beneficium promissum. Ἄυτὸς, nempe filius Dei, nomine Patris. Τὴν ζωὴν τὴν αἰώνιον, est constructio similis illi: *Urbe[m] quam [statuo uestra] est;* nisi quod ibi Accusatiuus ante uerbum ponitur, hic post uerbum.

26. ταῦτα ἔγραψα — ὑμᾶς) Περὶ τῶν πλανώντων ὑμᾶς, propter eos, qui nos in errores inducere conantur. Περὶ, propter, ut Matth. IV, 6. Deinde uerba, quae effectum aut actionem indicant, saepe intelliguntur de conatu.

27. καὶ ὑμεῖς — ἐν ὑμῖν μένει) *Quam enim nos ab eo institutionem accepistis, eam ad hunc usque diem tenetis.* Καὶ ὑμεῖς, ad uos autem, quod attinet. Χρῆσμα, ut supra u. 20. Ἄπ' αὐτοῦ, a Christo. καὶ ὁ — ὑμᾶς) Τίς, nempe ex his impostoribus, et falsis doctoribus. Non opus est, ut ab aliis nouam doctrinam discatis. Non negat Apostolus, admonitione saepe opus esse ad explenda pietatis officia. ἀλλ' ὡς — μενεῖτε ἐν αὐτῷ) *Sed omnia quae edocti estis, donis illis uobis concessis, uera sunt et indubitata; quapropter permanete in his, quae didicistis.* Prius καὶ est pro ἔτο. Ψεῦδος ualet hic ψευδέες. Deinde idem bis dicitur, primum affirmando, deinde negando

gando oppositum. Μενεῖτε uel est bene sperantis et omniantis, uel futurum pro Imperatiuo.

28. καὶ νῦν — παρρησία αὐτοῦ) Tenete igitur illam doctrinam, ut, quum uenerit ipse Dominus, bono firmo animo, nec eius aduentus nobis sit metuendus. Καὶ νῦν, agendum. Hoc iam est monentis. Ὅταν φανερωθῆ, ut Col. III, 4. Ἐχωμεν παρρησίαν, appareamus cum bona fiducia, sine timore, ut 2 Cor. III, 12.

29. εἰν εἰδῆτε — γυγίννηται) Δίκαιος, bonus, semper rectissime agens. Γινώσκετε, scitote, uel scitis. Ποιεῖν τὴν δικαιοσύνην, uirtutem exercere. Ἐξ αὐτοῦ γυγίννηται, i. e. pro filio ab ipso agnoscitur. Nam ex Deo natum esse idem est ac τέκνον Θεοῦ εἶναι, amari a Deo, beneficiis ab eo ornari, sed et quoad cogitandi, sentiendi et agendi rationem Deo esse similem, (2 Petr. I, 4.) imitari Deum, ut filii bonae indolis Patres imitari solent. Transít Apostolus de Christo ad Deum, quanquam nomine Dei non expresso, ut mox III, 5. et 16. a Deo ad Christum.

Caput III.

1. Ἰδετε — κληθῶμεν) Ἰδετε, cogitate. Noua excitatur attentio; sed cohaeret oratio cum superioribus. Ἀγάπη hic metonymice est documentum amoris, beneficium. Τέκνον Θεοῦ uocantur ueri Christiani ab ipso Christo, qui falli non potest, Matth. V, 45. Quo sensu, dictum est modo ad c. II, 29. Post κληθῶμεν addunt καὶ ἐσμεν multi codices, uersio arab. Erp. Copt. Vulg. harl. Aug. item Syr.

Syr. utr. Aeth. διὰ τῆτο — αὐτὸν) Sensus est: *Qui alieni sunt a religione nostra (Nicht-Christen) non intelligunt hanc nostram dignitatem et felicitatem, quia Deum non norunt, neque eius doctrinam perspectam habent.* Ὁ κόσμος, Iudaei et Pagani, alieni a religione christiana. Est in his uerbis consolatio. Tractant nos contumeliose, quia coeci sunt in rebus diuinis.

2. ἀγαπητοὶ — καθὼς ἐστὶ) Νῦν τέκνα θεῶ ἐσμεν, *nunc iam habemus dignitatem filiorum Dei.* Καὶ ἔπω ἐφανερῶθη τί ἐσόμεθα, *sed nondum apparet (hominibus mundanis) quanta futura sit nostra dignitas.* Καὶ hic est pro aduersatiua. Τὶ solet etiam ad qualitates referri. Ἐὰν φανερῶθη, ἴσ. τί ἐσόμεθα, et ἐὰν pro ὅταν. Alii suppleunt ὁ Χριστός, ut sensus sit: Simul atque apparuerit Christus, redditurus cuique pro suis factis praemia. Ὅμοιοι αὐτῷ ἐσόμεθα, non bonitate tantum, sed et aeternitate, et beatitudine. Ὅτι ὁψόμεθα αὐτὸν, καθὼς ἐστὶ, i. e. clare et perspicue eum cognoscemus; non *obscure, ἐν ἀινίγματι*, sed πρόσωπον πρὸς πρόσωπον, I Cor. XIII, 12.

3. καὶ πᾶς — ἀγνός ἐστὶ) Τὴν ἐλπίδα ταύτην, *hanc spem*, ut sit consors aeternae beatitudinis. Ἀγνίζει αὐτὸν, *semet purificat*, i. e. purum se a rebus malis facit, et seruat. Καθὼς ἐκεῖνος ἀγνός ἐστὶ, *ut similis sit sanctissimo.* Καθὼς h. l. ut Matth. V, 48. ὡς περ, non paritatem innuit, sed similitudinem.

4. πᾶς ὁ ποιῶν — ποιεῖ) *Quicumque scelerate uiuit, is inique agit, handelt unbillig.* Mollius loquitur Apostolus,

stolus, monens, iniquissimum esse, offendere eum, qui fons est omnium bonorum. Ποιεῖν ἀμαρτίαν, *scelerate uiuere*. Alii τὴν ἀνομίαν explicant per *illegalitatem, legis uiolationem*; ut sensus sit: Quisquis peccat, uiolat legem. Aliis ἄνομος est *poena dignus*. Alii: Quicumque se inquinat peccatis, aduersatur religioni christiana; nam peccatum cultui christiano aduersatur. Sicut nempe νόμος Χριστοῦ est religio christiana, sic analogice, quicquid cum ea pugnat, dici posset ἀνομία. καὶ ἡ ἀμαρτία ἐστὶν ἡ ἀνομία) Sed peccatum est *contrarium praescripto diuino*, uel ut alii malunt, est *iniquitas*, et quidem eo maior, quo maius pretium Christus impendit, ut nos a peccatis redimeret.

5. καὶ διδάτε — ἀρῆ) Rationes affert Ioannes, cur modo dixerit, inique agere eum, qui in peccatis uiuit. Prima ratio est, quia Christus eo fine in his terris apparuit, ut facinora e societate hominum remoueret, ne porro committantur. *Tollere peccata* h. l. est abstrahere a sceleribus. Hoc fecit Christus, dum nos docuit; dum nobis exemplum uirtutis praebuit; dum mortem suam nobis proposuit uirtutis incitamentum. καὶ ἀμαρτία ἐν αὐτῷ ἔκ ἔστι) Repete ἀπὸ τοῦ κοινῆ: διδάτε. Et est praesens pro Praeterito: *Peccatum in eo non erat*, nempe quum uitam mortalem uiueret. Ratio altera, eum a peccatis sit abstinendum. Vt ipse non habuit peccatum, sic uoluit, ut nos etiam abstineremus a peccatis.

6. πᾶς — ἀμαρτάνει) *Quisquis amore ei coniungitur, a peccatis sibi cauet*. Ἀμαρτάνειν designare uidetur habitum, aut *consulto peccare*. πᾶς — ἔγνωκεν αὐτὸν)

ὄραϊν, ut hebr. **הָרָא**, *cognoscere*. **Γινώσκειν**, *uenerari*, et *amare*, quod est consequens uerae cognitionis Christi.

7. **τενία — ὑμᾶς**) *Nemo uos seducat*. Multi et tunc sibi blandiebantur, et nunc blandiuntur, existimantes, professionem christiani nominis sufficere ad felicitatem, uel etiam desiderium quoddam bene uiuendi. **ὁ ποιῶν — δίκαιός ἐστιν**) *Qui uirtutem exercet, pro bono recte habetur, similis ipsi innocentissimo*. **Δίκαιός ἐστι**, *pro iusto habetur*; opponitur falsae eorum persuasioni, qui Deo se gratos esse posse existimant, sine uirtutis studio.

8. **ὁ ποιῶν — διαβόλος ἐστίν**) i. e. *Indole diabolum refert*, imitatur Diabolum uita et factis. Vide Io. VIII, 44. 47. **ἔτι — ἀμαρτάνει**) i. e. *primus peccauit; ab initio*, nempe generis humani. Ex quo semel peccauit, peccare non desinit. **εἰς τὸ πρῶτον — τὸ διαβόλου**) **Ἐφανερώθη** sume, ut supra u. 5. **Ἀύειν** *destruere*. *Opera diaboli sunt peccata*, quae ita uocantur, quia Diabolus primos homines ad peccandum instigauit, ipse peccat, et hominum peccatis dilectatur. *Christus destruxit peccata*, dum effecit, ut homines nunc a poena et imperio eorum liberari possint. Venisse autem Christum, ut diabolo auferret imperium, ac proinde opera eius destrueret, ex ipsius dictis constat, Matth. XII, 29. Luc. X, 18. Io. XII, 31. XVI, 11.

9. **πᾶς — ὁ ποιῶν**) Praeteritum **γεγεννημένος** est pro Verbalis, quasi dixisset **γεννητός**, **וְיָוִי**, Iob. XIV, 1. aut **τέκνον**, ut infra 10. *Natus ex Deo, filius Dei* dicitur quibus uere Christianus, quia per doctrinam christianam, quae

quae femini saepe comparatur, producta est indoles, diuinæ similis, I Petr. I, 22. 23. *Non peccat*, nempe contra conscientiam, ex uerbo Dei recte informatam. ὅτι — μένει) i. e. Quia uerbum Dei, quod quasi semen est, quo diuina natura in nobis gignitur, in ipso uegetum existit, uel uim suam exferit. *Semen Dei* est uerbum Euangelii, Matth. XIII, 19. I Petr. I, 23. Iac. I, 18. μένειν hic est inesse, quod intelligendum est ἐνεργῶς, ita ut nec arefactum sit, nec suffocatum, sed naturam efficientiamque retineat. Est autem talis argumentatio: Fieri non potest, ut qui filius est Dei, in eo non sit uerbum, quod est semen diuinum. At uerbi uis ea est, ut nos a peccatis arceat iubendo, uetando, pollicendo, comminando. καὶ ἐδύναται — γεγέννηται) Ὁυ δύναται hic dictum moraliter, et significat, rem, de qua agitur, alienam esse ab eiusmodi ingenio. Ratio, cur peccandi studium alienum sit a talis hominis ingenio, hic petitur ex subiecti nomine: ὅτι ἐκ Θεῆ γεγέννηται, quasi dicat: non mirum est, eum auersum esse a rebus uetitis, quandoquidem est, ac esse se meminit Dei filium, ac proinde Deum sibi imitandum. Hinc uero non sequitur, eum non posse desinere, Dei filium esse.

10. ἐν τέτῳ — ἀδελφῶν αὐτῆ) Ἐν τέτῳ nonnulli referunt ad antecedentia, alii ad sequentia. Sed perinde est. τὰ τέκνα τῆ διαβόλου, qui Diabolum imitantur, et faciunt ea, quae ipsi sunt grata; sicut τὰ τέκνα τῆ Θεῆ, qui imitantur Deum, et uoluntatem eius libenter faciunt. Ποιεῖν δικαιοσύνην, *exercere uirtutem*. Ὁυκ ἐστὶν ἐκ τῆ Θεῆ, non ueneratur Deum Patrem. Ἀδελφός h. i. est ὁ πλησίον, *homo quiuis*, ut supra II, 9.

11. ὅτι

11. ὅτι αὕτη — ἀγαπῶμεν ἀλλήλους) Ἀγγελία, *mandatum*. Ἀπ' ἀρχῆς, sc. traditae uobis religionis. Grotius intelligit tempus sub lege.

12. εἰ καθὼς — πονηρῶ ἦν) Ellipsis, pro: εἰκ ὤμεν εἰκ τῷ πονηρῷ καθὼς Καὶν ἦν, *ne diabolica simus indole, sicut Cain fuit.* καὶ ἔσφαξε τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ) Καὶ hic ualet qui. In Glossario: σφάζω, *iugulo, interimo, caedo, occido, neco.* Et graeci Scholiastae σφάζω, aut σφάττω interpretantur φονεύω, κτείνω. Latinus hic *occidit.* καὶ χάριν — δικαία) Hinc caussa odii. Cicero in Catone maiore: *Nec aliam ob caussam boni improbis, improbi bonis amici esse non possunt, nisi quod tanta est inter eos — morum studiorumque distantia.*

13. μὴ θαυμάζετε — ὁ κόσμος) Subaudiri debet: *igitur*; est enim illatio ex praecedenti exemplo. Ὁ κόσμος, *homines*, nempe Caino non dissimiles.

14. ἡμεῖς διδάμεν — τῶς ἀδελφῶς) Μεταβεβηκάμεν εἰκ τῷ θανάτῳ εἰς τὴν ζωὴν, i. e. *e misero statu ad laetiores et feliciores transiuimus.* Ὁ θάνατος, *pernicius, et quicquid antecedit*, metus poenae, mala conscientia. Ἡ ζωὴ, *perpetua felicitas, et quicquid eam antecedit*, felicitatis futurae certa spes, animi tranquillitas, solatium in rebus afflictis. ὁ μὴ — θανάτῳ) *Manet morti et poenis peccatorum obnoxius.* Miser est et manet.

15. τᾶς ὁ μισῶν — ἀνθρωποκτόνος εἰς) *Qui odio habet alium*, sicut isti mundani homines nos non modo non diligunt, sed et oderunt, *ille pro homicida habendus*; non magnopere differt ab homicida, si animi utriusque comparentur.

rentur. Vtrique enim eadem consilia sunt, eademque uoluntates; Christi autem lege, quae internum hominem potissimum respicit, fecisse quisquam censetur, quantum uoluit. Quod igitur de ira et adulterio dixit Christus Matth. V, 21. seqq. id pari iure ad alia crimina aptandum est. καὶ εἰδότε — μένουσιν) Scitis autem, nulli homicidae superesse spem uitae et felicitatis aeternae, sc. nisi resipiscat. ζωὴ αἰώνιος, spes uitae aeternae. Si Moïsis lex in terrestri societate talem hominem ferre non potest, quanto minus eum Christus feret in coelesti ciuitate?

16. ἐν τέρῳ — εἰθίμῃ) i. e. *Quid sit uere diligere, discimus exemplo Christi, qui uitam suam nobis impendit.* Ἡ ἀγάπη h. l. est uera indoles amoris. Ἐκεῖνος, i. e. Christus, ut supra u. 5. Τιθέναί ψυχὴν, *uitam obicere periculis, et deponere uitam, ut Io. X, 11. 15. 17. XIII, 37. 38.* καὶ ἡμῶν — τιθέναί) καὶ, igitur. *Debemus igitur et nos pericula quacuis adire pro salute aliorum.* In amore erga alios usque eo progredi debemus, ut, si res ita tulerit, uitam adeo in aliorum emolumentum abiciamus. Intelligenda est haec de uita ponenda praeceptio de summo et ultimo amoris erga alios documento, ultra quod nemo progredi possit. Hoc praeceptum egregie implere Apostoli et eorum coadiutores.

17. ὅς δ' ἂν ἔχη τὸν βίον τῷ κόσμῳ) *Si quis autem habeat huius uitae bona.* Βίος, uita, apud Graecos saepe significat ea, unde uiuitur, ut Luc. XV, 12. 30. XXI, 4. Additur uero hic τῷ κόσμῳ, ut intelligamus, de iis agi, quae ad uitam pertinent, non alterius, sed huius seculi. καὶ θωρηθῆναι — ἔχοντα) Χρεῖαν ἔχειν, *egere necessariis.*

Qui

Qui hic *χρείαν ἔχων*, Iac. II, 15. dicitur *λειπόμενος τῆς ἐφημέρου τροφῆς καὶ τῶν ἐπιτηδείων τῆ σώματος*. καὶ κλείσῃ — ἀπ' αὐτοῦ) i. e. *excluserit eum ab effectu misericordiae*. De uoce *σπλάγγων* uide Luc. I, 78. 2 Cor. VI, 12. *Claudere ab aliquo est aliquem excludere*. πῶς — ἐν αὐτῷ;) *Quomodo dici potest amor erga Deum ipse inesse?*

18. *μὴ ἀγαπῶμεν — καὶ ἀληθεία*) *Demonstremus amorem nostrum non tantum sermonibus et uerbis, sed et reipsa et factis*. Verbo amat, qui praedicat a se diligere proximum, non autem uere diligit. Ei opponitur is, qui diligit ἀληθεία, i. e. *uere*, ac *sincere*. Bonis uerbis solari miserum non est malum; sed inane fit, si copiam habeas eum iuuandi, nec utaris, Iac. II, 15. 16.

19. 20. καὶ ἐν τούτῳ — ἐσμὲν) *Ex eo (quod omnes homines sincere diligimus) cognoscere possumus, nos ad dictos esse uerae religioni, sincere nos profiteri religionem*. Sicut ἐκ θεῶ εἶναι est, *habere diuinam indolem*, ita εἶναι ἐκ τῆς ἀληθείας, *congruere ueritati*, eamque sincere profiteri. Ἀλήθεια autem est *uera religio*. Nulla re melius, quam perpetua factorum serie quisque de se cognoscet, an desiderium tantum bene agendi, an uero quale requiritur propositum habeat. καὶ ἔμπροσθεν — γινώσκουσι πάντα) *Atque etiam respectu Dei mentes nostras tranquillare poterimus, quicquid demum obiecerit animus noster, quoniam Deus maior est animo nostro, et omnium intelligentissimus*. Πείθειν, *tranquillum reddere*, ut bene hic habet Syrus. Multa disputant philosophi de animi tranquillitate. Sed nulla est res, quae uerius tranquillet ani-

num, quam iusta persuasio de tanto Dei erga nos amore, ut nobis uitam aeternam destinet. Ἐμπροσθεν αὐτοῦ, *in eius conspectu*, quum cogito de Deo, quid ille de me iudicet et sentiat. Promisit Deus et Christus suam beneuolentiam iis, qui erga alios se beneuolos praebent. Quisquis igitur omnes homines uere amat, is sibi Dei beneuolentiam tuto promittere, et animo tranquillo esse potest. Ὅτι. initio commatis 20 est pronomen. *Quicquid demum nos accuset animus noster*. Ἐάν, pro ἄν. Sensus est: Eos etiam, quos conscientia angit ob peccata olim commissa, tranquillare posse animum, si modo nunc alios ament; Deum enim omnia intelligere; hunc autem semel promississe fauorem suum alios homines amantibus; in hoc ergo promisso acquiescendum esse. Alii sic explicant: Si conscientiam nostram, quum male facimus, latere non possumus, multo minus Deum latere poterimus. Scholiastes MS. Pricaeo citatus: εἰ ἀμαρτάνοντες τὴν καρδίαν ἑαυτῶν λανθάνειν εἰ δυνάμεθα, πόσω μᾶλλον τὸν Θεὸν λανθάνειν εἰ δυνάμεθα. Sed prior explicatio praeferranda est.

21. εἰ ἂν ἡ καρδία — τὸν Θεόν) *Quodsi uenerimus eo, ut ipse animus noster nos porro non angat, tunc bono erimus animo erga Deum*. In uerbis εἰ ἂν ἡ καρδία ἡμῶν μὴ καταγινώσκει ἡμῶν est Metonymia effecti pro causa, et intelligendum est hoc de eo homine, qui praecepta Christi bene nouit, et ad ea se tanquam ad speculum explorat. Παβρησίαν ἔχομεν πρὸς τὸν Θεόν, *fiduciam in Deo ponere possumus*, uel, ut Pricaeus exponit: fidenter ad Deum accedimus, nimirum precibus nostris. Hebr. IV, 16. Huic expositioni fauent, quae statim sequuntur.

22. καὶ ὁ — παρ' αὐτοῦ) ὁ ἐὰν ἀιτῶμεν, nempe nobis et aliis salutare. λαμβάνομεν, praefens pro futuro λήψομεν. ὅτι — ποιῶμεν) Καὶ hic est ἐξηγητικόν. Non mirum est, Deum precibus nostris annuere, quia praecepta ipsius seruamus sedulo, et sic facimus, quod ipsi placet, Hebr. XIII, 16. Solent, qui boni sunt, gratificari iis, qui grata ipsis faciunt. Io. VIII, 29.

23. καὶ αὕτη — ἐντολὴν ἡμῶν) Haec autem est summa religionis, ut fiduciam nostram collocemus in Iesu Christo, filio Dei, et diligamus nos inuicem, sicuti nobis praecepit. Ἡ ἐντολή, summa eorum, quae nobis praecepit, i. e. religionis. Vnitatis numero utitur, quia alterum praeceptum ex altero sequitur.

24. καὶ ὁ τηρῶν — αὐτὸς ἐν αὐτῷ) Qui seruat praecepta eius, is uere Deum amat, et fauore eius fruitur. Deus et ipse inter se amore sunt coniunctissimi. καὶ ἐν τῷ — ἔδωκεν) Est autem certissimum argumentum, nos fauore Dei frui, quod nobis dedit de spiritu suo, quo certe nihil maius in hac uita nobis dari poterat. Πνεῦμα, dona Spiritus sancti, cognitio per religionem effecta, studium et uis uirtutis exercendae, certa felicitatis futurae spes. Qui nobis haec dedit, is hoc signo declarauit, se fauere et benefacere nobis. Cf. Eph. I, 14. 2 Cor. I, 22.

Caput IV.

I. **M**ὴ παντὶ πνεύματι πισύετε) Nolite fidem habere cuius doctori, qui dicit, se esse a Deo edoctum. Πνεῦμα h. l. est Doctor, impulsu Spiritus se loqui perhibens, ut I Tim.

IV, 1. 1 Cor. XII, 10. Nam *profiteri* (u. 2.) est hominis, concedentis aliquid uel negantis. ἔτι — κόσμον) i. e. *Prodeunt*, publice se ostendunt; hoc enim est *exire in mundum*; uel: quoniam multi falsi doctores in genere humano prodierunt.

2. ἐν τῷ — θεῷ) *Ex eo cognoscitis Spiritum Dei*, i. e. hominem, qui inspirationes Spiritus sancti iacet, agi Spiritu sancto, et uera loqui; uel simpliciter: *esse uerum doctorem*. Dat igitur Apostolus notam, qua doctores θεός-πνεύματος ab impostore quouis dignosci queat. πᾶν πνεῦμα — ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστίν) *Quisquis docet, Iesum humana indutum natura in has terras uenisse, is est reuera edoctus a Deo*. Sensus est: Is est uerus Doctores, qui confitetur, Iesum Nazarenum esse Messiam, Dei filium. Vel est propositio inuerfa: Quiuis a Deo inspiratus Doctores docet etc. Tales propositiones in Euangelio Ioannis haud raro occurrunt. Ἐν σαρκί, *cum humana natura*, quomodo ἐν usurpatur infra V, 6. Σάρξ, *humana natura* inuoluit etiam statum humilem, in quo Christus uixit, Hebr. V, 7. Hic status Iesu humilis fuit causa, cur eum multi pro Messia non haberent, quia nempe non uenerat cum pompa regia et armis ad cogendos refractarios. Vult ergo Apostolus, neminem esse uerum doctorem, nisi profiteatur, eundem ipsum Iesum Nazarenum, despectum, reiectum a Iudaeis, esse uerum Messiam.

3. καὶ πᾶν — ἐκ ἐστίν) Verba Χριστὸν ἐν σαρκὶ ἐληλυθότα defunt in codicibus, uersionibus et Patribus haud paucis; et recte abesse possunt, quia ex uerbu praecedenti intelligitur, de hoc esse sermonem. καὶ τῆτο — ἡδύ)

Et hoc est negotium aduersarii doctrinae Christi, quod audiuiſtis futurum, et iam exſerit ſe illud. Iam eſt in mundo, i. e. iam oſtendunt ſe tales falſi doctores in uariis locis.

4. καὶ νενικήκατε αὐτοὺς) *Et uincere poteſtis eos*, ne uos in pernicioſos errores ſuos trahant. Didicitiſtis tantum, ut ille error uobis nocere nequeat. *Vincere* haud dubie dicitur de iis, qui ſuperiores hoſtibus diſcedunt, incolumes ſunt, quibus illi nocere nihil poſſunt. *Vincunt igitur falſos doctores*, qui iis non cedunt, non fallunt fidem Chriſto datam. ὅτι μείζων — κόσμῳ) *Μείζων, potentior.* Ὁ ἐν ὑμῖν, *qui uobiſcum eſt*, i. e. uos adiuuat. Ἐν, Ὡ, *cum.* Ὁ ἐν τῷ κόσμῳ, *qui adeſt hominibus malis*, nempe Sathanas, ὁ θεὸς τῶ ἀϊῶνος τέτυ, 2 Cor. IV, 4. Contextus tamen poſtulare uidetur, ut Deum intelligamus *doctrinam Dei*, et τὸν ἐν τῷ κόσμῳ *inſcium, errori et ignorantiae deditum*; ut ſenſus ſit: Dei doctrina, quae eſt inter uos, ualet ſatis ad refutandos illos, qui dediti ſunt errori.

5. αὐτοὶ ἐκ τῶ κόσμου εἰσι) *Ipſi mundana ſapiunt*; pari ſunt ingenio cum maxima humani generis parte. Huius uitae uoluptatibus, opibus, ſplendori inhiant, eiſque ſe abduci patiuntur. Poſteſt etiam hic locus explicari ex Io. III, 31. ſqq. ubi Chriſtus dicitur εἶναι ἐπάνω πάντων, quia eiſus doctrina omnium aliorum doctrinam et ſapientiam ſuperat; Ioannes autem ſeipſum dicit eſſe ἐκ τῆς γῆς, (quod noſtro loco eſt εἶναι ἐκ τῶ κόσμου) i. e. humilem, inſcium, minus ſapientem. διὰ τῆτο — λαλήσει) *Ideo docent mundi affectibus congruentia, ea, quae maiori*

hominum parti placent. Vel : docent ea, ex quibus inficitia eorum cognosci potest. καὶ — ἀκέρει) Et maior hominum pars eos sectatur; eis morem gerit. Solet ἀκέρειν dici de discipulis, ut apud Laërtium aliquoties. Vel : Homines inficii approbant illorum doctrinam.

6. ὁ γινώσκων — ἐκ ἀκέρει ἡμῶν) Ἀκέρει ἡμῶν, nos Apostolos sectatur. Ἐκ τοῦ Θεοῦ εἶναι, et γινώσκειν τὸν Θεὸν a Deo edoctum esse, eodem fere recidunt. Οὐκ ἀκέρει ἡμῶν, alios quaerit doctores.

7. ὅτι ἡ ἀγάπη ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστὶ) i. e. Nam bonitas Deo placet; amor est coelestis, diuinae originis. Deus est fons, parens charitatis, adeoque summo amore praeditus. Quis nempe nomine Dei optimum quid intelligit. Ex hoc principio dixit Cicero in *Somnio*: nihil esse illi principi Deo, quod quidem in terris fiat acceptius, quam consilia coetusque hominum iure sociatos. καὶ πάντες — τὸν Θεόν) Quisquis charitate praeditus est, ostendit se esse filium Dei, et Deum nosse, sicut oportet. Filiorum est, imitari Patrem. Quisquis igitur amore in alios praeditus est, is filius est Dei, quia eum imitatur.

8. ὅτι ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστίν) Nam Deus est optimus, benignissimus, plenus dilectione. Abstractum pro Concreto, et quidem in Superlatiuo. Tale illud : Tu quantus quantus nil nisi sapientia es.

9. ἐν τρίτῳ — ζήσωμεν δι' αὐτοῦ) Est sententia eadem quae Io. III, 16. Ἐν ἡμῖν, pro εἰς ἡμᾶς. Ἴνα ζήσωμεν, ut felices, et aeternum beati reddamur.

10. ἐν τῷ ἐς τὴν ἡ ἀγάπῃ) i. e. In hoc apparet admirabilis illa dilectio. Quod generalius dixerat, id specialius explicat. ἔχ ὅτι — ἠγάπησεν ἡμᾶς) 'Ουχ ὅτι pro ὅτι ἔχ. Quod quamvis nos non amauissemus Deum, ille tamen amaret nos. Maxime admirabilis est amor erga infestos. Rom. V, 6. 7.

12. Θεὸν εἶδεις πώποτε τεθέαται) Praeteritum pro quouis tempore, more hebraeo. Deum nemo uidit interdum est: nemo Deum nouit; nemo eius consilia de salute hominum perspecta habet. Sed haec propositio hoc quidem loco non conuenit cum orationis serie. Erit igitur: Nemo cum Deo uersatur, ut homines cum hominibus uersantur. Ostendit nempe, etsi non sit talis cum Deo consuetudo, tamen constare nobis posse certo, nos eum amare, nosque ab eo amari, si nimirum alios amemus. καὶ ἀγάπῃ — ἐν ἡμῖν) i. e. colligimus, in nobis esse sinceram dilectionem Dei, nosque diligere ab ipso.

13. ἐν τῷ — δέδωκεν ἡμῖν) Est idem sensus, qui supra III, 24. nisi quod hic additur: ὅτι ἐν αὐτῷ μένομεν.

14. καὶ ἡμεῖς — τῷ κόσμῳ) Ἀπέσταλκε σωτῆρα, i. e. misit ut esset Seruator. Hoc uult Apostolus: Quod dixi missum a Deo Filium ad liberandos homines, atque adeo summum diuini in nos amoris documentum esse datum, de eo dubitare nemo debet; sumus enim nos huius rei testes oculati. Vidimus Iesum mortuum, uidimus et resuscitatum. Dixerat autem, se moriturum ad redimendum genus humanum, Matth. XX, 28. XXVI, 28. Ne-

que Iesum Deus a mortuis excitasset, si is Iesus decipere uoluisset genus humanum. De nomine σωτήρως uide Luc. II, 11.

15. ὅς ἐστιν — τῷ Θεῷ) *Quisquis profitebitur, Iesum esse Filium Dei, missum, ut esset nobis Seruator, is uere cum Deo coniunctus est; amat Deum, et uicissim ab eo amatur.* Fieri enim non potest, quin eiusmodi homo doctrinam Christi sincere amplectatur ac proinde Deum et proximum sincere diligat, diligaturque uicissim ab eo.

16. καὶ ἡμεῖς — ἐν ἡμῖν) *Ergo nos nouimus et persuasi sumus de amore, quem erga nos habet.* Nos, Apostoli nempe, qui Iesum, quem Seruatorem hominum misit, contemplati sumus oculis, et inde cognouimus, quantus Dei in nos fit amor. Cf. u. 14. ὁ Θεὸς — ἐν αὐτῷ) *Supra u. 8. 12. III, 24. Amat Ioannes, quae ualde uult haerere auditorum animis, non semel sed saepius dicere.*

17. ἐν τῷ τῷ — τῆς κτίσεως) *Ex hoc intelligimus, amorem nostrum sincerum esse, adeo ut etiam cum bona fiducia in illo die iudicii apparere possimus.* Μεθ' ἡμῶν, *in nobis, uel apud nos.* Alii hoc explicant de amore Dei erga nos, et ἐν τῷ τῷ connectunt cum illo ὅτι καὶ ὡς etc. non cum ἴνα, ut sensus sit: Hic est summus gradus dilectionis Dei, erga nos, si, qualis in hoc mundo Christus fuit, i. e. mundi odiis, et propterea malis plurimis expositus, tales et nos simus. Sed quamuis ἐν τῷ τῷ τετραβίωται, omnino coniungendum fit cum ὅτι etc. non tamen amor Dei erga nos hic intelligi potest, quia Apostolus statim addit, metum seruilem non posse consistere cum

cum uero erga Deum amore, u. 18. Verto igitur ἵνα, adeo ut. Veritas mutui inter Deum et nos amoris hanc sentitur et agnoscitur, si persuasi sumus, nihil nobis ab eo esse metuendum. ὅτι — τῷ) Si, sicut ille (Deus) animatus est (erga nos homines,) ita et nos in hoc mundo simus animati, (erga alios,) i. e. si nos, qui uiuimus in hoc mundo, ingenio et bonitate referamus Patrem nostrum in coelis. Si ingenium nostrum conforme est ingenio Patris coelestis, tuto credere possumus, nos non iri ab eo damnatum.

18. φόβος — βάλλει τὸν φόβον) Formido (poenarum) non congruit amori, sed uerus amor propellit formidinem. φόβος h. l. non est timor Dei, metuens ne Deum peccatis offendant, sed formido malorum ex mala conscientia. ὅτι ὁ φόβος κόλασιν ἔχει) Nam metus cruciat et angit animum. Sensus timoris plane contrarius est sensui amoris. Mutuus amor parit laetitiam, et habet sensus iucundos. Timor autem angit animum. ὁ δὲ — ἀγάπῃ) Δὲ igitur; nam est confirmatio eius, quod antea dictum erat. Si quis ergo timet, non sincere amat. Mutuus enim amor non parit sensus iniucundos, non angit animum, sed laetum reddit atque tranquillum.

19. ἡμεῖς ἀγαπῶμεν — ἠγάπησεν ἡμᾶς) Ἀγαπῶμεν, in Subiunctiuo: Diligamus. Redit Scriptor ad rem, et repetit quod dixerat comm. 10. 11.

20. εἰάν τις — ψεύσῃς ἐσίν) Ratio est in promptu. Nam is demum Deum uere amat, qui eum imitatur, eique similis fieri studet ingenio et moribus. Iam uero

Deus summo amore in omnes homines est praeditus. Quisquis ergo alios homines odit, is aduerfatur Deo eiusque confiliis. ὁ γὰρ μὴ — ἀγαπᾶν) Eadem fere argumentandi ratio est apud Philonem de Decal. p. 761. D, ἀμήχανον εὐσεβεῖσθαι τὸν ἀόρατον ὑπὸ τῶν εἰς τὰς ἐμφανεῖς καὶ ἐγγύς ἀσεβούντων, *fieri non potest, ut pius sit erga inuisibilem, qui erga conspicuos est impius.* Solet dici: Ignoti nulla cupido. At notitia maxime per oculos; et ipse adspēctus ad amandum excitat.

21. καὶ τούτην — ἀδελφὸν ἀυτοῦ) Alterum argumentum, cur amare proximum debeamus, quia Deus id praecepit. Amantis autem est, uelle ea, quae is uult, qui amatur.

Caput V.

1. Πᾶς ὁ πιστεύων — γεγέννηται) *Quisquis credit, Iesum esse Messiam, ascitus est in numerum filiorum Dei.* Non commode incipit nouum caput; quae enim hic dicuntur, arcte cohaerent cum praecedentibus. Ὁ πιστεύων, nempe ex animo, et se credere id ostendit, profitendo, sperando ab ipso res promissas, et sub ea spe praecepta eius sequendo. Ἐκ τῆς Θεοῦ γεγέννηται, i. e. *Dei est filius,* a Deo pro filio agnoscitur, ut supra III, 9. IV, 7. καὶ πᾶς — ἐξ αὐτοῦ) *Quisquis autem patrem amat, is etiam liberos eius amat.* Hoc probatione non indiget, quia sensu communi patet. Graecorum dictum est: Πατρὶ φίλατον τέκνον. Intelligendi sunt autem fratres, quibuscum communem parentem habemus. Singularis pro plurali. De Christo, filio Dei, hic non esse sermonem, ex sequentibus uerbis patet.

2. ἐν τούτῳ — τηρῶμεν) Connectuntur haec cum praecedentibus ita, ut Apostolus a generali ad speciale argumentetur. Quum uniuersim uerum sit, quod u. I. dictum erat, idem etiam de amore Dei ualet. Verto ita: *Ex eo, quod filios Dei amamus, cognoscere possumus, nos amare Deum, et praecepta eius seruare uelle.* Permutantur igitur h. l. significationes particularum ὅτι et ὅταν, quod contextus necessario postulat. Grotius traiectionem suadet, hoc modo: ἐν τούτῳ γνωσκόμεν ὅτι τὸν Θεὸν ἀγαπῶμεν, ὅταν ἀγαπῶμεν τὰ τέκνα αὐτοῦ, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν. Ne sic quidem male.

3. αὐτῇ — τηρῶμεν) In ἀγάπῃς uoce est metonymia. Significatur enim ostensio eius dilectionis, qua in Deum ferimur. καὶ — ἐν εἰσὶν) i. e. non arduum est ea obseruare, nempe amantibus, per sese, et propter opem diuinam. Confer Matth. XI, 30. et quae iam sequuntur.

4. ὅτι πᾶν — κόσμον) *Quisquis enim in numerum filiorum Dei adscitus est, potest resistere malis hominum exemplis et prauis cupiditatibus, ne ab obsequio erga Deum abducatur.* πᾶν, neutrum pro masculino. Certamen nobis quidem est cum mundo, i. e. cum illecebris, malis exemplis, periculis, et malis e mundo ingruentibus; haec omnia enim sub nomine τῶ κόσμου comprehenduntur. Sed qui a Deo per doctrinam Christi renatus, nouus quasi homo factus, pro filio Dei declaratus, et particeps felicitatis aeternae redditus est, non uincitur malis exemplis et mundi illecebris. καὶ αὐτῇ — ἡ πίστις ἡμῶν) i. e. *Id quod nos idoneos reddit ad hanc uictoriam, est religionis*

nis nostrae ingenua professio, imprimis autem fides promissis Christi habita. Qui enim firmiter persuasus est, sibi expectandam esse maximam et aeternam felicitatem, sub conditione obsequii praeceptis diuinis praestandi, is omnia alia posthabebit. In uoce *νίκη* est Metonymia effecti pro efficiente. *Νικησασα* est aoristus pro omni tempore, quomodo accepere Syrus et Latinus.

5. *τίς ἐστίν* — *τὸ θεῖον*;) Interrogatio uehementer affirmans, qualis supra II, 22. Si talis homo, qui Iesum pro filio Dei agnoscit, non potest uincere mundum, nullus alius poterit. Credere, Iesum esse filium Dei, est, non tantum credere quod sit diuinae naturae, sed etiam, quod sit ille, quem Pater salutis nostrae causa misit. (cf. u. 6.) Qui credit, sui causa missum esse filium Dei, is facile poterit uincere cupiditates. Cf. u. 10. II.

6. *ὁ υἱὸς ἐστίν* — *ὁ Χριστός*) *Hic est ille, qui, postquam uenerat, instituit baptismum et sanguinis sui profusi commemorationem.* Vel sic: *Hic (filius Dei) est ille, qui non tantum per baptismum, sed et profusione sanguinis sui declarauit, se esse Messiam.* Verbum *ἔρχεσθαι* saepe de muneris functione usurpari, notum est. Sermonem uero esse de re, non praesenti, sed praeterita, docet participium *ἔλθων*, aoristo tempore, praeteriti uim habente. *καὶ*, cum, pro quo statim occurrit *ἐν*. *Aquam* hic esse baptismum, mihi non uidetur esse dubium. Sed difficilior est quaestio, qualis baptismus intelligatur? *B. Zachariae* explicat de baptismo Christi, quo peracto, uoce coelesti declaratus est filius Dei, Matth. III, 17. et aduersus falsos Doctores, praecipue Cerinthianos hoc dictum esse putat, qui

qui statuebant, Iesum fuisse merum hominem; *in eum post baptismum descendisse aeona Christum, figura columbae — in fine (uitae) autem reuolasse iterum Christum de Iesu, et Iesum passum esse, et resurrexisse: Christum autem impassibilem perseuerasse, existentem spiritalem*, ut docet Irenaeus L. I, c. 25. Hunc Cerinthi errorem iam a Nicolaitis multo prius propagatum esse idem Irenaeus testatur. Videtur igitur Ioannes istum errorem corrigere uelle. Sensus est: *Hic Iesus non modo tum, quum baptizatus est fuit filius Dei, (uel Messias,) sed et tum, quum passus est, fuit idem.* Etiam is, qui mortuus est, habendus est pro filio Dei; inde enim amor Dei, qui filium suum pro nobis morti tradidit, demonstratur. — Hanc explicationem nunc ceteris praeferendam esse putem. Bengelius: „*Aquam* dicit baptismum, quem primum administravit Ioannes, inde Baptista cognominatus, et ideo in aqua baptizare missus, ut Iesus manifestaretur tanquam Filius Dei, Io. I, 33. 34. Porro baptismus etiam per discipulos Iesu administratus est, Io. IV, 1. f. Act. II, 38. etc. „*Beza aquae* appellatione intelligit *sanctificationem*, i. e. *regenerationem* nostram, cuius symbola erant purificationes illae sub lege usurpatae, et cuius quoque peculiaris nunc est tessera Baptismus; *sanguinis* appellatione intelligit *iustitiam* nostram, quae in duabus partibus consistit, nempe peccatorum expiatione, et obedientiae Christi expiatione, habito ueterum sacrificiorum, ac praesertim asperisionis illius solennis respectu, cuius Hebr. IX. fit mentio. In eadem sententia est *Moldenhawerus*, sensum huius loci hunc esse existimans: *Iesum esse mundi Seruatorem, cognosci potest ex regeneratione, quam in nobis efficit, et ex peccatorum*

catorum remissione, quam ipsi debemus. Per πνεῦμα idem intelligit Apostolos et alios doctores diuinitus missos. Grotius: „Venit, i. e. apparuit, id quod erat Filius Dei, per aquam et sanguinem, i. e. per uitam purissimam, quae per aquam significari solet, ut Ezech. XXXVI, 25. siue per lotionem, quod aquae est opus, ut Ies. I, 16. etc. — Deinde apparuit Dei filius, eo quod in testimonium eius professionis, qua se Christum, siue Dei Filium dixit, mortem cruentam non recitabit, Io. XVIII, 37. I Tim. VI, 13. „Haec Grotius. Possit etiam τὸ ὕδωρ esse baptismus, a Christo institutus, quo homines, doctrina religionis imbuti, recipiantur in societatem Christianorum; τὸ αἷμα autem *sacra coena*, quam Christus in memoriam effusi sanguinis, et mortis suae expiatoriae instituit. Nam in sequentibus Apostolus τὸ ὕδωρ, τὸ αἷμα et τὸ πνεῦμα, testium loco haberi posse dicit, quorum unanimi testimonio confirmetur, Filium Dei uixisse in his terris. ἕκ ἐν — τῷ αἵματι) Ostendit Apostolus, uerba proxime antecedentia plane considerate esse posita. Non tantum quum baptizatus est Iesus, sed etiam quum passus est, fuit filius Dei; uel ex altera explicatione: non satis erat Christo instituisse baptismum; perpetuam etiam mortis suae memoriam repetendam curauit. Nonnulli existimant, Ioannem respexisse ad c. XIX, 30. Euangelii; quod tamen dubium est. καὶ τὸ πνεῦμα — ἡ ἀλήθεια) *Etiam doctrina diuina testatur* (Iesum esse Filium Dei; uel etiam: Filium Dei uixisse in terris,) *nam haec doctrina perfecte uera est.* Τὸ πνεῦμα eodem sensu hic accipitur, quo Io. VI, 63. sicuti etiam Paulus haud raro σὰρκα et πνεῦμα opponit. Alii duplici sensu sumunt uocem πνεύματος, ut nempe prius illud πνεῦμα signifi-

significet *miracula*, a Christo et Apostolis edita, alterum uero *doctrinam Christi*, et sensus sit: Etiam miracula testantur, doctrinam Euangelii esse ueram. Quum autem Apostolus non afferat argumenta pro ueritate doctrinae, sed pro ea in specie ueritate, Iesum esse Filium Dei, uel uixisse in terris, priorem interpretationem praefero. Alii aliter explicant.

7. 8. ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ ἔρανῳ, ὁ πατήρ — ἐν τῇ γῆ) Verba haec non esse genuina, plerorumque Criticorum hodie est sententia. Integrum librum de hoc loco scripsit D. Io. Sal. Semler, sub titulo: *Historische und kritische Sammlungen über die sogenannten Beweisstellen der Dogmatik. Erstes Stück über 1 Ioh. 5. 7.* Halae et Helmst. 1764. 8. ubi alii etiam nominantur, qui de h. l. scripserunt. Accurate, et prolixè de eo disputat etiam S. V. Griesbachius in editione sua N. T. Nos praecipua tantum momenta excerpemus, ablegantes rei criticae studiosos ad ipsam Viri doctissimi disquisitionem. Exstant igitur uerba ista in *codice graeco nullo*, praeter 34. illum Dublinensem s. Montfortii, s. britannicum, ad quem Erasmus iam prouocauit, sed recentissimum, sec. XV. aut XVI. scriptum. Cf. *Pauli Iac. Bruns* obseru. in Repertorio litteraturae orient. et bibl. Tom. III. p. 258. sqq. Praeterea in codice Rauiano, qui in bibliotheca Regia Berolinensi asseruatur, ita ut in editione Complutensi, legitur: ὅτι τρεῖς οἱ μαρτυροῦντες ἐν τῷ ἔρανῳ, ὁ πατήρ καὶ ὁ λόγος καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν· καὶ τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες ἐπὶ τῆς γῆς, τὸ πνεῦμα καὶ τὸ ὕδωρ καὶ τὸ αἷμα. Sed uiri docti dudum uiderunt, codicem hunc non esse

esse nisi apographum editionis Complutensis, quae uero omittit commate octauo καὶ δι τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἶσι. Ex uersionibus omittunt Syra utraque, arabica polygl. et Erp. Copt. Aeth. Slaouonica, nec non Armenica. Omittunt *Patres graeci* omnes, quamuis antecedentia et consequentia excitent, argumenta pro trinitate et diuinitate Filii ac Spiritus S. corradant, imo uersum 8 ad Trinitatem applicent, aut Spiritum S. Deum esse ex antecedentibus aut consequentibus probent. Primum *graece* prolatus est locus in translatione graeca Actorum Concilii Lateranensis anno 1215. habiti. Maior est numerus eorum *codicum latinorum*, qui uersum 7. legunt, numero eorum qui non legunt; sed codices ante Seculum X. scripti plane non habent. *A patribus latinis* non citatur, ubi uel maxime ad rem pertineret, atque omnino expectari posset. Vigilii Tapsensis primus fuisse uidetur, qui finiente Seculo V. *clare* ad testes coelestes prouocarit; sed plane non conuenit Vigilii allegatio cum textu nostro, nec in uerbis nec in sensu. Praeterea Latini in scribendo et allegando hoc dicto ualde uariant; nam antiquiores fere anteponunt comma octauum septimo; permulti post testes terrestres omittunt: *et hi tres unum sunt*; alii non solum legunt: et hi tres unum sunt, sed addunt praeterea: *in Christo Iesu*; alii aliis utuntur uerbis atque formulis. Haec et alia contra γνησιότητα huius commatis pugnant. Qui eam defendunt, prouocant ad argumenta, quorum potiora sunt haec: 1) Nexus cum antecedentibus et consequentibus. 2) Omissio facilis ob ὁμοιοτέλετον. Speciosum argumentum, nisi obstarent uerba ἐν τῇ γῆ, et ἐν τῷ ἕρανῳ, quae una cum ceteris desunt in codicibus omnibus

bus, uersionibus etc. 3) Eraserunt periocham Ariani. 4) Disciplina arcani multos induxit, ut initio a codicibus publicae lectioni destinatis dictum remoueretur, qui ceteros codices breui tempore absorpserunt. 5) Ex historia dicti elucet θετον quoddam. 6) Inuenientur fortasse futuris temporibus codices dictum hoc habentes. Si uel maxime genuina essent haec uerba, non tamen uideo, quomodo ex iis doctrina de unitate essentiae Patris, Filii et Spiritus probari possit. Nam ἐν εἶναι de consensu uoluntatis quidem dicitur, si de personis sermo est, ut Io. XVII, 11. 21. 23. nusquam uero de unitate essentiae. Nec haec interpretatio, si admitti posset, cum contextu et consilio Apostoli posset conciliari, quod iam nonnulli Veterum perspexerunt. In margine editionis Complutensis narratur, Ioachimū abbatem negasse, quod uerba com. 7, *hi tres unum sunt*, ad unitatem personarum spectent; traxisse eum haec uerba ad unitatem consensūs, atque prouocasse ad comma 8, ubi in quibusdam libris de spiritu, aqua et sanguine eadem uerba, *hi tres unum sunt*, habeantur. Sed posteriori hoc loco uerba, *hi tres unum sunt*, ab haereticis arianis apposita esse, nec in ueris exemplaribus haberi. Videntur haec uerba orta esse ex mysticis interpretationibus uersus octauī, et sensim ex glossa irrepsisse in textum. Totus igitur locus ita legendus: ὅτι τρεῖς εἰσιν διμαρτυρῆντες, τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα· καὶ δι τρεῖς εἰς τὸ ἐν εἰσιν. Numerat Ioannes testes, quorum com. 6. meminerat, et optime eos consentire, uel in unum conspirare, asserit. Baptismus nempe declarauit Iesum pro Filio Dei, quum uox e coelo audiretur: Hic est Filius meus etc. Idem etiam mors

Christi declaravit; scriptura enim dicit: Filium Dei mortuum esse. Denique etiam ipsa religio, quam Christus docuit, ita comparata est, ut satis pateat, eam non esse inuentionis humanae, sed prorsus diuinam.

9. εἰ τὴν μαρτυρίαν — ἐς) λαμβάνειν est testimonium *iudicio suo approbare*. Nempe ex lege Deut. XVII, 6. XIX, 15. duorum uel trium testimonium recipiendum erat: Cf. Matth. XVIII, 16. 2 Cor. XIII, 1. Hebr. X, 28. Dei autem testimonium multis hominum testimoniis praeponderat. Diuinum testimonium uocat id ipsum, de quo com. 6. dixerat. Quare statim addit: ὅτι αὕτη — ὑὸς αὐτοῦ) *Nam istud pro ipsius Dei testimonio habendum est, quod testatur de Filio suo*. Patet ex his testimoniis, in unum conspirantibus, Iesum ab ipso Deo declaratum esse pro ipsius Filio. Vel ex altera explicatione: habent baptismus, sacra coena, et doctrina Christi uim et efficaciam uere diuinam, ad recreandos et emendandos hominum animos; et hoc modo Deus perpetuo testatur, filium suum uixisse in his terris.

10. ὁ πισεύων — ἐν ἑαυτῷ) *Qui fiduciam suam in Filium Dei reponit, is recipit Dei testimonium*. ἔχειν ἐν ἑαυτῷ, *in se habere, i. e. recipere*, quia qui recipit aliquid, is id in se, id est secum habet. ὁ μὴ — πεποίηκεν αὐτόν) Nempe Deum, de quo sermo praecedit. *Eum facit mendacem, i. e. ita agit, quasi Deus mendax esset*, ut supra I, 10. Πεποίηκεν, Praeteritum pro quouis tempore, more hebraeo. ὅτι ἔ — τὸ ὑὸς αὐτοῦ) Θεός pro αὐτός, nomen pro pronomine, more hebraeo.

τυρίαν μαρτυρεῖν, ut seruitutem seruire, mortem mori; quae locutio frequens Hebraeis, Graecis et Latinis.

11. καὶ αὕτη — αὐτῆ ἐς) *Summa autem huius testimonii est, quod felicitatem aeternam nobis promisit Deus, et quod haec felicitas per filium eius nobis contingit.* Αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία, ut Io. I, 19. Ἐδωκεν, promisit. Ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ, per filium eius. Ἐστὶ, pro contingit.

12. ὁ ἔχων — ζωὴν) *Qui agnoscit Filium Dei pro filio Dei, is sperare potest felicitatem.* Ὁ ἔχων τὸν υἱὸν, elliptice, pro: ὁ ἔχων τὸν υἱὸν ὡς υἱὸν, ut Matth. XIV, 5. ὡς προφήτην αὐτὸν εἶχον. *Habet uitam, i. e. sperare potest felicitatem.* ὁ μὴ — ἔκ ἔχει) Oppositio, qualem saepe habuimus. Intelligendum autem de iis, ad quos Euangelium peruenit.

13. τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ) Haec uerba defunt in cod. Alex. Vaticano et iunioribus nonnullis, in Syra utraque, arab. Erpenii, copt. aeth. arm. uulgata. ἵνα εἰδῆτε — ζωὴν) Addunt οἱ πιστεύοντες iidem, excepta arm. *It sciretis, certum uos ius habere ad felicitatem aeternam, quamdiu creditis etc.*

14. καὶ αὕτη — πρὸς αὐτὸν) *Etiam hanc de eo fiduciam habemus, nempe iure optimo; uel potius: hac re, (quod scimus, nos posse certo expectare felicitatem futuram,) nititur nostra erga Deum fiducia.* Παῖρησία, ut supra c. III, 21. ὅτι εἶπεν — ἀκούει ἡμῶν) *Eum nos exauditurum esse, si quid petamus secundum uoluntatem eius, i. e. talia bona, quae nobis promisit, quae nobis dari*

fit Deo gloriosum, nobisque salutare. Ἀκούει ἡμῶν,
attendit ad nos.

15. ὅτι ἔχομεν — παρ' αὐτοῦ) Scimus, nos impetraturos
esse, quicquid petierimus. Ἐχειν, impetrare. Deus non
tantum audit uota nostra, sed praestat etiam quicquid no-
bis est salutiferum.

16. εἰάν τις — μὴ πρὸς θάνατον) Si quis uiderit Chri-
stianum, qui admittat peccatum, per quod non faciat ia-
cturam suae salutis. Opponuntur sibi ἀμαρτία μὴ πρὸς
θάνατον, et ἀμαρτία πρὸς θάνατον. De differentia
utriusque peccati uariae sunt interpretum sententiae. Per
ἀμαρτίαν πρὸς θάνατον intelligunt nonnulli peccatum in Spi-
ritum Sanctum, alii quoduis peccatum grauius, e. g. ido-
latriam, homicidium, adulterium; alii peccatum, cui in
lege Moysi constituta est mortis poena; alii peccatum,
quod excommunicatione, et morbis a Deo immixtis, uel
etiam ipsa morte puniebatur. Θάνατος in uniuersa hac
epistola non mortem naturalem, sed miseriam significat,
quam peccatum affert. Ergo ἀμαρτία πρὸς θάνατον
uidetur esse peccatum, per quod homo miserum se reddit,
felicitatis aeternae iacturam facit, e. g. idololatria, et fla-
gitiosa Paganismi uita. Alii θάνατον intelligunt mortem
naturalem, et totum locum explicant ex uetustissima eccle-
siae disciplina, quae aetate Apostolorum uiguit. Quia nempe
magistratus deerant ecclesiae, ideo Deus prodigiosam
puniendi potestatem attribuit Apostolis. Exempla habemus
Act. V, 1. sqq. 1 Cor. V, 5. Effet igitur ἀμαρτία
μὴ πρὸς θάνατον peccatum, quod grauib. morbis,
non autem morte puniebatur; ἀμαρτία πρὸς θάνατον,
quod

quod morte a Deo miraculose immiffa, puniebatur. ἀιτή-
σει — πρὸς θάνατον) *Faciat pro illo preces, et consulat eius
saluti* (quocunque modo; reducat eum in uiam. Cf. Iac.
V, 19. 20.) *eorum* (inquam) *saluti, qui peccando non ne-
cessario se reddunt miseros.* ἔστιν ἀμαρτία — ἰρωτήση)
*Est peccatum, per quod quis utique facit iacturam suae
felicitatis; sed respectu huius uos non hortor.* Postrema
haec uerba non sunt prohibentis, sed mentem suam recte
explicantis. Dixerat, precando omnia posse accipi; ue-
niam etiam pro aliis hominibus posse impetrari. Quia
autem preces pro eo, qui salutis iacturam fecit, inutiles
forent, addit Ioannes, sibi de huiusmodi hominibus non
esse sermonem. Foret e. g. inutile deprecari pro eo,
qui ex christianismo ad idololatriam redierit. Talis enim
antea magno studio esset reducendus.

17. πᾶσα ἀδικία ἀμαρτία ἐστὶ) *Quoduis peccatum est
poena dignum.* Nulla culpa est tam leuis, ut sit negligenda.
Ἄμαρτία per meton. uerti potest: *poena dignum;*
uel etiam: *aberratio a praescripta norma.* καὶ ἔστιν —
θάνατον) *Sed datur tamen peccatum, quod hanc poenam
non contrahit, ut nempe homo necessario miser fiat.*

18. ὀίδαμεν — ἔχ ἀμαρτάνει) Non uidetur hic subin-
telligendum πρὸς θάνατον, sed uox ἀμαρτάνειν sumi ge-
neraliter, *male uiuere.* Ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ θεοῦ,
filius Dei. Ὁυχ ἀμαρτάνει, non peccat aut cum de-
liberatione, aut dato ad deliberandum spatio. Merito hoc
addidit Apostolus, ne qui putarent, se et filios Dei esse
posse, et interim illa peccata, quae non ita sunt ad mortem,
committere. Ideo admonet eos sui nominis, ut eius me-

mores erigant alios labentes, non eorum exemplo labantur, *τηρεῖ ἑαυτὸν*) *Sollicite sibi cauet a talibus peccatis.* Sic ἄσπιλον ἑαυτὸν τηρεῖν Iac. I, 27. καὶ ὁ πονηρὸς — αὐτῷ) *Ita ut malus ille laedere eum non possit.* Ἄπτεισθαι, *laedere, perdere, nocere*, ut Ios. IX, 19. pro hebr. ילל. Vere emendatum non decipiet idololatria, superstitione, et studium flagitiose uiuendi. Ὁ πονηρὸς, *Satanas*, cuius potestati quasi subiiciuntur ii, qui peccant πρὸς θάνατον, I Cor. V, 5.

19. ὀίδαμεν — ἐσμὲν) *Conficīi nobis sumus, nos diuina quadam praeditos esse indole, quare mirum non est, si mores nostri alieni sunt ab aliorum moribus.* καὶ ὁ κόσμος — κεῖται) *Sed homines mundani omnes in uitiiis quasi immergi et sepulti sunt.* Illud ἐν τῷ πονηρῷ aut neutro aut masculino genere sumi potest. At quanquam πονηρὸς in Masculino praecessit, satius est hic sumi in Neutro, cum allusione tamen ad Masculinum illud. Itaque *κεῖσθαι ἐν τῷ πονηρῷ* est, *sub mali*, (i. e. uitiorum) *potestate teneri*, uel *in malo quasi immergi, et sepeliri.* Seneca Epist. 59. *Diu in istis uitiiis iacuimus*: ubi iacere est quod hic *κεῖσθαι*. Verbum *κεῖσθαι* semper ἐπὶ κακῷ poni nos docet Hesychius; unde et ἐν κακοῖς *κεῖσθαι* in Euripidis *Andromache*. Sic in Terentii *Adelphis*: *Ctesipho in amore est totus.* Plautus in *mercatore*: *in fermento iacet*, Et in *Casina*: *nunc in fermento tota est, ita turget mihi*; de foemina irata et inflata.

20. ὀίδαμεν δὲ — διάνοιαν) Ἦκει per enallagen pro Praeterito ἦκε, ut Syrus et Arabs legisse uidentur. Διάνοια, *uera sapientia.* Περὶ ὧτι κετὴν διάνοιαν, nempe docen-

docendo, et quod docebat, miraculis comprobando. *ἵνα γινώσκωμεν τὸν ἀληθινόν*) Sc. *θεόν*, quod addunt multi codices, Patres et uersiones. *Verum Deum*, i. e. summum, æternum, optimum, auctorem rerum omnium, et uisibilium et inuisibilium. Contra Gnosticorum somnia, ut uidetur. Simul autem cogitandum est: *colere Deum*. Per religionem filii Dei eo uenimus, ut idolis relictis, eum colamus, qui uerus Deus est. (u. 21.) *καὶ ἐσμεν — Ἰησοῦ Χριστῷ*) *Ideo coniunctissimi sumus illi uero Deo per filium eius Iesum Christum*. *Ἐν*, h. l. ualet *per*. Ista coniunctio facta est per Filium Dei ueri illius. *ἕτερος ἐστὶν αἰώνιος*) Non Photiniani tantum, sed et orthodoxi multi haec uerba referunt non ad proxime praecedens, sed ad remotius, nempe Deum Patrem. Alii referunt ad Christum, ut is etiam dicatur uerus Deus. *Ζωὴ αἰώνιος*, per metonymiam, *auctor felicitatis aeternae*. Ita Christus saepe dicitur. Idem hic traditur, quod Io. XVII, 3.

21. *Φυλάξατε — εἰδώλων*) *Cauete uobis a falsis Diis*, sc. colendis; qui Dii a Iudaeis graece loquentibus dicebantur *εἰδωλα*, quia per simulacra repraesentabantur, et in illis simulacris colebantur. Alii *εἰδωλα* interpretantur de uitiis, quibus idololatrae maxime dediti erant, quos imitatae sunt Gnosticorum nonnullae sectae. *Φυλάσσει ἑαυτὸν*, sibi cauere a re aliqua.





SCHOLIA

IN

EPISTOLAM IOANNIS SECUNDAM.



Auctoritas huius Epistolae, ut et eius, quae sequitur, in dubium olim uocata est. Nam inter ἀντιλεγμένα eam refert Eusebius Hist. Eccl. III, 25. Nec translatio Syra uetus eam habet. Quia nempe breuis est, et uni tantum familiae inscripta, ideo non statim recepta est ab ecclesiis, nec in earum notitiam peruenit. Sed stilus et sententiae uidentur esse Ioannis. Cur Πρεσβύτερον se uocauerit Ioannes, in notis ad ipsam Epistolam dicemus.

Caput unicum.

I. **Ο** πρεσβύτερος ἐκλεκτῆ κυρία) Ὁ πρεσβύτερος saepe est nomen dignitatis. Quare nonnulli non Apostolum, sed alium Ioannem, Presbyterum Ephesinum, Apostoli Ioannis discipulum Auctorem huius Epistolae fuisse perhibuerunt. Sed rectius ὁ πρεσβύτερος h. l. uertitur *Senior, grandaeuus*; nam Ioannes omnes doctores tum uiuentes aetate longe superauit. Ἐκλεκτὴν κυρίαν non esse ecclesiam, sed personam, patet ex com. 13. Sed hic in diuersas partes abeunt interpretes, dum alii ἐκλεκτὴν, alii κυρίαν huius matro-

matronae nomen proprium fuisse putant. Alii uertunt: *Christianae matronae*, der christlichen Frau. Sicut nempe uiri quilibet appellabantur Κύριοι, ita foeminae Κυρίαί, ut uidere est etiam in Enchiridio Epicteti 62. et apud Chrysostrum contra συνεισάκτες, et alibi. Ἐκλεκτοὶ in N. T. saepe uocantur *Christiani*, et quidem probi, in oppositione ad κλητῶς, qui religionem profitentur. Κυρία nomen proprium esse uidetur. ἐν ἀληθείᾳ) *Sincere, uere*, ut hebr. תְּהִיב. הַיְהוּדִים הַנִּשְׁמָרִים אֶת הַדְּבָרִים הַזֵּאת) *Christianam religionem profitentes.* Ἀλήθεια, *uera religio.* Describuntur his uerbis ii, qui Ephesi et in uicinis locis erant Christiani.

2. διὰ τὴν — εἰς τὸν αἰῶνα) Connectitur hic uersus cum praecedente. Ego et Christiani alii amamus uos *propter ueram religionem, in qua perseueramus et semper perseuerabimus.*

3. ἔσται — θεὸς πατὴρ) *Largiatur uobis omnis generis bona, et maximam felicitatem Deus Pater etc.* ἔσται, futur. pro optatiuo, hebr. more. ἔσται μετ' ὑμῶν, *contingat uobis.* χάρις, *beneficium*; quo sensu etiam ἔλεος hic sumitur per metonymiam causae pro effectū. ἐν ἀληθείᾳ καὶ ἀγάπῃ) i. e. *Per cognitionem ueri et dilectionem mutuam.* Nam per haec in nos Dei beneficia prouocamus, conseruamus, augemus.

4. ὅτι ἔυρηκα — ἐν ἀληθείᾳ) *Quod uidi nonnullos liberos tuos, ex praeceptis religionis instituentes uitam.* Ἐκ τῶν τέκνων σου, sc. τινὰς. *Inueni, i. e. uidi.* Filii quidam eius matronae Ephesum, ut credibile est, uenerant

negotiorum causa. Περιπατεῖν, *uitam instituere*. κα-
θώς — πατρὸς) *Sicut a Deo praeceptum accepimus*, nempe
per Christum.

5. καὶ νῦν — ἀπ' ἀρχῆς) Ἐρωτῶ, *precor*, more Grae-
corum, Latinos imitantium. Ἀπ' ἀρχῆς, *ab initio*, nem-
pe Euangelii, uel : ex quo Christiani estis. Statim a Chri-
sto accepimus hoc praeceptum.

6. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἀγάπη) *In eo apparet dilectio*, no-
stra nempe erga Deum. αὕτη — περιπατῆτε) καθὼς,
i. e. ἡν. *Hoc est praeceptum, quod percepistis ab
initio etc.*

7. ὅτι πολλοὶ — ἐρχόμενον ἐν σαρκί) Ὅτι aut πλεονάζει,
sicut hebraicum וְ, aut uertendum *quia*, et connectendum
cum u. 8. Nam hic sensus nouus incipit. Πλάνοι, *im-
postores, seductores*. Pro εἰσηλθόν legunt ἐξῆλθόν co-
dices quidam, ex uersionibus Syr. Erp. Vulg. et ex Patri-
bus Irenaeus. Ἐρχόμενον, pro Praet. ἐληλυθότα, Ἐν
σαρκί, *humana indutum natura*. Eisdem designat Pseu-
do-prophetas, quos in prima Epistola notauerat. Ἔτος
ἐστὶν — ὁ ἀντίχριστος) Post plurale infertur singulare, sicut
I Io. V, 16. plurale post singulare, quia in talibus ualet
locutio utraque. Potest etiam ἔτος accipi pro πᾶς τοῦ ἔ-
τος. Sensus est: *Qui talia docet, est impostor, et ad-
uersarius Christi.*

8. βλέπετε — ἀπολάβωμεν) βλέπετε hic idem est,
quod φυλάσσετε. *Cauete uobis*. Si quem audiueritis hoc
negantem, cauate hunc. Pro ἀπολέσωμεν, ἃ ἐργασά-
μεθα

μεθ' α in multis codicibus, uersionibus et Patribus est: ἀπολέσητε ἃ ἐργάσασθε, quod melius cohaeret cum eo, quod praeceffit. Praeferenda tamen uidetur recepta, utpote difficilior lectio. Nec Profanis inusitata est transitio a numero ad numerum, et a persona ad personam. *Ne amittamus quae acquisiuimus*, metonymice, pro: ne amittamus fructum bonorum operum. Μισθὸν πλήρη, *mercedem plenam*, i. e. praemium felicitatis aeternae; nam est minor merces in hac uita, ut Luc. X, 7.

9. πᾶς ὁ παραβάων — οὐδὲ ἔχει) Ὁ παραβαίνων, *qui contemnit religionem*; nam παραβαίνειν eximie dicitur, qui legem Dei contemnit, ut Hebr. II, 2. μένειν ἐν τῇ διδαχῇ τῆ Χριστοῦ, *perseuerare in doctrina Christi*. μένειν pro διαμένειν. Θεὸν ἔχει, i. e. *Dei fauore non fruitur*. Eodem sensu uerbum ἔχειν statim in sequentibus est accipiendum.

10. εἰ τις — μὴ λέγεται) Ἐί τις ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς, *si quis se insinuare uelit in uestras ecclesias*. Καὶ ταύτην τὴν διδαχὴν ἔφερε, et non afferat doctrinam illam, quae est in Euangelio. Μὴ λαμβάνετε αὐτοὺς εἰς οἰκίαν, i. e. *cum hospitio non excipite*. Videtur matrona, ad quam Ioannes scripsit, fuisse Diaconissa, quae excipiebat peregrinantes Christianos nomine et sumptibus ecclesiae. Vetat igitur Ioannes in domum recipere falsos doctores, uel impostores, quia tales in communionem ecclesiae recipi sine maximo damno Christianorum non poterant. Χαίρειν μὴ λέγειν h. l. significat; talium familiaritatem deuitandam; idem quod παραιτεῖσθαι Tit. III, 10. Cf. etiam I Tim. VI, 5.

11. ὁ γὰρ — πονηροῦς) Qui enim cum eiusmodi homine amicitiam colit, et saepe cum eo sermonem ierit, nisi desiderio et spe eum ad rectam uiam reducendi, uidetur tacite approbare improbitatem eius: qui approbat autem, in culpaee communionem uenit.

12. ἐκ ἡβελήθην — μέλανος) Sc. γράψαι. Ἠβελήθην, attice pro ἔβελήθην. Ὁ χάρτης, uox latina, *charta*, occurrit etiam apud Hesychium in uerbo τόμος. Nec aliter in Glossario. ἐλπίζω γὰρ — πεπληρωμένη) Πρὸς ὑμᾶς, in eam urbem, ubi uos estis. Στόμα πρὸς εἶμα, *coram*. Accusatiuus prior graeco more positus, pro quo Latini ponerent ablatiuum. Πεπληρωμένη, *perfecta*. Dicitum hoc est comparate; quia plenius gaudium ex conspectu mutuo, quam ex commercio literarum.



SCHOLIA

IN

III. IOANNIS EPISTOLAM.

Caput unicum.

I. **Ο** πρεσβύτερος — ἐν ἀληθείᾳ) De uoce πρεσβύτερος uide initium Epistolae praecedentis. Γαῖος est nomen Romanum *Caius*. Mentio fit *Caii* Corinthii Rom. XVI, 23. 1 Cor. I, 14. et *Caii* Derbaei, nati in Macedonia, Act. XIX, 29. XX, 4. Ad Corinthium scriptam esse hanc Epistolam nonnulli putant; aliis autem secus uidetur, quia ille Corinthius Caius a *Paulo* ad fidem perductus est, 1 Cor. I, 14. hunc uero nostrum fuisse discipulum Ioannis ex u. 4. huius Epistolae apparet. Suspicantur nonnulli, fuisse eum ecclesiae cuiusdam Diaconum et hospitem, maritum Cyriae, ad quam secunda Epistola scripta est. Ἐν ἀληθείᾳ, *sincere*, ut in Epistola praecedente com. I.

2. περὶ πάντων — ἡ ψυχῆ) Sensus: *Vt animo tuo (per religionem) bene est: sic etiam corpori tuo et rebus externis semper bene esse cupio.* Περὶ πάντων aut cum

ἔυχομαι, aut cum εὐοδῆσαι coniungi potest. Priori modo περὶ positum esset pro ὑπὲρ, *prae omnibus, ante omnia*. Posteriori modo περὶ πάντων etc. est ἐν πᾶσιν εὐοδῆσαι, *in omnibus rebus prospere agere*. Ἐν πᾶσιν autem apud Ioannem est, in omnibus quae extra rectum animi statum, (quem iam ante eum possedisse non dubitat,) conducunt ad felicem vitam efficiendam. Horum inter praecipua est sanitas, quam ideo et seorsim nominat. Καθὼς εὐοδῆταί σε ἡ ψυχὴ, *sicut animo tuo bene est*; nam ψυχὴ hic pro toto animo ponitur. Precatur hic Caio suo paucis uerbis Ioannes supremum terrenae felicitatis gradum, qui quum commoda externa non deficient, imprimis autem animus corpusque recte habent, uideatur attingi.

3. ἐχάρην — περιπατεῖς) Ἐρχομένων ἀδελφῶν, quum Christiani quidam uenere ex uestris partibus. Praesens pro praeterito. Καὶ μαρτυροῦντων σε τῇ ἀληθείᾳ, *et laudarunt religionem tuam*. Μαρτυρεῖν, *laudare*. Καθὼς εὖ ἐν ἀληθείᾳ περιπατεῖς, i. e. quomodo tu sincere uitam omnem instituas, nempe ut decet Christianum, re, non nomine.

4. μείζοτεράν — περιπατῶντα) *Maius gaudium non habeo, quam hoc, si audio, discipulos meos agere uitam religioni congruam*. Μείζοτεράν pro μείζονα non est barbarum; nam χειρισοτέρη est apud Hippocratem de decent. ornat. c. II. ἐσχατώτερον apud Aristotelem metaphys. X, c. 4. Τέτων, sc. ἔργων ἢ πραγμάτων. Quidam codices habent ταύτης. Ἴνα, pro ἡ Ἴνα. Ἐμὰ

τέκνα, i. e. eos, quos ego institui. 1 Tim. I, 2. 18.
2 Tim. I, 2. II, 1.

5. τιςδὲ ποιεῖς) i. e. τιςδὲ ἔργον, uel ἔργον τιςδὲ ἀξιον, opus Christiano homine dignum. Libanius : ἔχ ἑλληρικὸν τέτο ποιεῖς, non facis Graeco homine dignum. δ' εἰν — ξένος) Quod officiosus es erga Christianos et peregrinos. Pro καὶ εἰς τὰς ξένους alii legunt : καὶ τῶτο εἰς ξένους, et quidem peregrinantes. ὁ εἰν, si quid. Diaconorum erat hospitio excipere peregrinantes Christianos, sed ecclesiae sumitibus. Hic uero Caius de suo beneficia praestitit Christianis.

6. οἱ ἐμαρτύρησαν — ἐκκλησίας) Qui laudarunt beneficentiam tuam in publico Christianorum conuentu. Μαρτυρεῖν, ut u. 3. Ἐνώπιον ἐκκλησίας, coram ecclesia, nempe Ephesina. εἰς καλῶς — τῷ θεῷ) Recte facies, si eosdem uiatico instruas, congruenter amori tuo in Deum. Προπέμπειν hic est cum uiatico dimittere, ut Tit. III, 13. Ἀξίως τῷ θεῷ, ut decet Dei cultores. Similis locutio Coloss. I, 10. et 1 Theff. II, 12.

7. ὑπὲρ γὰρ τῷ ὀνόματος ἐξῆλθον — εἰδῶν) Nam Christianae religionis causa, nihil suarum rerum secum auferentes, bona sua deseruerunt. Post ὀνόματος editiones addunt αὐτῷ, ob nomen Dei. Ὀνομα interdum κατ' ἐξοχήν ponitur pro Christo, ut Iac. II, 7. Hoc autem loco intelligitur Christiana religio. Ceterum haec uerba uarie explicantur. Grotius : a Iudaea eieῖti sunt per Iudaeos incredulos ob Christum. Alii putant, eos, de quibus loquitur

quitur Ioannes, profectos esse ad praedicandum Euangelium Gentibus, et nihil mercedis ab ipsis accepisse. Alii ἐξῆλθον construunt cum ἀπὸ τῶν ἑθνῶν, ut sensus sit: *exierunt*, i. e. *expulsi sunt a gentilibus, et omnia sua reliquerunt.*

8. ἡμεῖς ἔν — τῇ ἀληθείᾳ) Pro ἀπολαμβάνειν codices nonnulli et Oecumenius legunt ὑπολαμβάνειν, i. e. *excipere hospitio, et curare ne quid desit ad uitae necessitatem.* Ἴνα συνεργῶν γινώμεθα τῇ ἀληθείᾳ, i. e. *ut quantum in nobis est propagationi religionis inferuiamus.*

9. ἔγραψα τῇ ἐκκλησίᾳ) Intelligitur ecclesia, in qua erat Caius. Huic ecclesiae scripserat Ioannes, ad commendandos fratres, de quibus in praecedentibus fuerat sermo. Alii legunt: ἔγραψα ἄν, *scripseram*, nisi scilicet operam meam fore inanem praeuidissem. ἀλλ' ὁ φιλοπρωτεύων — ἡμᾶς) Ὁ φιλοπρωτεύων αὐτῶν, *pro αὐτῆς, qui in ea (ecclesia) sibi primos honores poscit.* Singulari collectiuo subiungitur plurale, ut saepe. Quis hic Diotrophes fuerit, an Presbyter siue Diaconus, definiri haud potest. Videtur autem fuisse ex eorum numero, quos propter errores notat Apostolus in prima Epistola. Grotius putat, ex gentili factum Christianum, et ex illo fuisse hominum genere, qui Iudaeos, quanquam Christum professos, nisi legis ritus obseruarent, ad suos coetus non admittebant. Οὐκ ἐπιδέχεται ἡμᾶς, *non admittit nos*, i. e. *monita nostra, uel συστατικὰς nostras.* Opponit se omnibus, quae a me dicuntur et suadentur.

10. ὑπομνήσω — φλυαρῶν ἡμᾶς) *Graviter reprehendam facta eius, quod malignis sermonibus incessit nos.* Ἐπομιμνήσκειν proprie est in memoriam reducere; sed per translationem quandam sumitur pro quovis modo monere. Φλυαρεῖν, *nugari, falsa dicere.* καὶ μὴ ἀρκέμενος — κωλύει) *Μὴ ἀρκέμενος ἐπὶ τέτοις, his non contentus, id non satis habens.* Τὸς βελομένους, sc. αὐτοὺς ἐπιδέχεσθαι, καὶ ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐκβάλλει) i. e. cogit eos discedere ex ecclesia; eiicit eos, dum non patitur ut excipiantur hospitio. De excommunicatione hoc uix intelligi potest.

11. μὴ μιμῆ — ἀγαθῶν) *Noli illius Diotrephis et similitum duritiem imitari, sed bonorum lenitatem.* ὁ κακοποιῶν — τὸν θεῶν) *Qui impie agit, non recte nouit Deum.* Ὁρᾶν, *pro nosse;* nosse uero pro nosse ut oportet, et id rebus ostendere.

12. Δημητρίῳ — ἀληθείας) *Demetrius uidetur fuisse unus ex praecipuis eorum, quos Ioannes commendauerat Caio.* Μεμαρτύρηται ὑπὸ πάντων, *magna laus ipsi tribuitur ab omnibus, qui nempe eum norunt.* Καὶ ὑπ' αὐτῆς τῆς ἀληθείας, *a re et facto.* Ipsa res et facta eum laudant. Non hominum tantum, sed et ueritatis ipsius testimonio ornatur: non solum dicitur esse, sed et est bonus. καὶ ἡμεῖς δὲ μαρτυροῦμεν) *Sc. αὐτῶ.* Nos quoque probitatis ac pietatis testimonium ei reddimus. Nos, i. e. ego et alii, qui Ephesi sumus. Vel est Pluralis pro Singulari.

Ἄληθής, *fide dignum*. Non adulamur; nullius personae aut dignitati ueritatem gratificamur.

15. εἰρήνη — ὄνομα) Ἐιρήνη σοι, *uale*. Hebraeo more לְ שָׁלוֹם. Ὅι φίλοι, qui Ephesi sunt, et te norunt. Κατ' ὄνομα, *singulos*.



SCHOLIA

IN

EPISTOLAM IUDAE,

Auētor huius Epistolae est *Iudas* Apostolus, cognomine *Thaddaeus* et *Lebbaeus*, qui patrem habuit Alphaeum, fratres autem Iacobum minorem, Iosen et Simonem, Matth. X, 3. coll. Luc. VI, 16. Matth. XIII, 55. Nam alium *Iudam*, fratrem Iesu germanum esse auctorem, nec est credibile, nec certis testimoniis confirmari potest. Grotius putauit hanc Epistolam esse *Iudae* episcopi Hierosolymitani, qui fuit Hadriani temporibus, paullo ante Barchochebam, refragantibus testimoniis Veterum, qui eam *Iudae* Apostolo, nunquam Episcopo Hierosolymitano, tribuunt. Inter ἀντιλεγόμενα eam refert Eusebius hist. eccles. III, 25. VI, 14. Citatur autem a *Clemente Alexandrino* in Paedag. L. III. p. 175. et Strom. L. III. p. 314. edit. Sylburg. *Origenes* Comment. in Matth. p. 223. his uerbis hanc Epistolam laudat: Ἰόδας ἔγραψεν ἐπιστολήν, ἐλιγέσυχον μὲν, πεπληρωμένην δὲ τῶν τῆς ἰερᾶς χάριτος ἑβραίων λόγων. Vide III. Michaelis Introductionem. Tanta est conuenientia sententiarum huius epistolae cum Petri secunda, ut fere epitome eius esse uideatur. Idem igitur consilium in scribenda hac Epistola propositum fuisse Iu-

dae, res ipsa docet. Cf. quae praemisimus Scholiis in Epist. Iacobi et Petri.

Caput unicum.

1. **Α**δελφοί δε Ἰακώβου) Mentionem facit Iacobi, fratris sui, quia huius auctoritas magna fuit apud Christianos ex Iudaeis. τοῖς ἐν τῷ Θεῷ — κλητοῖς) *Christianis, qui per Deum Patrem segregati sunt (a reliquis hominibus) et Iesu Christo asseruantur.* κλητοί, *Christiani.* Qui ἡγιασμένοι ἐν τῷ Θεῷ πατρὶ hic dicuntur, iidem 1 Cor. I, 2. nominantur ἡγιασμένοι ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, quem locum confer. Pro ἡγιασμένοις nonnulli codices, cum uersionibus et Patribus haud paucis habent ἡγαπημένοις. Si haec lectio praefertur, sensus est: *propter Deum sibi dilectis.* Salutem dico uobis, quos propter Deum diligo. *Christo asseruari* dicuntur ii, quibus a Christo parata est felicitas. Sic asseruari praemiis dicitur, qui asseruatur ut praemiis afficiatur.

2. ἔλεος — πληθυνθείη) i. e. *Opto ut omne genus felicitatis uobis contingat, et amor mutuus augeatur.* Ἐλεος et εἰρήνη per meton. *beneficia Dei, omnis generis felicitas.* Ἀγάπη, amor erga alios: Πληθυνθείη 1 Petr. I, 2.

3. πᾶσαν — γράψαι ὑμῖν) Πᾶσαν σπευδὴν ποιεῖν hic esse uidetur: *quauis data occasione uti.* Περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας, *de iis quae pertinent ad communem salutem.* Κοινὴ σωτηρία, salus, quae mihi et uobis communis est. Ἀνάγκην ἔσχον, i. e. ἀναγκαῖον ἡγήσαμην, *necessarium duxi; nihil potius habui, quod scriberem,*

berem,

berem, quam etc. *Pricaeus* interpunctionem tollendam putat post *σωτηρίας*, ponendamque post prius illud *ὑμῶν* nempe hac sententia: *Quum studium summum adhiberem ut ad uos scriberem, necessarium inprimis duxi scribere de re omnium maxima, nempe communi salute.* παρακαλῶν — πίσει) Ἐπαγωνίζεσθαι τῇ πίσει firmiter tenere, bene tueri religionem, defendere eam a falsis doctoribus. Haec religionis doctrina dicitur Christianis tradita ἄταξ, *semel*, quia de ea nihil immutandum. Nisi potius ἄταξ positum sit pro *olim*, *iam olim*, ut u. 5-

4. παρειπέδυσαν — ἀσεβῆς) Παρειπέδυσαν, *latenter irrepere*, hoc est et graece, et cum elegancia dictum. Ex *Pricaei* sententia illud τινές construendum non cum proxime sequente uoce ἀνθρώποι, sed cum remotiore illa ἀσεβεῖς, quae sequitur: et intermedia omnia, quae per epexegetin apponuntur, per parenthesin legenda, ideoque particulam *δι*, ex fine ut uidetur, proxime praecedentis uocis male insertam, posse, et forte debere abesse. Ἄνθρωποι δι πάλαι προγεγραμμένοι εἰς τῆτο τὸ κρίμα, *homines, in quos Deus pridem decreuit hanc poenam.* Κρίμα hic est pro κατάκριμα, *poena*, ut nempe sibi ipsis per falsas doctrinas, et flagitiosam uitam arcessant summam etiam apud nos Christianos infamiam. Voce προγράφεσθαι alluditur ad morem iudicum, qui per tabelam, in qua sententias suas scribebant, reos poenae addicebant. Προγεγραμμένοι, *proscripti, destinati.* Προγράφεσθαι, aliis locis est *praedicere*, h. l. autem, ex usu linguae graecae exquisitiore est *proscribere*, publico loco affigere, e. g. *proscribere* nomen accusatorum. Sic

2 Petr. II, 3. οἷς τὸ κρίμα ἔκπαλαι ἔκ ἀργεῖ etc. Vox πάλαι non referenda est ad aliquam Christi, uel Petri, uel Prophetarum praedictionem de his impostoribus, sed significat interuallum temporis antecedentis indefinitum. τὴν τῆ θεῦ — ἀσέλγειαν) *Qui religionem christianam uertunt in occasionem lasciuiae.* Cf. 1 Petr. II, 16. Ἡ τῆ θεῦ χάρις, *beneficium Dei*, i. e. *religio christiana*, quam Theophylactus ad Io. I. ideo χάριν dici affirmat, quia per eam ἐχαρίσατο ἡμῖν ὁ θεὸς ἔ μόνον τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν, ἔλλα καὶ τὴν υἰοθεσίαν. Μετατίθεσθαι saepe simpliciter est *mutare*. Religionem mutare in lasciuiam est: facere eam instrumentum lasciuiae, uel religione abuti ad lasciuiam. Abutebantur nempe religione ad rem ueneream, ad conuiuia, ad computationes assiduas. Apuleius de pistoris cuiusdam uxore, et, ut uidetur, Christiana: *Mentita sacrilega praesumptione Dei quem praedicaret unicum, matutino mero et continuo stupro corpus manciparat.* καὶ τὸν μόνον — ἀρνέμενοι) Cf. 2 Io. 7. et Tit. I, 16. Ἀρνεῖσθαι in hoc Iudae loco tam facta quam uerba comprehendit. Θεὸν deest in codicibus multis, Versionibus et Patribus. Videtur addita esse haec uox a librariis, qui explicare uolebant, quisnam esset μόνος θεσπέτης.

5. ὑπομῆσαι — ἄταξ τῆτο) Ἄπαξ, iam olim. *Non puto* (inquit) *ineptum commonere uos, etsi olim bene gnaros.* Forsan et per transpositionem legendum: εἰδότεας τῆτο, ὅτι ἄπαξ ὁ κύριος etc. Ita τὸ δεύτερον quod statim sequitur, non carebit antitheto suo. Denique etiam, quod magis placet, uerba ἄπαξ τῆτο cum uerbo ὑπομῆσαι

μνησαι connecti possunt: hoc modo: ὑπομνησαι δὲ ὑμᾶς βέλομαι ἄπαξ τῷτο, καίπερ εἰδότας ὑμᾶς, *semel adhuc* (dum sc. adhuc sum in uiuis) *uobis in memoriam reuocare uolo, etsi iam sciatis.* ὅτι ὁ κύριος — ἀπώλεσεν) Ὁ κύριος hic, ut in libris Veteris Testamenti est ΠΙΠ', quod Graeci uertunt κύριος. Τὸ δεύτερον, aduerbialiter, *deinde.* Μηπισεύσαντας pro ἀπειθήσαντας, quia qui non obediunt, ostendunt, se non credere, aut non credere, ut oportet. Ἀπώλεσεν, *perdidit*, nempe per serpentes, per morbos, per angelum, per manus Leuitarum. Tacite innuit, Deum interitui daturum et istos, qui post professam iam religionem Dominum Christum abnegabant.

6. ἀγγέλες — ἀρχὴν) Τὴν εἰαυτῶν ἀρχὴν, *initium suum, principium suum*, i. e. statum, in quo a principio fuerunt. Licet etiam ἀρχὴν uertere *principatum, dignitatem, Würde, Vorzüge.* ἀλλὰ — δικητήριον) Coelum; nam ibi domicilium habuerunt ante casum. Relicto lucis supernae domicilio, ad fuscas prope terram regiones descenderunt. εἰς κρίσιν — τετήρηκεν) *Ad poenam illo magno die exsequendam custodit eos uinculis aeternis in tenebris*, i. e. in carcere quasi tenebricoso. Idem sensus et similia uerba 2 Pet. II, 4. Τηρεῖσθαι, ut et φυλάττεσθαι non ineleganter poni solent, ut apud Latinos *referuari* et *custodiri*, ubi de iudicio subeundo, aut de poenis infligendis agitur, ut Actor. XXV, 21. Κρίσις μεγάλης ἡμέρας, *poena magno die infligenda*, uel per hypallagen, pro εἰς ἡμέραν κρίσεως. Sic enim uocatur 2 Pet. II, 9. III, 7. item 1 Io. IV, 17. Δεσμοί, *uincula*,

cula, sunt Decretum Dei, quod eos quasi uinculis coërcet. Ἄρδιες intellige ἀρρήκτους, quae abrumpi non possunt; quo sensu *aeternas pedicas* Apuleius dixit. Ἐπὶ τὸ ζόφου uolunt esse interpretes regiones aëris terrae uiciniores, quae superioribus collatae sunt ζοφώδεις, imo nil lucis habent ab iis non deriuatum. Sed uidetur potius esse Simile, desumptum a tenebricoso carcere, in quo facinorosi custodiuntur. Hesychius, ad Homericum illud ζόφου ἱερόβεντα, τὸν ἀίδιον τόπον καὶ διμυχλώδη. Seneca Epist. 82. de Pœtis loquens: *Descriptus est carcer infernus, ac perpetua nocte oppressa regio.* Inest igitur hoc: *Versantur in summa aeternaque miseria.*

7. ὡς σόδομα — ἐκπορεύσασαι) Ἄι περὶ αὐτῶν, πόλεις, *ipsis uicinae urbes*, Adama et Zeboim; et πόλεις dixit pro hominibus. In uerbis τὸν θεμοίου τέτοις τρόπου ἐκπορεύσασαι, illud τέτοις referendum est ad falsos illos doctores, de quibus in hac epistola est sermo. Alii referunt ad uoces σόδομα καὶ γόμορρα, quae et plurali numero, et neutro genere efferuntur, ut *Hierosolyma*, et plurium aliarum ciuitatum nomina. Τὸ ἐκ in ἐκπορεύσασαι, ut in ἐκζητεῖν et similibus, mere intensiuum est. καὶ ἀπελθεῖσαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας) *Ite post carnem alienam*, sequi corpus alienum, i. e. rem habere cum aliis. Vir et uxor una caro sunt. Alia caro est uxor alterius; item uir alius, siue mas, si quis turpia cum eo patret: quo nomine pessime audiebant Sodomitae. Vnde Sodomia hodieque dicitur, quando quis rem habet et consuetudinem cum sexu masculino. πρόκεινται — ὑπέχουσαι) *Velut ob oculos positae sunt exemplum posteris seculis, poenam ignis perpetuo*

perpetuo quasi fumantis sustinentes. Post δεῦμα supple :
 posteris seculis, uel ex 2 Pet. II, 6. τῶν μελλόντων
 ἀσεβειῶν. Δεῦμα hic est παράδειγμα. In oratione
 Simonis ad Deum, 3 Maccabaico : τὴν - σοδομίτας - πυρὶ καὶ
 θεῶν κατέφλυξας, παράδειγμα τοῖς ἐπιγινομένοις κα-
 τασήσας. Δίκην ὑπέχειν h. l. est poenas dare, puniri.
 Πῦρ αἰώνιον possumus accipere pro igne internecino,
 igne nempe qui penitus eos uastauit, atque ad nihilum
 redegit. Possumus uero etiam intelligere ignem perpetuo
 fumantem. Philo de uita Mosis Lib. II. p. 662. Α.
 καὶ μέγροι τῆ νῦν μνημεῖα τῶ συμβεβηκότος ἀλείψα πάθους δεικνύ-
 νται κατὰ Συρίαν ἐρείπια, καὶ τέφρα, καὶ θεῶν, καὶ καπνός, καὶ
 ἢ ἔτι ἀναδιδόμενη φλόξ ἀμαυρὰ, καθάπερ διασφυχομένοις πυρὸς.
 Alii uolunt, eas urbes incensas proponi tanquam imaginem
 damnationis aeternae.

8. ὁμοίως — ἐνουπνιαζόμενοι) Codex Alex. habet ὁμοίως
 μέντοι, nihilominus, quamuis tanta exempla habeant ante
 se. Ἐνουπνιαζόμενοι, qui uigilantes somniant, ut loquitur
 Apuleius. Tam uana erant dogmata istorum hominum, tam
 stultae cogitationes eorum, quam nihili et futilia sunt in
 somnia dormientium. σάρκα μὲν μαίνουσι) Corpus polluunt,
 i. e. corrumpunt mares et foeminas, 2 Pet. II, 10. κυ-
 ριότητα δὲ ἀθετεῖαι) Κυριότητα καταφρονούντες, 2 Pet.
 II, 10. unde uidemus, ἀθετεῖν hic esse contemnere, ut
 1 Theff. IV, 8. Sic uiuunt, ut si nullus esset magistra-
 tus. δόξας δὲ βλασφημῶσιν) Δόξας, i. e. τὰς ἐν δόξῃ διά-
 γοντας, qui in summis sunt honoribus. Quintilianus de
 similibus Declam. XI. Aduersus superiora rabiem de sui
 uilitate sumunt, genusque libertatis putant odisse maiores.

9. δ δὲ Μιχαήλ — κύριος) Sumfit Iudas, ut uidetur ex libro apocrypho, cui titulus ἀνάβασις τῆ Μωϋσεως, cuius meminit Origenes περὶ ἀρχῶν Lib. III, c. 2. *Et primo quidem* (inquit) *in Genesi serpens Euam seduxisse describitur, de quo in Ascensione Mosis, cuius libelli meminit in epistola sua Apostolus Iudas, Michael archangelus, cum diabolo disputans de corpore Moyfi, ait: a diabolo inspiratum serpentem causam extitisse praeuaricationis Adae et Euae.* Recentior foetus est liber Rabbinicus de uita et morte Mosis, quem Gilbertus Gaulmyn, Molinensis a. 1629. edidit, latina interpretatione et notis illustrauit. *Oecumenius* Commentar. in Epist. Iudae: ἡ δὲ περὶ τῆ Μωυσεως σώματος κρίσις ἐστὶν αὐτῇ λέγεται, τὸν Μιχαήλ τὸν ἀρχάγγελον τῆ τῆ Μωυσεως ταφῆ διηκουηκέναι· τῆ δὲ διαβόλῃ τῆτο μὴ καταδεχομένε, ἀλλ' ἐπιφέρουτος ἔγκλημα διὰ τὸν τῶ Αἰγυπτίῳ φόνον, ὡς διὰ τῆτο ἐνόχῃ οὗτος Μωυσεως, καὶ μὴ συγχωρεῖσθαι τυχεῖν τῆς ἐντιμῆς ταφῆς. Μιχαήλ, nomen compositum ex hebraicis uocibus **מִיכָאֵל**, *quis est sicut Deus?* Ὁ ἀρχάγγελος non est filius Dei, sed *princeps angelorum.* *Targum Cant.* VIII. 9. *Michael princeps Israelis.* Ὅτε τῶ διαβόλῳ διακρινόμενος διελέγετο περὶ τῆ Μωυσεως σώματος, *quum in lite cum Diabolo contenderet de corpore Mosis, nempe sepeliendo uel non sepeliendo, ut modo ex Oecumenio didicimus; nam de corpore Mosis mortuo, non de populo Israelitico, uel doctrina et lege Mosis explicandum esse σῶμα Μωυσεως, res ipsa docet. Διακρίνεσθαι τινι, disceptare, iudicio contendere cum aliquo.* Ὅουκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγεῖν βλασφημίας, *non ausus est illi, licet turpissimo daemioni, palam dicere conuictum, uel duram ferre sententiam.* βλάσφημον κρίσιν

κρίσιν habet Petrus 2 Epist. II, 11. Dictum contra eos, de quibus comm. antecedente: κυριότητα ἀθετῶσι, δόξας βλασφημῶσιν. Si Michaeli religio fuit maledicere diabolo, qui et ipse, quanquam impius, potestatem quandam a Deo in hunc mundum accepit, quanto intolerabilius faciunt, qui magistratibus humanis, uel angelis bonis non uerentur maledicere? Ἐπιτιμῆσαι σοι Κύριος, *coercebit te Ioua*, puniet te Ioua. Ἐπιτιμῶν hic uideatur esse *punire*, uel *ulcisci*: certe Heiychio ἐπιτιμῆτωρ est τιμωρὸς, ἔκδικος. Verba desumpta ex Zachar. III, 2. ubi uero de re plane alia agitur. *Kidduschin* f. 81. 2. *remedium, quo diabolus ipse reuelauit se coerceri posse, si nimirum quis dicat: Misericors increpet te, Satan.* Zach. III, 2. 2 Sam. XXII, 16. Iob. XXVI, 11. *Schemoth* R. XVIII. Dixit R. Iose: „Michael et Samael similes sunt συνηγόροι et κατηγοροί, stantibus in iudicio; ille loquitur, et hic loquitur: ille absoluit sermonem suum, et hic suum. Συνήγορος nouerat se uicturum, incepit laudare iudicem, qui ἀπόφασιν edit: κατηγορος quaesuit addere uerbum. Dixit illi συνήγορος: Tace, et audiemus a iudice. Ita Michael et Samael stant coram Deo. Satan accusat, Michael uero enarrat merita Iſraelis. Satan uenit ad loquendum; Michael silentium ei imponit. „ Iudas Apostolus disceptationem illam inter Michaelem et Diabolum de Mosis corpore, ex libro quodam Apocrypho desumptam, quam parabolam esse probe intellexerat, minime comprobauit tanquam ueram historiam; sed Iudaeos ex libris, quos ipsi ualde amabant, argumento ad hominem uisus, erudire uoluit.

10. ἔτοι δὲ — βλασφημίᾳ) Cf. 2 Pet. II, 12. Si κυριότης et δόξα u. 8. sunt magistratus politici, sensus est: *Coniitiis sectantur quorum usum et utilitatem, (nempe legum, magistratuum etc.) non intelligunt.* Gnostici uero etiam angelos uituperabant, quorum naturam non intelligebant. ὅσα — φθείρονται) *Per ea uero, quae naturali instinctu sicut animalia bruta sentiunt, se ipsos perdunt.* Φυσικῶς, per instinctus naturales. Φυσικῶς ἐπίσασθαι hic idem est, quod Ciceronis illud: *Bestiae nil sentiunt nisi uoluptatem.* Voluptatis huius duo sunt genera; alterum in Venerem ferri, quod supra comm. 8. σάρκα μιάνειν' alterum, gulae operam dare, quod infra com. 13. εαυτὸν ποιμάνειν- φθείρονται, *perdunt se*, ad perniciem suam abutuntur instinctibus naturalibus. Passiuum pro uerbo reciproco.

11. Ὀυαὶ — ἐπορεύθησαν) Ὀυαὶ, est uox conditionem eorum deplorans. Πορεύεσθαι δδῶ, כדרך הלך, est *facta alicuius imitari.* Oderunt nempe et infectantur fratres. Omnis autem eiusmodi est ἀνδρωποκτόνος, 1 Io. III, 15. καὶ τῇ πλάνῃ — ἐξέχυθησαν) *Et effuso impetu ruunt in errorem Baalamiticae mercedis, i. e. in peccatum, quod Balaam mercedis causa commisit, incitans populum ad scortationes et adulteria cum Moabitibus.* Iudith. XV, 2. ἐκχυθέντες ἔφευγον. Plinius Lib. VI, epist. 20. *Proripit se, effusoque cursu periculo aufertur.* Sic et illi mercedis causa ad turpes libidines alliciunt alios. καὶ τῇ ἀντιλογίᾳ — ἀπώλοντο) i. e. καὶ ὡς δ Κορὲ ἀντιλέξας ἀπώλοντο, *peribunt sicut Core propter seditionem extinctus est.* Ἀπώλοντε, est Auristus pro futuro, aut pro

pro praesenti, ut *pereunt* fumamus pro *ruunt in exitium*. Illa Corae seditio erat contra Mosen; haec falsorum doctorum contra Christum. *Ἀντιλέγειν* hic fumitur eodem sensu quo Luc. II, 34. Rom. X, 21. et aliis locis.

12. Ἔτοί εἰσιν — σπιλάδες) *Hi sunt in agapis uestris scopuli*. Alii uertunt: *maculae*. Sed σπιλος significat *maculam*, non autem σπιλάς. Σπιλάδες ex usu graecae linguae sunt *scopuli marini*, uel *saxa sub aquis latentia*. Si hanc significationem hic retinemus, sensus erit: *Vt illa saxa impronisa perniciem nauigantibus afferunt, sic isti conuescentium simpliciorum animabus latenter insidiantur*. Nec inepte isti nebulones uocantur *scopuli*. Simili modo Florus IV, 9. 1. *quum scopulus, et nodus, et mora publicae securitatis superesset Antonius*. Aliis uidetur Iudas more Hellenistarum esse locutus, eosdemque indicasse, qui 2 Pet. II, 13. uocantur σπιλοι καὶ μῶμοι. Ex Wetstenii sententia Iudas et ἀπάτης uocem, quam in Epitola Petri legerat, eleganter inflexit in ἀγάπας, et pro σπιλοις scripsit σπιλάδες, significatione quidem mutata, sed ita ut et haec appellatio Gnosticis egregie conueniret. De agapis uid. 2 Pet. II, 13. συνευχόμενοι — ποιμαίνοντες) Illa συνευχόμενοι ὑμῶν uulgo coniunguntur cum proxime praecedentibus, quum idem tamen uideatur dictum in uerbis ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν. Ergo melius forsitan, suadente *Pricaeo*, connectas sequentibus, modo non ποιμαίνοντες legeris, sed ποιμαίνεσι, uel pro ποιμαίνεσι, accipias illud Participium. Ἀφόβως ad sequentia non ad praecedentia pertinet. Optime uertas: *secure se pascentes,*

tes,

tes, i. e. animos in patinis habentes, de nulla alia re cogitantes. ^{νεφέλαι} — ^{παραφερόμεναι}) Sic enim legendum uidetur pro ^{παραφερόμενοι}, plurimis consentientibus codicibus. Quod ad sensum attinet confer quae ad 2. Pet. II, 17. annotauimus. Inter *nebulas* et *nubes* hoc inter-est, ut Apuleius ^{περὶ κοσμηρίας} dicit: *nebulae sunt exhalationes uaporatae, et humore uiduatae, aëre crassiores, nubibus subtiliores; nubium crassitudo aquarum foetu grauidatur.* Inferuit autem aqua nubium irrigandae terrae. Ergo *nubes aqua carentes* uocat Iudas ^{ψευδοδιδασκάλως} istos, quia speciem doctorum Euangelicae ueritatis praeseferentes, reipsa nil praestabant tali titulo congruens. Vt *nubes aqua uacuae* speciose circumferuntur tantum, at nullo interim imbri foecundant terram; sic isti iactatores obambulant, multa et magna pollicentes, at inficientes potius quam irrigantes fidelium animas. ^{δένδρα} — ^{ἐκρίζωθέντα}) ^{Δένδρα φθινοπωρινὰ}, *arbores autumnales*, i. e. sine foliis, quales autumnno extremo, uersus hyemem solent esse arbores. Describantur homines inutiles, qui nihil ueri commodi afferunt. ^{ἄκαρπα}, *steriles*. ^{Δίς ἀποθανόντα}, i. e. *profus emortuae*. Ita Horatius: *Pro qua bis patiar mori*. Alii ita dictos esse uolunt, quia ^{ἄκαρποι} erant, et quia ut arbores infoecundae uidebantur ad ignem destinari; uel, quia corpus eorum in fagina iacebat, mens autem in habitibus uitiosis et iugi corruptione. Mihi uerior uidetur ea expositio, quam priore loco proposui. ^{Ἐκρίζωθέντα}, i. e. ^{ἐκ ριζῶν ἐξηραμμένοι}. Non magis licet sperare, illos iterum bonum fructum producturos, quam eradicatas arbores iterum germina proiecturas. Alii sumunt Aoristum pro futuro: *eradica-*

eradicabuntur, i. e. funditus peribunt; ne nomen quidem sectae erit reliquum.

13. κύματα — ἀισχύνας) *Similes fluctibus maris, despumantes ea, quorum eos pudere deberet.* Ἄγρια κύματα dixit Sapientiae Scriptor c. XIV, 1. Vox ἀγρία a feris fructibus et animantibus ad omnia dura transfertur. In Glossario: ἄγριος, *immanis*. *Despumantes*, i. e. cum iactantia effluentes, et tanquam laudi sibi ducentes, quae re ipsa dedecori erant, sicut fluctus sordes ex imo maris eructant. Euomebant autem siue despumabant isti dedecora sua, praesertim obscenitates, (ἀισχύνας enim hic commodissime exponere licet ἀισχρολογίας) in circulis confabulantium, praecipue vero in conuiujs, u. 12. ἀσίρηες — τετήρηται) In Glossario: Πλανήτες, *erratici*. *Erraticos* dum Iudas uocat istos homines, uidetur notare eorum circumforaneam uiuendi rationem, iugemque gulae ac deliciarum causa discursationem. Gellius 9. 2. *Erraticum esse hominem, et nullius rei.* Sequentia uerba desumpta sunt ex 2 Petr, II, 17. ubi dicta uide.

14. προφήτευσε — Ἐνώχ) Dicitur Enoch septimus ab Adam, i. e. hominum septimus, si Adam primus numeretur. *Vajikra* R. XXIX. Dilectus est numerus septenarius supra — in terris — in generationibus: Adam, Seth, Enos, Kainan, Mahaleel, Jared, Enoch. De libro *Enoch* uide Suiceri Thes. P. I. col. 1131. Origenes eum aliquoties citat, ut Lib. I. περὶ ἀρχῶν cap. III et lib. IV. in ἀνακ. Φαλακίῳσει. Sed Lib. V. contra Celsum, p. 267. edit. Spenc. ait: ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἔπανο φέρεται ὡς θεῖα τὰ ἐπιγεγραμμένα τῷ Ἐνώχ βιβλίῳ. Tertullianus, etiam

etiam Lib. de habitu muliebri c. III. dicit: *Scio scripturam Enoch non recipi a quibusdam, quia nec in armarium Iudaicum admittitur.* Ipse uero cum multis aliis Patribus huius libri auctoritatem defendit. *Accedit, inquit, quod Enoch apud Iudam Apostolum testimonium possidet.* Repete hic quod monuimus ad huius Epistolae comina 9. de citatione libri apocryphi, cui titulus ἀνάβασις Μωυσεώς· Προεφήτευσσε τρίτοις, i. e. *praedixit, quid illis sit euenturum.* ἤλαθε — αὐτῶ) Ἠλῆθε, Aoristus pro Futuro. Ἄγιος hic uocat *angelos.* Ἐν ἀγίαῖς μυρίασιν recte uerti potest: *cum denis millibus sanctorum* (i. e. angelorum) *suorum.*

15. ποιῆσαι — πάντων) Ποιεῖν κρίσιν, *iudicium et poenam exercere.* καὶ ἐξελέγξει — ἀμαρτωλοὶ ἀσεβεῖς) Ἐξελέγξει, uel ut alii habent ἐλέγξει, *castigare, ulcisci, punire.* Ἔργα ἀσεβείας hic sunt ἔργα ἀσεβῆ. Περὶ πάντων τῶν σκληρῶν, *de omnibus duris.*

16. ἔτοι ἐῖσι — ὠφελείας χάριν) Γογγυσαὶ, *murmurant contra superiores.* Μεμφίμοιρος, *querulus.* Hesychius: φιλεγκλήμων, Φιλῆτιος. *Intelliguntur igitur homines, qui non contenti sunt modicis; tristes, omnia deplorantes, quibus nulla non caussa in querelas placet, ut locutus Seneca Lib. de animi tranquil. c. 7. Ἐτέρογκα, sc. βήματα, ut 2 Pet. II, 18. Θαυμάζειν πρόσωπα, adulari hominibus diuitibus, uel honoratis.* Nam πρόσωπα hic sunt, quae Italis *personaggi*, homines diuitiis aut honoribus conspicui. Θαυμάζειν pro τιμᾶν, *colere, suspicere,* occurrit etiam Sirac. VII, 29. et saepe apud graecos Scriptores. Θαυμάζειν πρόσωπον δυνάσει, *Leu. XIX, 15.*

est iudicium gratificari ei, qui potentior est. Ὠφελείας χάριν, utilitatis gratia. Adulabantur diuitibus, uel dignitate conspicuis qui in ecclesia erant, utiis eorum fauendo, idque ut ex eorum largitionibus quaestum facerent.

17. μνήσθητε — Χριστῶ) Maxime a Petro, Paulo, Ioanne. Intellige autem non tantum, quae scriptis mandata, sed et quae uoce dicta per manus tradebantur. Cf. 2 Petr. III, 2.

18. ὅτι ἔλεγον — τῶν ἀσεβειῶν) Ἐν ἐσχάτῳ χρόνῳ, *tempore ultimo*. Non intelligitur tempus sub finem mundi, sed tempus posterius, sequens. Sumtum ex 2 Pet. III, 2. Ἐπιθυμίας τῶν ἀσεβειῶν hic pro ἐπιθυμίας ἀσεβεῖς.

19. ἔτοί εἰσιν — ἔχοντες) Ὅι ἀποδιορίζοντες ἑαυτοὺς, ἰ. ε. ἀπὸ τῶν ἄλλων. Separant siue distinguunt semet a ceteris, quasi multo sapientiores ac peritiores essent aliis, cum magno contemptu aliorum, quum tamen longissime absint ab eo, quod inprimis se habere iactant. Videtur tamen ἑαυτοὺς non esse genuinum. Tum sensus est: Separant Christianos. Ψυχικοὶ, quales sint, uide ad I Cor. II, 14.

20. ἀγιωτάτη — προσευχόμενοι) Τῇ ἀγιωτάτῃ πίσσει ἐποικοδομῶντες ἑαυτοὺς, i. e. *praestantissimae religionis fundamento innixi crescite in omni bono*. De metaphorica significatione uocis δοκομεῖν et ἐποικοδομεῖν uide I Cor. III, 10. sqq. Ἐν πνεύματι ἀγίῳ nonnulli

referunt ad praecedentia, alii autem rectius ad sequentia. Ἐν πνεύματι ἐγίω προσεύχεσθαι, *instinctu Spiritus sancti precari.*

21. ἑαυτοῦς — τηρήσατε) i. e. Date operam ut vosmet conferuetis in dilectione erga Deum; perseuerate in amore Dei, quod fit tum per preces, tum per actus pios. Ἀγάπη τῷ Θεῷ h. l. est amor quo nos diligimus Deum. προσδεχόμενοι — αἰώνιον) Ἐλεος, ἰσχυρῶς, *beneficium.* Ἐίς h. l. finem indicat. Quae beneficia uobis contingunt, ut consequi possitis felicitatem aeternam.

22. καὶ ἕς μὲν ἐλεεῖτε διακρινόμενοι) Multi codices, quos et sequuntur uersiones nonnullae, habent: καὶ ἕς μὲν ἐλέγχετε διακρινομένους, quod Grotius uertit: *Reprehendite illos, qui se ceteris praeferunt.* Sed communis lectio uidetur praeferenda esse. Sensus: *Quosdam commiseramini*, qui nempe non consulto, sed ex imbecillitate peccant. Διακρινόμενοι, i. e. διακρίνοντες. Supplendum autem μεταξὺ αὐτῶν καὶ τῶν ἄλλων. *Prudenter inter eos, aliosque discrimen facientes.* Sunt gradus peccatorum, inquit, imo et habituum uitiosorum: uos singulis, prout usus tulerit, medicinam adhibete.

23. ἕς δὲ ἐν φόβῳ σώζεται) i. e. Qui grauius autem et contumacius peccant, iniecto uindictae diuinae metu terrete. φόβος, minae. Seneca de ira II, 14. *Aliquando incutiendus est his metus, apud quos ratio non proficit.* Vel, ἐν φόβῳ σώζεται, *festinantes et trepidantes*; eorum ritu qui aliquid ex flamma rapiunt, *saluate eos.*

ἐκ τῆς πυρὸς ἀρπάζοντες) *Periculo eum eripientes*. Prouerbiale est, de ereptione rei alias certo periturae: inde per similitudinem de personis dicitur. Quintilian. VIII. ex Cic. pro Clod. *quo ex iudicio uelut ex incendio nudus effugit*. Artemidorus Oneirocrit. I, 50. Θᾶπτον, καὶ ὡς εἶπεῖν, ἐκ πυρὸς ἀρπάζουσιν. μισθῶντες — χιτῶνα) *Fugite omnem impuritatis speciem*. Locutio hyperbolica, monens quam longissime a talium hominum impuritatibus recedendum. Ira Apuleius: *Formidans, ac procul perhorrescens etiam ipsam domum eius*; ac si diceret: non tantum abhorrens conuiuium ad quod uocabatur, sed et aedes ipsas in quibus illud conuiuium faciendum erat. Athenaeus XI. ἔσχατον τὸν τῆς δόξης χιτῶνα ἐν τῷ θανάτῳ αὐτῷ ὑποδύμεθα.

24. τῷ δὲ δυναμένῳ — ἀγαλλιάσει) Ἀπταίσις, *immunes a lapsu*. Στησαι, *stipere*. Κατενώπιον τῆς δόξης αὐτῆς, *coram maiestate ipsius, uel throno suo*. Ἐν ἀγαλλιάσει, *in laetitia*.

25. μένῳ σοφῷ — αἰῶνας) Σοφῷ deest in multis codicibus et uersionibus; omittitur etiam ab Ephraemo, Euthalio et Fulgentio. Σωτήρος nomen non semper Christo, sed interdum et Deo datur, tanquam causae principi salutis nostrae, ut 1 Tim. II, 3. Tit. I, 2. III, 4. Post σωτήρι ἡμῶν codices et uersiones cum Ephraemo, Euthalio et Fulgentio addunt: διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν. Δόξα, *gloria*, sc. competit. Μεγαλωσύνη, *maiestas*. Κράτος, *im, dominium, imperium*, ut saepe in N. T.

ut et apud Iosephum et Philonem. Κράτος καὶ ἐξουσία
 ab Hesychio recte explicatur: ἐπικρατεῖ, ἐξουσιάζει. Καὶ
 νῦν καὶ εἰς πάντας τὰς αἰῶνας, i. e. sicut ea ha-
 buit ante omne tempus, sic et nunc habet, et ha-
 bebit semper.





SCHOLIA

IN

APOCALYPSIN IOANNIS.



Ioannem Apostolum Apocalypseos esse auctorem, et multi ueteres et recentiores negarunt. Historiam contro- uersae enarrare, huius loci non est. Adeat, qui uelit *Acta Historico-Ecclesiastica nostri temporis* Vol. I. p. 485. sqq. *Neueste Religions-Geschichte unter der Aufsicht Hrn. Christian Wilh. Franz Walchs*. etc. Tom. VII. p. 257. sqq. His adde Ill. Michaëlis *Introd. in L. N. F.* §. 235. sqq. et *Apologie der Apokalypse wider falschen Tadel und falsches Lob. Erster Theil.* Chemnitz 1781. Tribuunt Apostolo ex ueteribus *Irenaeus, Iustinus Martyr, Clemens Alexandrinus, Tertullianus*, aliique, quorum loca collegit Wetstenius. Sed hi fere fuerunt Chiliasmi fautores, ut ex eorum Scriptis apparet. *Eusebii* tempore di- uisae erant sententiae de libri huius auctoritate et auctore. *Hist. Eccl. L. III, c. 24.* τῆς δ' ἀποκαλύψεως ἐφ' ἐκάτερον ἔτι νῦν παρὰ τοῖς πολλοῖς περιέλεται ἡ δόξα. C. 25. de eadem Apocalypsi: τινὲς ἀθετεῖσιν ἕτεροι δὲ ἐγκρίνουσι τοῖς δημοδογμέ- νοις. *Cerinthum* esse huius libri auctorem asseruit *Caius* Presbyter Rom. Sec. II. teste *Eusebio Hist. Eccles. L.*

III, 28. Γαίος, inquit Eusebius, ταῦτα περὶ αὐτῷ (de Cerintho nempe) γράφει· Ἀλλὰ καὶ Κήρινθος ὁ δι' ἀποκαλύψων ὡς ὑπὸ ἀποστόλου μεγάλου γεγραμμένων, τερατολογίας ἡμῖν ὡς δι' ἀγγέλων αὐτῷ δεδειγμένης ψευδόμενος, ἐπεισάγει etc. Varie quidem explicatur hic Caii locus a recentioribus; sed multos ueteres in eadem fuisse opinione, Cerinthum huius libri auctorem fuisse, expressius dicit *Dionysius*, eodem referente Eusebio H. E. Lib. VII, c. 28. tot. Ipse Dionysius non plane quidem reiicit librum, sed alium Ioannem auctorem esse putat, l. c. Eusebio ipsi *Ioannes Presbyter* Auctor Apocalypseos fuisse uisus est. Nam H. E. L. III, c. 39. ex ore Papiæ refert, duos in Asia uiuissē Ioannes, unum Apostolum, Presbyterum alterum, et addit: οἰκός — τὸν δεύτερον, εἰ μὴ τις ἐθέλοι τὸν πρῶτον, τὴν ἐπ' ἐνύματος φερομένην Ἰωάννου ἀποκάλυψιν ἰσρακέναι. *Origenes* Ioannis Apostoli esse opus, non dubitauit, ut discimus ex Euseb. H. E. VI, 25. ἔγραψε δὲ καὶ τὴν ἀποκάλυψιν, κελυσθεὶς σιωπῆσαι, καὶ μὴ γράφαι τὰς τῶν ἑπτὰ βροντῶν φωνάς. *Hieronymus* c. Iouin. I. Ep. ad Dard. 129. *Quod si epistolam ad Hebraeos Latinorum consuetudo non recipit inter scripturas Canonicas: nec Graecorum quidem ecclesiae Apocalypsin Ioannis eadem libertate suscipiunt: et tamen nos utraque suscipimus.* Alia testimonia uide in libris supra citatis. Scriptorem Apocalypseos regularum Grammaticarum nullam habuisse rationem, res ipsa docet. *Wetstenius* opinatur, Ioannem dedita opera et consulto Apocalypsin ita scripsisse, et quidem ideo, ut a gentilibus nec legeretur, nec intelligeretur. Nam Imperatorum, qui tum uiuebant, et paullo post regnaturi erant, flagitia, tyrannidem, impietatem atque interitum praedicere eum uoluisse,

et omnino fuisse uerendum, ne, si apertius rem egisset, maiestatis accusaretur.

Vtrum iste liber ante euerfionem Hierosolymorum, an uero post eam fit scriptus ualde dubium est. Plerique ad ultima Domitiani tempora eum reiiciunt. Eusebius H. E. III, 18. Irenaei testimonium affert ex libro V, c. 30. Verba haec sunt: ταῦτα περὶ τοῦ Ἰωάννου φησὶν· εἶ δὲ εἶδει ἀναφανδὸν ἐν τῷ νῦν καιρῷ κηρύττεσθαι τὸ νομα αὐτοῦ, (Antichristi) δι' ἐκεῖνος αὐτῷ ἐβλήθη τὸ καὶ τὴν ἀποκάλυψιν ἐορακώτος· ἐδὲ γὰρ πρὸ πολλῶν χρόνων ἐωράθη, ἀλλὰ σχεδὸν ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς, πρὸς τῷ τέλει τῆς Δομητιανῶν ἀρχῆς. Sed, ut recte monet Wetstenius, nihil quidem cogit ἐωράθη interpretari de Apocalypsi uisa, aut cum Latino Interprete Irenaei de nomine uiso, quum commodissime de ipso Ioanne dici possit, eum sub exitum imperii Domitiani conspectum fuisse; quod et Irenaeus alibi repetit V, 33. 3. II. 22. 5. III. 3. 4. Alii statuunt, Apocalypsin ante bellum Iudaicum fuisse scriptam. Epiphanius Haer. L. I. 12. μετὰ τὴν αὐτῆ ἀπὸ τῆς Πάτμου ἐπάνοδον, τὴν ἐπὶ Κλαυδίου γενομένην Καίσαρος. 33. αὐτῆ δὲ προφητεύσαντος ἐν χρόνοις Κλαυδίου Καίσαρος ἀνώτατω, ὅτε εἰς τὴν Πάτμον νῆσον ὑπήρξε. *Inscriptio Apocalypseos in uersione Syra*: Reuelatio facta Ioanni Euangelistae a Deo in Patmo insula, in quam a Nerone Caesare relegatus erat. *Andreas* in Apoc. VI, 16. ταῦτα τινὲς εἰς τὴν ἐπὶ Ὀυεστασιανῶν πολιορκίαν ἐξέλαβον ἅπαντα — ἡμῶν δὲ φαίνεται κ. τ. λ. Haec quaestio non leuis momenti est, quum uera Apocalypseos interpretatio maximam partem inde pendeat; si enim scripta est ante bellum Iudaicum et bella ciuilia in Italia, nullo modo probabile est,

tantam rerum conuersionem, cui similis in orbe condito nulla contigit, omnino praeteriri atque negligi potuisse. Sin autem post motus illos compositos scripta est, probabilior erit eorum sententia, qui euentus in Apocalypsi praedictos in seculorum sequentium historia quaerendos esse existimant.

Quam uarie omnibus temporibus intellectus sit et expositus hic liber, omnibus satis est notum. Notandae sunt autem inprimis tres hypotheses: 1) eorum, qui nil in Apocalypsi reperiunt, nisi descriptionem propheticam euerfionis Hierosolymorum, belli Iudaici et Ciuilis Romani. 2) Veterum Patrum inde ab *Irenaei* aetate, qui praedictiones de uexationibus, quas Christiani sub imperatoribus ethnicis passi sunt, de interitu Romani Imperii, et laetioribus fati Christianorum sub christianis Imperatoribus, in hoc libro contineri existimauerunt. 3) eorum, qui Papae Romani tyrannidem et euerfionem imperii antichristici in hoc libro depingi uolunt. Inter eos, qui Pontifices Romanos in Apocalypsi reperiisse sibi uisi sunt, *Ioachimus Abbas Sec. XIII.* uidetur fuisse omnium primus. Secuti sunt eum permulti ex *S. Francisci* familia, et omnes fere ab eo tempore, qui Paparum Romanorum fauentiam experti sunt. Cf. *Cel. Io. Matthiae Schroeckhii* christliche Kirchengeschichte, Tom. II. p. 287. sqq. Inter recentissimos Apocalypseos interpretes celebratur Ven. *Herder*, qui a. 1779. sine nominis sui mentione librum edidit, cui fecit titulum: *Μαργαρίτα*. Das Buch von der Zukunft des Herrn, des neuen Testaments Siegel etc. in quo multa egregie dicta et explicata reperiuntur. In quibusdam libris inscribitur *Ἰωάννης Θεολόγος*, i. e. rerum diuina-

rum consulti. Hoc nomine uocatur a Veteribus Ioannes, quod de Diuinitate Filii nemo unquam hominum apertius aut diuinius scripserit. Sed titulus iste non ab ipso Ioanne, sed a ueteribus appositus est.

Conspectus totius Apocalypseos: Ioannes fata ecclesiae a sua aetate usque ad mundi consummationem in tabula quasi depicta Lectoribus ob oculos ponere uidetur. Thema igitur est: *Certamen Christi cum hostibus suis, et in eosdem uictoria.* 1 Cor. XV, 25. Matth. XXIV. Marc. XIII. Luc. XXI. Quae in his locis breuius dicuntur, ea in Apocalypsi repraesentantur sub uariis imaginibus, hoc plerumque ordine, ut 1.) decretum prouidentiae diuinae de eo, quod euenturum sit, declaretur; 2) quomodo hoc decretum executioni datum sit, uiuis coloribus depingatur. 3) denique laudes Dei, summi omnium rerum moderatoris in coelo celebratas esse, poëtice fingatur. Post exordium, et Epistolas ad septem Ecclesiarum in minore Asia praecipuarum Episcopos, quibus liber quasi est dedicatus (c. I. II. III.) scena uisionum aperitur in coelo, maiestatis plena, et promittitur Ioanni reuelatio rerum futurarum ad statum ecclesiae Christi pertinentium, c. IV. V. Hostes regni Christi, qui tum temporis maxime metuendi erant Christianis, et interitum minari uidebantur religioni, erant Iudaei, Ethnici, et falsi doctores. Hos omnes uincit Christus, et de iis gloriose triumphat. Primo omnium poena decernitur aduersariis et hostibus regni Christi, uel uerae religionis et conseruatio piorum Christianorum in calamitatibus illis maximis, intermixtis hymnis et plausibus coelicolarum, omniumque sanctorum hominum, c.

VI-X. Fata christianae religionis describuntur c. XI-XIV, 5. Vexantur nempe Christiani, praecipue uero doctores: a) *a Iudaeis* sed saluae manent res eorum, quin magis augmentur et crescunt, c. XI. Vexantur porro Christiani: b) *ab Ethnicis*. Verum nec hi possunt evertere regnum Christi. Non manet intra limites Iudaeae cultus religionis christianae, sed inter grauissima pericula, refragantibus idololatriis, late se diffundit in ipso Romano Imperio, et prouidentiae diuinae decreto portenditur ethnicae superstitioni graue exitium, c. XII. XIII, 1-10. Aduersantur regno Christi c) *falsi doctores et impostores uarii generis*, nomine quidem Christiani, sed reuera hostes crucis Christi, omnibus flagitiis dediti, et magis promouendae idololatriae quam uerae religioni intenti, c. XIII, 11-18. His omnibus tamen non obstantibus latius propagatur religio christiana, et pii in fide confirmantur, c. XIV, 1-5. Iam denuo poena decernitur nominis christiani hostibus, Iudaeis pariter ac Ethnicis. Praedicuntur mala, quae euenire debebant Iudaeis, antequam penitus euerteretur eorum urbs et respublica, c. XIV. XV. Praedicuntur etiam calamitates, quas durante bello Iudaeo, atque ciuili Romanorum ab Othone et Vitellio gesto, sentire debebant Romani, c. XVI, 1-16. qui ante Hierosolymorum expugnationem magnas dant poenas suae in Christianos crudelitatis, c. XVII. Iam actum est de Iudaeorum rebus, urbe eorum et respublica funditus euersa, c. XVIII. Laudibus celebrant coelicolae iustitiam et bonitatem Dei, gratulantes Christo Regi uictoriam de hostibus, et feliciorum propagationem religionis, c. XIX, 1-10. Interim res nondum est confecta. Idololatria subinde erigit

erigit caput. Sparguntur noui errores; seminantur superstitiones; sed Christus se ostendit uictorem, c. XIX, 11-21. Denique Diabolus, qui diu per falsorum Deorum cultum, errores, superstitiones et flagitia regnauerat, ui sua et potestate tantum non omni priuatur, et laetissima religionis Christianae fata succedunt, c. XX, 1. 6. Insurgunt quidem extremis mundi temporibus noui hostes, piis Christi cultoribus exitium minantes. Sed uana sine uiribus ira. Deus praesentissimo auxilio adest Suis, et omnes eorum hostes grauissimis poenis afficit, c. XX, 6-10. Sequitur iudicium extremum, u. 11-15. Puniuntur omnes mali, et poenis aeternis ita coërcentur, ut piis Dei cultoribus amplius nocere non possint. Christiani, qui in fide religionis perseuerarunt, aeternis gaudiis fruuntur, et ab omnibus calamitatibus liberi, felicissimam agunt uitam, aeternum duraturam, c. XXI. XXII,

Exordium libri, et epistolae ad septem ecclesiarum in minore Asia praecipuarum Episcopos, quibus liber est quasi dedicatus. c. I. II. III.

Caput I.

I. **Ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ** i. e. *Haec est reuelatio arcanarum rerum, facta per Iesum Christum.* Ante ἀποκάλυψις supple ἢ δε ἴσιν. Ἀποκαλύπτειν est aliquid tectum et uelatum, ablato desuper operimento ostendere, et proferre in lucem. Est igitur h. l. ἀποκάλυψις praedictio futurorum, per se incognitorum, nisi manifestentur diuino munere. ἢν ἔδωκεν — δέλοις αὐτῶ) *Quam ipsi Deus permittit patefacere seruis suis.* Δεῦκαι, hebr. יָדַן, *permittere.*

tere. *Seruis suis, i. e. Christianorum praecipuis.* 2
 δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει) Ἄ δεῖ, i. e. περὶ ὧν δεῖ. Ἐν τά-
 χει, *celeriter, breui tempore.* Ex eo concludunt nonnulli,
 uaticinia huius libri dudum esse impleta. Alii tantum de
 completionis initio accipiunt. καὶ ἐσήμανεν — Ἰωάννη)
Et significauit per angelum suum seruo suo Ioanni. Ἀπο-
 στείλας, sc. αὐτήν. Post ἐσήμανεν pone comma, et con-
 strue hoc uerbum cum τῷ δῆλον αὐτῷ Ἰωάννη. Ange-
 lum autem intellige praecipuum quendam angelorum.

2. ὃς ἐμαρτύρησε — τῷ θεῷ) *Qui docuit religionem di-
 uinam.* Μαρτυρεῖν plerumque Datium regit: at hic
 Accusatiuum, quia ponitur pro κηρύσσειν sine ἀναγγέ-
 λειν. καὶ τὴν μαρτυρίαν — εἶδε) *Et res gestas Iesu Chri-
 sti, quas uidit.* Per μαρτυρίαν metonymice intelliguntur
 res ipsae, de quibus fertur testimonium; ea quae fecit
 Christus, ut sequentia ostendunt. Post εἶδε nonnulli co-
 dices, sed iuniores, addunt: καὶ ἀτινά ἐίσι, καὶ ἃ χρὴ γε-
 νέσθαι μετὰ ταῦτα. Videntur haec uerba ex comm. 19.
 huc irrepisse.

3. μακάριος — προφητείας) i. e. ταύτης προφη-
 τείας, ut bene Vulgatus intellexit. Beatos praedicat le-
 gentes haec uaticinia, quia Christianis ubique uexatis ma-
 gnum solatium afferre poterant praesignificatae Dei ultio-
 nes in Iudaeos et Romanos. Ὅι ἀκούοντες etc. additur,
 quia liber hic non statim ad omnes erat peruenturus, sed
 qui eum nacti erant, aliis ea, quae legerant, bona fide
 erant recitaturi. καὶ τηρῶντες — ἐγγύς) Τηρῶντες, *me-
 mori animo retinentes,* ut nempe praedictiones cum
 euen-

uentibus comparent. Ὁ γὰρ καιρὸς ἐγγύς, ut u. i. ἐν τάχει.

4. Ἰωάννης — Ἀσία) Ἰωάννης, sc. ἐπιπέλλει ταῦτα.

In Asia proprie sic dicta. Ista septem ecclesiae infra nominantur. χάρις — δ ἐρχόμενος) Articulus τῆ post ἀπὸ

deest in nonnullis codicibus, sed omnino supplendus est,

et pertinet ad complexum eorum quae sequuntur, ut si

quis dicat: ἀπὸ τῆ δόματος δ ὢν etc. Nam qui est, qui

erat, et qui uenturus est, explicatio est nominis tetra-

grammati, quod uocant Iod, He, Vau, He. Quum id in-

declinabile sit, non mirum si eius interpretamentum etiam

indeclinabile. Maimonides More Neuchim: Scito no-

men Dei effusum esse super τὸ ipse fuit, est, et erit.

καὶ ἀπὸ τῶν — θρόνῳ αὐτῆ) Πνεύματα sine dubio hic sunt

angeli. Septem autem angelos esse, qui ministrant coram

Deo, uetus est Iudaeorum opinio. Formant nempe He-

braei aulam Dei ad magnificentissimam aulam Persarum

Regis, cui septem principes adstabant. Tob. XII, 15.

Εγὼ εἶμι Ῥαφαήλ, εἷς ἐκ τῶν ἐπτὰ ἀγίων ἀγγέλων, οἱ

προσαναφέρουσιν τὰς προσευχὰς τῶν ἀγίων, καὶ εἰσκο-

ρῶνται ἐνώπιον τῆς δόξης τῆ ἀγίας. Targum Jonathan in

Gen. XI, 7. Dixit Deus septem angelis, qui stant coram

illo: uenite nunc. Pirke Elieser 4. et VII. angeli, qui

creati sunt primi, ministrant coram eo extra uelum, quod

uocatur paragauda. Plura loca habet Wetstenius. Quo-

modo Spiritus sanctus hic possit intelligi, quum expresse

septem Spiritus nominentur, equidem non uideo. Nec

Spiritus S. coram throno Dei esse, dici potest, quod est

ministorum. Qui tamen argumenta pro hac interpretatio-

ne nosse uelit, inueniet apud Ven. *Moldenhauerum* in h. l. Repugnare quidem uidetur, quod Ioannes ecclesiis precatur salutem a septem spiritibus, quum a Deo solo petenda sit salus. Sed commode intelligi potest locus de ministerio angelorum, quo Deus uti solet ad impertienda uarii generis bona hominibus piis. Non multum differt *Grotii* expositio, qui denotari existimat septem illa uelut membra prouidentiae diuinae, quae nominantur infra c. V, 12. et VII, 12. Nam angeli ex opinione Iudaeorum sunt ministri prouidentiae diuinae.

5. καὶ ἀπὸ Ἰησοῦ — αἵματι αὐτοῦ) Ante δὲ μάρτυς nonnulli suppleunt δὲ ἔστι· *qui est fidus ille testis*. Sed frequens est in hoc libro appositio, casu obliquo et recto. Dicitur autem Christus ὁ μάρτυς ὁ πιστός, quia in omnibus, quae Dei nomine ad nos pertulit, dignissimus est cui credatur. Ὁ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, i. e. *qui mortuorum primus resuscitatus est ad uitam immortalem*. Vide I Cor. XV, 20. Col. I, 18. et ibi dicta. Ὁ ἀρχὼν τῶν βασιλείων τῆς γῆς, *princeps regum terrenorum*, cuius tanta est potentia, ut omnes, qui uobis aduersantur, ubi uolet, sit destructurus, aut sibi subiecturus. Τῷ ἀγαπῶντι (alii legunt ἀγαπήσαντι) ἡμᾶς. Nouus hic incipit sensus, et connectuntur Datiui hi cum eo quod sequitur: αὐτῷ ἡ δόξα. Λύσαντι — αἵματι αὐτοῦ, *qui purgavit nos a peccatis nostris morte sua cruenta*.

6. καὶ ἐποίησεν — πατρὶ αὐτοῦ) Copula cum uerbo hic est loco Participii; recta enim locutio fuerat ποιήσαντι. Βασιλεῖς, uel ut alii rectius legunt βασιλείαν, quod ipsum tamen positum est pro βασιλεῖς, sicut ἱεράτευμα pro

pro *λεπίς*, I Pet. II, 5. 9. *Reges* sunt Christiani ob uictoriam de carnis illecebris, maledicorum conuitiis, persecutorum calumniis et odiis etc. *Sacerdotes*, quia Deo offerunt corpus purum, preces sanctas, opera pietatis et misericordiae. Illud καὶ ante πατρὶ est ἐξηγητικόν, ut in multis aliis locis. αὐτῶ ἢ δόξα — ἀμήν) Eadem uerba I Pet. IV, 11. Est autem hoc *Amen* et affirmantis et approbantis.

7. ἔρχεται μετὰ τῶν νεφελῶν) Eximie in ultimo aduentu Christus in nubibus aderit. Plerique autem interpretes hic intelligunt ultionem, quam Christus de incredulis Iudaeis et Romanis sumsit; quia ex nubibus sunt tonitrua, fulmina, grandines. καὶ ᾄεται — ἐξεκέντησαν) Ultima uerba desumpta sunt ex Zach. XII, 10. De uarietate lectionis uide S. V. *Dathii* notas criticas ad hunc Prophetiae locum. Talia dicta, ut monet *Grotius*, uarie usurpantur; quia aut erant prouerbialia, antequam prophetae eponerent, aut ex prophetarum scriptis facta sunt prouerbialia. Hic intelligendi uidentur in genere omnes ii, qui Christum et ecclesiam eius omnibus modis uexarunt. καὶ κόψονται — τῆς γῆς) Ἐκ' αὐτῶν, i. e. propter mala ipsi et ecclesiae eius illata. Ἐκ', *propter*, hebr. יָלַץ. Φυλακίαι saepe de populis usurpatur, ut Gen. XXVIII, 14. Ps. LXXII, 17. ubi in Hebraeo אֲיָלָא. καὶ, ἀμήν) *Certe, omnino ita eueniet.* Ioannes non tantum certissime haec euentura esse praedicit, sed et approbat futura Dei iudicia. Idem significant καὶ et ἀμήν. Sed placuit uti utroque sermone, quia haec tangunt et Iudaeos et gentes.

8. ἐγὼ εἰμι — καὶ τέλος) Verba ἀρχῆ, καὶ τέλος omittuntur in codicibus nonnullis, uersionibus et Patribus. Τὸ Α καὶ τὸ Ω, i. e. *ante me non fuit alius Deus, et post me non erit ullus*. Est locutio a Rabbinis desumpta, qui dicunt *תו ועד קצת*, *ab initio ad finem*. Ioannes eam locutionem aptauit ad Alphabetum graecum, quia ipse graece scribebat. ὁ παντοκράτωρ) Non sine causa hoc additum. Nam hominibus euenit, ut promissa non impleant, aut per inconstantiam, aut per impotentiam. Quare utrumque a Deo remouendum fuit.

9. συκοινωνῶς — Ἰησοῦ Χριστοῦ) Haec intelligenda uidentur κατ' ὑπερολογίαν, et ita eadem suberit sententia, quae 2 Tim. II, 12. εἰ ὑπομένομεν καὶ συμβασιλεύσομεν. Βασιλεία hic significat spem ualidam illud regnum adipiscendi. Ἐπιμονὴ Ἰησοῦ Χριστοῦ, *patientia ob Iesum Christum*. ἐγενόμην — Πάτμῳ) Ἐγενόμην ἐν τῇ νῆσῳ, *delatus sum in insulam*, ut γενέσθαι ἐν Ῥώμῃ, *peruenire Romam*, 2 Tim. I, 17. *Patmus* est insula in mari Aegeo, una ex Sporadibus, hodie Palmosa. *Tournefortius* itin. Tom. II. p. 143. *Patmos* insula nonnisi XVIII. M. P. in circuitu habet; — distat a *Co* insula LX. M. P. — non multum supra trecentos incolas habet. Deportatio in insulas frequens poena eo tempore. Electae autem ad hoc plerumque insulae exiguae et prope desertae, qualis *Seriphus* et *Gyaros* apud *Iuuenalem* et *Tacitum*. διὰ τὸν — Ἰησοῦ Χριστοῦ) Τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ nonnulli eodem sensu accipiunt, quo initio Euangelii Ioannis occurrit. Alii intelligunt doctrinam diuinam. Μαρτυρία Ἰησοῦ Χριστοῦ, *doctrina Christiana*.

ΙΟ. ἐγενόμην — ἡμέρα) Ἐγενόμην ἐν πνεύματι idem est quod Act. X, ΙΟ. ἐπέπεσεν ἐπ' ἐμὸς ἑκκασίς. Κυριακὴν ἡμέραν Christiani uocant eam diem, quae Iudaeis dicitur μία σαββάτων, ob resurrectionem Domini, quae ea die contigerat; qua die conuentus Christianos solitos fieri, et Pauli Epistolae nos docent, et Iustinus Apologetico II. ubi Graecorum more diem eum Solis nominat. καὶ ἡκισα — λεγέσης) Ἠκισα, nempe ἐν πνεύματι, ut modo dixerat. Non extiterunt hae imagines in rerum natura, sed animo tantum eius repraesentatae fuerunt. Ὅπισω μὲ respicit locum Ies. XXX, 21. Magis improuisa sunt, quae a tergo obueniunt.

ΙΙ. ὃ βλέπεις — ἐκκλησίαις ταῖς ἐν Ἀσίᾳ) Verba ταῖς ἐν Ἀσίᾳ, defunt in plurimis codicibus et uersionibus. Ὁ βλέπεις, i. e. quod iam uidebis et audies. Est enim Praesens pro futuro proximo; et uidere pro quouis sensu. Καὶ πέμψον, nempe huius uisi descriptionem; neque enim ad cetera huius libri hoc pertinet. Diuersa uisa diuersis temporibus Ioanni obtigere, ut et prophetis aliis. εἰς Ἐφεσον — Λαοδικεῖαν) Sunt hae urbes nobilissimae Ioniae, Lydiae, Aeolidos, Cariae, et eodem ordine enumerantur, quo ex Patmo insula adiri debebant, ut notat Wetstenius ad h. 1.

12. καὶ ἐπέσρεψα — μετ' ἐμῶ) Ἐπέσρεψα (εἰς τὸ) βλέπειν, Respexi, ut cognoscerem; nam uerba sensuum apud Hebraeos saepe permutantur. Vel per metonymiam uocem nominat, quum ipsum, qui loquebatur, intelligi uellet. Recte autem respexisse se dicit, quia a tergo uox sonabat. καὶ ἐπιτρέψας — χρυσᾶς) Ab hoc commate plera-

que omnia, quae sequuntur, sunt hieroglyphica, quod genus docendi antiquis temporibus ualde usitatum. Plutarchus de garrul. *οἱ δὲ συμβολικῶς ἄνευ φωνῆς ἃ δεῖ φράζοντες, εἰ ἐπαινῶνται, καὶ θαυμάζονται διαφερόντως*; *Clemens Alex. Strom.* p. 409. edit. Sylb. καὶ Ἀιγύπτιοι πρὸ τῶν ἱερῶν τὰς σφίγγας ἰδρύνονται, ὡς ἀνιγματοῶδες τὸ περὶ θεῶν λόγος καὶ ἀσαφὲς ὄντος. pag. 413. Ἀληθῆς μὲν καὶ βίωμας σύμβολον αὐτοῖς (Aegyptiis) ὁ λέων — ἀληθῆς τε μετὰ συνέσεως, ἢ σφίγγ᾽ τὸ μὲν σῶμα πᾶν λέοντος, τὸ πρόσωπον δὲ ἀνθρώπου ἔχουσα. Septem candelabra sunt imago septem ecclesiarum Asiaticarum, ut ipse Ioannes infra u. 20. explicat. Aurum immunitatem ab omni rubigine significat, ut Philo explicat libro *Quis rerum diuin. haer.* pag. 510. E. Describuntur itaque hic ecclesiae, quales esse debent.

13. καὶ ἐν μέσῳ — ἀνθρώπου) Forma, quae Christo h. 1. tribuitur, est Symbolum potentiae eius summae et maiestatis. Huius imaginis partes singulae respiciunt septem epistolas, quae c. II. III. continentur. Ὁμοίον εἶπῃ ἀνθρώπου, *similem homini*; nam εἶδὲ ἀνθρώπου, *homo*, ut Dan. VII, 13. Dicitur autem Christus uersari in medio candelabrorum, quia adest ecclesiis, sicut et de Deo ἐμπεριπατεῖν usurpat Moses, *Leuit. XXVI, 12.* ἐνδεδυμένον ποδήρη) Sc. χιτῶνα, uel ἐσθῆτα. Glossae: *Talaris tunica, ποδήρης χιτῶν.* Describitur Christus habitu Pontificis Maximi, cuius uestes recenset Ioseph. Ant. III, 7. 4. καὶ περιεζωσμένον — χρυσῆν) Pontificis Maximi balteus siue zona erat aurea, ut Iosephus l. c. docet. Erat etiam *regum*, balteos gestare aureos, *Hiob. XII, 18.*

14. ἡ δὲ κεφαλὴ — ὡς χιῶν) Auctor ad Herennium 1. 4. *Corpore niueum candorem, aspectu igneum ardorem assequabatur.* Cidaris S. Pontificis erat alba. Ceterum nihil peculiare significare uidentur hae et sequentes descriptiones, nisi augustam formam. καὶ δι' ὀφθαλμοῦ — πυρός) Symbolum summae grauitatis, et in impios seueritatis. Lucretius: *Et ex oculis micat acribus ignis.* Sueton. Aug. 79. *Oculos habuit claros ac nitidos, quibus etiam existimari uoluit inesse quiddam diuini uigoris; gaudebatque, si quis sibi acrius contuenti, quasi ad fulgorem Solis, uultum submitteret.* Statius Sylu. I. 1. 103. *Tua si dereas imitantia flammis lumina contemto mallet Rhodos aspera Phoebo.*

15. καὶ δι' πόδες — χαλκολίβανον) Inest in hac imagine Symbolum potentiae Christi, cui nihil resistere potest, cui omnes hostes conculcat. Suidas: χαλκολίβανον εἶδος ἡλεκτρικῆς, τιμιώτερον χρυσοῦ. Aufonius in Technopaeg. apud *Salmasium* exerc. p. 810. ὁ λίβανος ἔχει τρία εἶδη δὲ δένδρων, καὶ ὁ μὲν ἄρβην ὀνομάζεται χαλκολίβανος, ἡλεκτριδὴς καὶ πυρρός, ἤγρου ξυθός. *Eusebius* in Od. δ. ἡλεκτρος δὲ ἴσως μὲν καὶ ἕλη τις κατὰ τὰς πολλὰς, χαλκώδης ἰδιαιτάτη παρὰ τὸν ἀπλῶς χαλκόν, μάλιστα δὲ μίγμα τι χρυσοῦ καὶ ἀργύρου. ὡς ἐν καμίῳ πεπυρωμένοι) Significatur aes et sua natura praestans, et praeterea igne purgatum. καὶ ἡ φωνή — πολλῶν) Sic de Cherubinis Ezech. I, 24. et de maiestate diuina c. XLIII, 2. Sicut tubae, ita maris clangentis ingens est sonus. Etiam hoc pertinet ad descriptionem maiestatis Iesu.

16. καὶ ἔχων — ἑπτὰ) Quum homines in dextra gemmas et annulos gestare soleant, ille, qui Ioanni apparuit in uisione, septem stellas in dextra habuit. His septem stellis autem denotari septem ecclesiarum episcopos, ex u. 20. patet. Significatur per id, bonos episcopos atque doctores in magno apud Christum esse pretio, et ab eo sollicitè custodiri. καὶ ἔκ — ἐκπορευομένη) Gladio acuto significatur efficacia doctrinae Christi, penetrantis intima, neque actiones tantum, sed et cogitata bona maleque discernentis. καὶ ἡ ὄψις — δυνάμει αὐτοῦ) *Tota facies eius ita splendebat, sicut sol, quum splendet maxime.* Ἐν τῇ δυνάμει αὐτοῦ, i. e. *quum medius, rapidus et flagrans est*, ut Gellius loquitur.

17. ἔπεσον — νεκρῶς) Prae metu. Idem Apostolis euenit, Matth. XVII, 6. ἐγὼ εἶμι — ἔσχατος) Ὁ πρῶτος dicitur h. l. Christus, quia est *summus dignitate*, postquam ad dextram Dei euecto omnis potestas in coelo, terra et inferis data est. Ἐσχατος, i. e. *contemptissimus hominum*, nimirum irrisus, uerberatus, flagris caesus, adductus supplicio, et quidem seruii.

18. καὶ ὁ ζῶν — τῶν ἀιώνων) Ὁ ζῶν, i. e. ὁ ζωοποιῶν, quo sensu ζῶν ponitur et Io. VI, 51. Ἐγενόμην, νεκρῶς, et ipse tamen mortem reuera subii. Hoc ideo dicitur, ut sciatur is esse, qui misereri aliorum possit, Hebr. IV, 15. Id uero maxime pertinebat ad demendum Ioanni metum illum ex maiestate Christi susceptum. καὶ ἔχω — τῆ θανάτου) i. e. habeo ius summum uitae et necis. *Targum Hieros. in Genes. XXX, 22. Quatuor sunt clauae, quae in manu Dei repositae sunt, et quas neque Angelo neque*

neque Seraphino committit, nempe clavis pluuiæ, clavis cibationis, clavis sepulcrorum, et clavis mulieris sterilis. Multa similia loca ex Rabbinis habet *Wetstenius*. Clavis imperium potestatemque significat. Θάνατος est mors; ἄδης status post mortem. Sensus itaque est: Mihi imperium in mortuos et mortem competit.

19. γράψον — μετὰ ταῦτα) Ἄ εἶδες, uisionem u. II —

16. Καὶ ἃ εἶσι, nempe statum ecclesiarum septem Asiaticarum. Καὶ ἃ μέλλει γίνεσθαι μετὰ ταῦτα, quæ futura sunt, et scribentur c. IV. et deinceps.

20. τὸ μυήριον — τὰς χρυσαῖς) Τὸ μυήριον, שררם, explicatio allegorica, mystica, uel arcana emblematum uiforum significatio. Τὰς ἑπτὰ λυχνίας τὰς χρυσαῖς, breuiter, pro τὸ μυήριον τῶν ἑπτὰ λυχνιῶν, ἴσ. ἐστὶ τῆτο. ἑπτὰ — ἐκκλησιῶν εἶσι) Summi Sacerdotes dicti ἄγγελοις, (nuntii) Hebraeis, quia et Dei mandata ad populum, et preces populi ad Deum deferrent angelorum instar. Hoc loquendi genus ab Hebraeis uenit ad Aegyptios, qui et ipsi τὸν ἀρχιερέα dixere ἄγγελον. Summis sacerdotibus templi respondent in ecclesia Christiana principes presbyteri, οἱ προσεσῶτες apud Iustinum, qui κατ' ἐξοχήν dicti episcopi.

Caput II.

Epistola ad episcopum ecclesiae Ephesinae, u. I — 7.

I. Τῷ ἀγγέλω — γράψον) Hunc quidam Timotheum fuisse putant; Grotius alium aliquem gente Iudaeum. τὰδε

λέγει — χρυσῶν) Respicitur ad formam filii homi-

nis, supra c. I, 13. descriptam. Vt pontifex curat candelabrum, ita ego ecclesiam, illamque intime perspetam habeo.

2. *ἴδα* — *ὑπομονήν σε*) *Τὰ ἔργα σε*, te nempe esse bonum. *τὸν κόπον καὶ τὴν ὑπομονήν σε*, per Hendyadin, pro: *τὴν ἐν τῷ κόπῳ ὑπομονήν*, laborum, et quidem grauium, quales episcopis incumbere solent, patientiam. *καὶ ὅτι* — *κακῶς*) i. e. *Quod aegre sustines malos*. Saepe non posse quis dicitur, quod ab ingenio eius abhorret. *καὶ ἐπίρασας* — *ἕκ ἐίσι*) *Et explorasti eos, qui dicunt, se Apostolos esse, quum non sint*. Dicebant, se per Christi reuelationem factos Apostolos, sed falso; quod explorare, non erat cuiusuis.

3. *καὶ ὑπομονήν ἔχεις καὶ ἐβάσασας* — *ἐκοπίσας*) Pro *ὑπομονήν ἔχεις καὶ ἐβάσασας* alii habent: *ἐβάσασας, καὶ ὑπομονήν ἔχεις, καὶ etc.* sicuti etiam *κεκοπίσας, καὶ ἕκ κέκμησας* pro *καὶ ἕκ ἐκοπίσας*. Ἵπομονή, nempe in aduersis. *Διὰ τὸ ὄνομα μὲ*, mea de caussa. *Κοπιᾶν* h. l. gem est quod *de lassari, lassum fieri*. Eleganter opponuntur: *ἕ δύνη βασάσαι* — et *ἐβάσασας* ἴδα τὸν κόπον σε, et *ἕκ ἐκοπίσας*. Ferre potes molestias propter Christum et molestias: et non potes ferre pseudapostolos. Noui laborem tuum, in ferendis malis: non tamen despondes animum neque fatiscis. Ita uox *κλίνης* comm. 22. ambigue sumitur, pro lecto adulterae et pro lecto aegrotantis.

4. *ἀλλ' ἔχω* — *ἀφῆκας*) Ἐχω κατὰ σε, *habeo aliquid, quod de te querar*. *τὴν ἀγάπην σε τὴν πρώτην ἀφῆκας,*

ἀφῆκας, multum remisisti de prima illa cura circa pauperes, uel potius de amore erga me. Τὴν πρώτην, i. e. illam adeo feruentem. Solet enim acribus animis cum tempore lassitudo quaedam obrepere.

5. μνημόνευε ἔν, πόθεν πέπτωκας) Vel ut alii habent, ἐκ πέπτωκας. Memor esto, quantum in prioris pietatis studio de uiribus remisieris. Cicero ad Attic. IV, 16. Non recordor, unde ceciderim: sed unde resurrexerim. ἐρχομαί σοι — μετανοήσης) Ἐρχομαι ταχὺ καὶ κινήσω nihil aliud est, quam ταχὺ κινήσω, loco mouebo. Sensus est: Te de sede tua deturbabo, et ab officio remouebo; uel: ab ecclesia, cui praees, simili morbo laborante, nisi resipuerit, uerbum meum auferam. Christus, dominus templi candelabrum remouit; quod hodiernus eius loci status docet.

6. ἀλλὰ τῆτο — μισῶ) Nicolaitas nomen habuisse ab uno primorum diaconorum, Nicolao, cuius fit mentio Act. VI, 5. constans fuit ueterum opinio. Eusebius Hist. Eccl. L. III, c. 29. refert, Nicolaum accusatum ζηλοτυπίας, quod pulcrum haberet uxorem, in contrarium cucurrisse, et eandem suam uxorem obtulisse matrimonio iungendam cui uellet. Hoc uero exemplo alios ad libidines excusandas et promiscuam Venerem exercendam fuisse abusos. Wetstenio Nicolai nomen uidetur graece positum pro Hebraeo Bileam, quo designatur falsus doctor, qui in clerum Domini dominatur, et spurcas uoluptates sectatur, populumque decipit. Haec sententia a uerisimili non abhorret. Cf. u. 14.

7. ὁ ἔχων — τῆς ἐκκλησίας) ὁ ἔχων ἕς, ἀκυσάτω, est formula attentionem excitantis, saepe in sermonibus Iesu occurrens. *Audiat ille, cui est cura cognoscere, sed animo quantum potest erecto et attento.* Τὸ πνεῦμα h. i. est diuinum uisum, uel Spiritus S. per Ioannem, ut contextus docet. Λέγει, i. e. iubet dici ecclesiis, nempe Ephesinae et aliis, quae sub Ephesini episcopi cura erant. τῶν νικῶντι — τῶν θειῶν με) i. e. *Qui se ipsum uicerit, et propter Christum uexari potius quam uoluptatibus seruire maluerit, ille aeternum beatus uiuet.* Ἐκ τῆς ξύλου ζωῆς, ex arbore uitae; nam ξύλον Hellenistae ponunt pro ὕμνῳ, arbore. Est autem arbor uitae, quae uitam praestat, nempe iucundam, longam, aeternam. Ἐν μέσῳ τῆς παραδείσου, uel ut alii simpliciter legunt, ἐν τῶν παραδείσῳ τῶν θειῶν, i. e. in coelo. De uoce παραδείσῳ confer Luc. XXIII, 43.

8. καὶ τῶν ἀγγέλῳ τῆς ἐν Σμύρνῃ ἐκκλησίας) Alii habent ἐκκλησίας Σμυρναίων, eodem sensu. Sequitur epistola ad episcopum ecclesiae Smyrnenfis, u. 8 — 11. Episcopum Smyrnensem tum Polycarpum fuisse, multi putant; alii alium quem eo priorem. τὰδε λέγει — ἔζησεν) Ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, ut supra I, 17. *qui quum summae esset dignitatis, summam ignominiam pertulit.* Hoc eo pertinet, ne Smyrnae episcopus ignominiam defugiat. Ὁς ἐγένετο νεκρὸς καὶ ἔζησεν, i. e. ἀνέζησεν. Hoc eo pertinet, ne idem episcopus mortis metu ab officio abduceretur, sed certus esset, sicut Christus reuixit, sic et se reuicturum. Smyrnenfes praecipue colebant Aesculapium, Apollinis filium, qui et mortuos excitasset, et ipse fulmine

mine percussus in uitam rediisset. Ouid. Metam. XV. 533. de Hippolyto: Nec nisi Apollineae ualido medicamine prolis reddita uita.

9. ὁῖδα — ἀλλὰ πλείσις ἔι) Σὺ τὰ ἔργα, diligentiam in obeundo munere. Τὴν πτωχείαν, paupertatem. Aegre habebat ille episcopus, unde uiueret, ideo quod Smyrnae qui essent Christiani, essent pauperes. Ἀλλὰ πλείσις ἔι, per parenthesin legendum, quasi dicat: *quum tamen diues sis*, nempe pietate et ἀνταρμεία, 1 Tim. VI, 6. 18. καὶ τὴν βλασφημίαν — τῷ Σατανᾷ) Βλασφημίαν, *meledicta grauißima*. Iudaeos illos dicit nomine, non re, (quia Deum in Christo patefactum non agnoscebant,) alludens ad originem uocis, plane ut Paulus Rom. II, 28. Vocant se συναγωγὴν τοῦ Κυρίου, ἡ ἡ' ἡγ, Num. XXXI, 16. sed re ipsa sunt Satanae synagoga, quia eum imitantur, tum calumniando bonos, tum eorum uitae insidiando. Pari de causa eos ex diabolo patre esse dixit Christus, Io. VIII, 44. Acta Martyris Pionii docent, ecclesiam Smyrnae a Iudaeis fuisse uexatam, et Epist. eccles. Smyrnenfis de martyrio *Polycarpi* apud Euseb. Hist. Eccl. IV. 15.

10. μηδὲν φοβῆ — ἵνα πειρασθῆτε) Μηδὲν φοβῆ etc. non metue, etiamsi maiora ingruant. Diabolum dicit facturum, quod facturi erant pagani magistratus, diabolo et Iudaeis instigantibus. Ἐξ ὑμῶν, sc. τινὰς. Vexabuntur nonnulli ex uobis non tantum a tumultuante plebe, sed ipsa iudicis sententia. Ἴνα πειρασθῆτε, ut magis quam antea periculum fiat constantiae. καὶ ἔξετε θλίβιν ἡμερῶν δέκα) Breuis erit afflictio uestra. Terent. Adelph. V. 1. 36. *decem dierum uix mihi est familia*. Est consolatio

ex breuitate temporis. Θλίψιν hic captiuitatem intellige; quod clarum ex praecedentibus. γίνε πειθς — τῆς ζωῆς) Πιϑδν hic ἐν πειρασμοῖς intellige, et periculis ob nominis Christi professionem emerfuris. Ἄχρι θανάτου plurimi interpretes exponunt: *persta ad finem usque uitae*, ex Matth. X, 22. XXIV, 13. Pricaeus autem: *Sis fidelis, etiamsi mors intentetur tibi*. Minucius in Octauio: *Ingenium singulorum (Deus) periculis pensitat, ad usque extremam mortem uoluntatem hominis sciscitatur*. *Corona uitae*, est honor regius in uita illa aeterna. Cf. Iac. I, 12.

II. δ ἔχων — τῆ δευτέρῃ) Vide supra u. 7. Ὁ νικῶν, qui nec paupertate, nec carcere, nec grauiorum metu se uinci patietur. Ὅυ μὴ ἀδικηθῆ, *ei non nocet* etc. nam qui iniuriam patiuntur, iis nocetur. *Mortis secundae* mentio saepe fit apud Chaldaeum Paraphrasten et Rabbinos. *Targum Hierosf.* in Deut. XXXIII, 6. *Viuat Ruben in hoc seculo, et non moriatur morte secunda, qua moriuntur impii in mundo futuro*. Multa loca alia similia collegit *Wetstenius*. Damnationem aeternam esse intelligendam, facile patet. *Mors* enim est calamitas. *Mors* corporis est miseriae genus; qui autem damnantur, illi aliud genus miseriae, et quidem grauiissimum experiuntur.

12. καὶ τῷ ἀγγέλω — τὴν δεξιάν) Pergamus fuit regia Attalidarum. De gladio acutissimo cf. I, 16. Describitur Christus tanquam is, qui omnium, etiam intimorum in homine exactissimam facit dissectionem, et omnia rimatur. Imago desumpta esse uidetur ex historia Bileami, cui

cui angelus cum gladio ancipiti restitit. Num. XXII — XXV. Multo potentior isto angelo est Christus.

13. ὅπου ὁ θρόνος τοῦ σατανᾶ) i. e. in loco adeo idolis feacente, ut ibi sedem suam praecipuam uideatur Satanas posuisse. Andreas Caesariensis ad h. l. de ciuitate ista: Κατειδωλον ὑπὲρ τῆν Ἀσίαν πᾶσαν. Regnauit ibi Satanas inprimis in idolo *Aesculapii*. Tacitus Annal. III, 63. apud Pergamum *Aesculapii* compertum *asylum*. De Caracalla *Herodianus* IV, 4. 8. ἠπέχθη εἰς Πέργαμον τῆς Ἀσίας, χρησασθαι βυλόμενος θεραπειαις τοῦ Ἀσκληπιῦ. καὶ κρατεῖς τὸ ὄνομά μου) i. e. Quaquam in praecipua paganicae superstitionis sede habitas, tamen retinuisti professionem Christianam. Ὀνομα Χριστοῦ est professio doctrinae a Christo traditae. Κρατεῖν, *retinere*. καὶ ἐκ ἡγήσω — κατοικῶ) Variat lectio etiam in hoc commate. Quomocunque legas, sensus erit: Ἐν ταῖς ἡμέραις Ἀντίπα, ὃς Ἀντίπας ὁ μάρτυς μου, ὁ πιστός μου ἀπεκτάνθη. In seris Graecorum menologiis dicitur hic Antipas passus sub Domitiano. Dicitur etiam in bouem coniectus aeneum; quale tamen supplicium ignotum est Romanis legibus, quae et Pergami ualebant. Grotius suspicatur, Antipam hunc fuisse interfectum a plebe commota per sacerdotes *Aesculapii*, qualis mortis pericula saepe adiit Paulus. Ἀρνεῖσθαι πρὸς τιν εἶναι est, aut uerbis aut factis negare, se esse Christianum.

14. ὅτι ἔχεις — τῶν υἱῶν Ἰσραὴλ) Βαλᾶκ, regem Moabitarum, Num. XXII. et sequentibus. Id uero, quod narratur Num. XXV. factum esse ex Balaami consilio, ex traditione

traditione semper apud Hebraeos constitit. Cf. 2 Petr. II, 15. et Iudae u. II. Βαλεῖν σκάνδαλον ἐνώπιον τῶν δειῶν Ἰσραήλ, i. e. perniciem struere Israelitis, Deum ipsis faciendo iratum. Φαγεῖν — πορεύσαι) Israelitae illi non tantum ederant de immolatis, sed et Diis Midianitarum cultum exhibuerant. Verum satis hic habuit Christus id dicere, quod illi Israelitae cum falsis doctoribus, eorumque affectis habebant commune. Ceterum Bileam est Symbolum falsorum doctorum.

15. ἕτως ἔχεις — ὁμοίως) Illud ὁμοίως in plerisque editis libris ad comma sequens, in manuscriptis multis autem ad praecedens refertur, ut sit πλεονασμὸς ἢ ἕτως et ὁμοίως.

16. μετανόησον) ἕν addunt nonnulli codices. Μετανόησον, i. e. noli posthac tam remissius esse. Vtere acribus remediis, ut in graui periculo. ἔρχομαι — εὐματὸς με) Ἐρχομαί σοι ταχύ, eadem locutio, quae supra u. 5. Pergameni erant bellicosi. Diogenes Laërt. Arcefilao IV. 30. Πέργαμος ἔχ' ὄπλους κλεινὴ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἵπποις. At Christus multo fortior (comm. 12.) puniet malos; uti Bileamus angeli gladio fuit coërcitus, et uti tum ipse, tum consilium eius secuti et Iudaei et Midianitae gladio perierunt.

17. τῷ νικῶντι — κερυμμένῳ) Si abstineritis ab idolothytis et libis, dabo uobis mannam. Quum Bileamum et Israelitas in deserto ipsius consilium sequentes, falsis doctoribus eorumque sequacibus comparasset; manet iam in eadem translatione, et per Mannam in deserto exhibitam significat felicitatem uitae alterius. Statuunt autem Iudaei,
arcam

arcam cum urna, quae mannam continebat, imminente urbis expugnatione per Nebucadnezare[m] absconditam, et tempore demum Messiae reperiendam esse. *Tanchuma* p. 83. 2. Haec est una ex tribus rebus, quas Elias Israëlitis restituet, nempe *urnam Mannae*, Vasculum olei unctionis, et vasculum aquae. Quidam addunt etiam uirgam Aaronis. ψῆφου — γεγραμμένον) Tesseræ dari solita iis, qui in certaminibus euaserant uictores. *Pindarus Olymp. VII. 159.* ἐν Μεγάρῃσιν τ' ἔχ' ἕτερον λιθίνα ψᾶφος ἔχει λόγον. Schol. κατὰ τὰ Μέγαρα ἔθος ἐστὶ τῶν νικηφόρων τὰ ἐνόματα λίθοις ἐγκολάπτεισθαι. Hesychius: λευκὴ ψῆφος, παροιμία ἐπὶ τῶν εὐδαιμόνων — ζώτων. Ὀνομα καινόν, i. e. *nomen eximium et praeclarum.* Intelligunt plurimi nomen filiorum Dei. ὁ ἕδεις — ὁ λαμβάνων) Id nomen quanti fit, nemo scit, nisi qui id experitur. Cf. I Io. III, 1.

18. καὶ τῷ ἀγγέλῳ — γράψου) Est *Thyatira* urbs modo Mysiae, modo Lydiae attributa. *Alogi*, Epiphanio teste, deridebant mentionem factam Thyatirenae ecclesiae, quod Ioannis tempore nulla esset ecclesia Thyatirae. Ad quod respondet Grotius, fuisse ecclesiam, sed ex Iudaeis, non ex gentibus. Fuisse ecclesiam Thyatirae tum temporis, euicit etiam *Ferdinandus Stofsch* in Antiquitatibus Thyatirenis. ὁ ἔχων — χαλκολιβάνῳ) Respicitur ad c. I, 14. 15. *Oculi similes flammis* denotare uidentur et perspicaciam et seueritatem Christi iudicis. *Pedes orichalco* similes significare uidentur eiusdem potentiam, quae potentissimos etiam hostes conculcat. *Imagines desumptae sunt ex Achabi et Isabelis historia, 2 Reg. IX. X.*

19. διδάσκει — τῶν πρώτων) Τὰ ἔργα, facta laudabilia. Τὴν διακονίαν, benefacta in pauperes, quomodo haec uox sumitur 2 Cor. IX, 11. 12. 13. Τὴν ὑπομονήν σκ, in aduersis ferendis constantiam. Πλείονα, *meliora, praestantiora*. Episcopum Thyatirenum non modo non fatiscere dicit longo labore ac malis, sed et in dies proficere in melius.

20. ὅτι ἀφεῖς — Ἰεζαβήλ) Imagines desumptae ex historia Achabi et Iezabelis, 2 Reg. IX. X. Ἀφεῖς, pro quo alii habent ἑᾶς, per incuriam positum esse uidetur pro ἀφῆς. *Iezabel* per Antanaclasin est talis mulier, quae turpia et impia facta illius reginae imitatur, et comparatur falsa Gnosticorum uel huius generis hominum doctrina seductioni Iezabelis, quemadmodum in epistola superiore eadem doctrinae Bileami fuerat comparata. ἡ λέγουσα ἑαυτὴν προφητιῶν) Casus rectus pro obliquo, quod Ioanni perquam familiare. Alii habent τὴν λέγουσαν. *Epiphanius* Prophetidos nomine notari ait mulieres, opinione uaticinationis deceptas et alias decipientes, et praedictionem istam esse de Priscilla ac Maximilla atque Quintilla, Prophetissis Montanistarum, temporibus Imperii Antonini Pii. Sed falsus est Epiphanius; nam Ioannis aetate uixisse istas mulieres, facile patet. καὶ διδάσκει — φαγεῖν) Διδάσκει καὶ πλανᾷ, i. e. ἡ διδάσκουσα πλανᾷ. Docet nimirum, quasi prophético Spiritu; nam alioqui foeminis docere non permittebatur. *Idolothytis* uescebantur *Marcionitae, Valentiniani, Basiliiani, Saturniniani*, teste *Iustino M. c. Tryphonem*.

22. βάλλω αὐτήν — ἔργων αὐτῆς) Ἐἰς κλίνην, non in amoris sed in aegrotantium et infirmorum lectum. Ἐὰν μὴ μετανοήσωσιν ἐκ τῶν ἔργων αὐτῆς, i. e. nisi abstineant ab adulteriis cum ea. Alii pro αὐτῆς legunt αὐτῶν.

23. καὶ τὰ τέκνα — θανάτῳ) Adulterinam eius sobolem interficiam; faciam ut ea moriatur morte uiolenta. Etiam haec imago, sicut pleraque alia in hac Epistola, desumpta ex historia Achabi et Iesabelis, 2 Reg. X, 1. 10. 11. καὶ γνώσονται — ἔργα ὑμῶν) Πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι, quae nempe sunt in Lydia, Mysia, et locis uicinis. Νεφρῆς καὶ καρδίας, desideria et cogitata. Per renes enim intelliguntur affectus, desideria, ut et Pf. CXXXIX, 13. Prou. XXIII, 16. Καρδία, cogitata.

24. ὑμῶν — Θυατείροις) Τοῖς λοιποῖς, nempe bonis. Duo enim Thyatirensium genera designat Christus. Ἰσοί — διδαχὴν ταύτην) Qui non adhaerent isti doctrinae, nempe pseudopphetidos. Ἐχεῖν idem quod supra κρατεῖν, adhaerere doctrinae. Ἰτινες — λέγεσιν) Gnostici mysteria sua uocabant profunda Dei, et profunda Bythi. Irenaeus II. 38. 39. Putabant, se perspicere, quod non perspicerent alii, adiaphora esse scortari et uesci immolatiis. At Christus dicit esse τὰ βαθέα τῶ Σατανᾶ, solertia Satanae consilia. ἔβαλῶ — βάρος) Βάρος, praeceptum, et quidem obseruatu non adeo facile. Τῶν νόμων βάρος habet Plato de Legibus XI. Potest uero etiam βάρος esse afflictio, poena. Tum sensus esset: *Alienum peccatum uobis non imputabo.*

25. πλὴν — ἀν ἡξω) ὁ ἔχεται, nempe doctrinam neram, quam bene percepistis, et uitae puritatem. *ΑΧΡΙΣ ἔ ἀν ἡξω, nempe ad iudicium.

26. καὶ ὁ νικῶν — τῶν ἐθνῶν) ὁ νικῶν qui mala illa dogmata spernet. Nam intelligendum est hoc Participium pro re quaque subiecta. Τὰ ἔργα μου, i. e. praecepta mea, per metonymiam. Dabo ipse potestatem super gentes, i. e. regnabit mecum in altera uita. Iesabel regno et uita priuabitur; qui uero mihi obediunt, regnabunt.

27. καὶ ποιμανεῖ — σιδηρῶ) Ex translatione LXX. Pf. II, 9. qui non legerunt ut Masoretæ **סִדְרָה**, confringes eos, sed **סִדְרָה** pascet eos, i. e. reges. Nam pascere significat regere; unde reges uocantur ποιμένες λαῶν, pastores populorum. Ἐν βᾶβδφ σιδηρῶ, sceptro ferreo, i. e. imperio duro et firmo. ὡς — συντριβεται) Alii habent συντριβήσεται. Ita eos tractabit, quomodo uasa fictilia frangi solent, sine spe restitutionis, Ierem. XIX, 10. 11. Argilla, dum in manu est figuli, fingitur et refingitur facile. Non idem in fictili fracto. Verba sunt ex Pf. II, 9.

28. ὡς — πατρός μου) Illi a me imperandi potestatem accipient, sicut ego a patre accepi. Illud ὡς aliquam similitudinem, non paritatem significat. καὶ δώσω — πρωϊνόν) Lux gaudii et felicitatis ei exorietur. Cf. 2 Pet. I, 19. Haecenus, inquit Christus, stella quaedam, quae noctu conspicitur, uobis luxit, c. I, 20. sed nunc maior effulgebit lux, ipse lucifer diei praenuntius, ego ipse. Infra XXII, 16.

Caput III.

I. **T**ῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Σάρδεσιν ἐκκλησίας) *Sardes*, Croesi olim Regia, urbs celebris, aër uero infalubris. τὰδε λέγει — ἀσέρας) De septem Spiritibus uide supra I, 4. et de septem stellis ibid. u. 20. Ἰδὲ σε — νεκρὸς εἶ) Ἰδὲ σε τὰ ἔργα, scio qualis sis. Locutio media; at hic, ut ex sequentibus patet, in partem sequiorem prolata. Ὄνομα ἔχεις ὅτι ζῆς, καὶ νεκρὸς εἶ, i. e. Nomine tantum et externa specie uideris Christianus esse, reuera non es. *Caesar* ad milites suos apud Dionem Historicum: ὄνομα Ῥωμαίων ἔχοντες, ἔργα δὲ Κελτῶν ὄντες.

2. γίνε — ἀποθανεῖν) Γίνε γρηγορῶν, attende tibi et ecclesiae cui praees. Στήριξον τὰ λοιπὰ ἃ μέλλει ἀποθανεῖν. Ceteros, qui nondum mortui in peccatis, sed Christiano nomine digni sunt, confirma, ne et ipsi moriantur. Ἔ γὰρ — ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ μὴ) i. e. Scio, te in obeundo munere non ita diligentem esse, ut gratus Deo esse possis. Πεπληρωμένα, *integra, sincera*.

3. μνημόνευε — μετανόησον) Πῶς ἔιληφας καὶ ἤκουσας, i. e. ἀκούων ἔιληφας, qualem doctrinam ab Apostolis acceperis. Λαμβάνειν aut παραλαμβάνειν, קבל aut לבק, de doctrina saepe dici solet. Τήρει, obserua ista omnia, quae edoctus es. Μετανοήσον, *poenitentiam age de illis, quorum tibi es conscius*. εἶν ἔν — ἦξω ἐπὶ σε) *Venire* Christus dicitur, et quum ad iudicium uniuersale ueniet, et tunc quum quemque ex hac uita abducit. Et sicut furis comparatio ultimo iudicio aptatur, ita et morti

improuisae, et aliis iudiciis improuis. ποίαν ὥραν pro κατὰ ποίαν ὥραν, uel ποία ὥρα.

4. ἀλλ' ἔχεις — ἱμάτια αὐτῶν) Ὀνόματα, *personae*, ut Aëtior. I, 15. Τὰ ἱμάτια, *Vestēs*, h. l. comparantur *conscientiae*. Sic fere Apuleius pudorem esse tanquam uestem dixit, et quanto obsoletior sit, tanto incuriosius haberi. Similitudo desumpta a Sardianis, qui unguentorum studiosi, inquinabant uestes unguento. *Athenaeus* XV. Conscientia, animi uestis, polluitur criminibus, pura seruetur per innocentiam et sanctitatem uitae. καὶ περιπατήσασσι — ἀξιοί ἐσιν) Ἐν λευκοῖς, sc. ἱματίοις. *Artemidor.* II, 3. τὸς ἀποθανόντας ἐν λευκοῖς ἔθος ἐκφέρειν. Vestitus candidus olim habitus erat nobilium; unde Candidati uocantur. Proprie igitur significatur, tales apud Christum in maximo futuros esse honore. Ἀξιοί ἐσιν, sc. μετ' ἐμῆ περιπατεῖν. Digni sunt autem, quia in tanta malorum multitudine puros se seruauerunt.

5. καὶ ἐ μὴ — τῆς ζωῆς) i. e. *Iuribus et priuilegiis ciuium coelestium semper fructur*. Similitudo sumpta a more ciuitatum, apud quas ciues inscribebantur albo, et ex eo eradebantur, si facti essent ἄτιμοι. Est autem hic λιτότης. Nam ἐ μὴ ἐξαλείψω dicitur pro: *diligenter asseruabo*.

7. ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ Δαβὶδ) i. e. *Cui administratio et cura regni Dauidici commissa est*. Vide Ies. XXII, 22. Sicut Eliacimus in aula Hiskiae dicitur habuisse clauem domus Dauidis, ita Christus in Ecclesia Dei. Is *Eliacimus* fuit, ut Constantinopolitani loquebantur, Κεροπαλάτης Hiskiae

κλαε, cuius functionis insigne erat clavis intexta epomidi. δ ανοίγων, καὶ κλείει) Locutio plane Hebraea, pro qua Graeci dicerent: ὁ ανοίγωντος ἐδέει κλείει. Nemo eius iussis audet contradicere, aut contra ea facere. Omnia ei parent.

8. Ἰδὲ σε — κλείσαι αὐτήν) Σε τὰ ἔργα, i. e. laborem tuum in propagando Euangelio. Ἐνώπιον σε, pro σοι. Ianuam intellige occasionem libere annunciandi Euangelii, ut I Cor. XVI, 9. Ἦν ἐδέει δύναται κλείσαι αὐτήν, est iterum Hebraismus. Sensus: Nemo illam libertatem praedicandi impedire poterit. ὅτι μικρὰν ἔχεις δύναμιν) Modicam nunc habes ecclesiam. Δύναμις, ΝῆϚ, exercitus, deinde uero quaeuis multitudo. Philadelphia parua erat urbs, nec comparanda Epheso. καὶ ἐτήρησας — ἡκουά μς) i. e. tamen perstitisti in obseruandis praeceptis meis, nec dissimulasti te esse Christianum.

9. Ἰδὲ, δίδωμι — ἡγάπησά σε) Cf. supra II, 9. ποιήσω αὐτῶς, idem est quod δίδωμι. Post multa uerba interposita solet repeti aut uox quae praecessit, aut alia similis. Ποιήσω ἵνα ἡξωσι, faciam uenire. Καὶ προσκυνήσωσιν ἐνώπιον τῶν ποδῶν σε, i. e. ut Christiani fiant, et tum tibi, ut episcopo, honorem exhibeant, constituti in locis inferioribus. Προσκυνεῖν, ad pedes prosterni, per κατάχρησιν quaecunque honoris signum exhibere. Καὶ γνώσιν, ὅτι ἡγάπησά σε, tunc agnoscent, quanti te fecerim, qui te, tanquam instrumento electo, uti uoluerim ad eorum conuersionem.

10. ὅτι — τῆς ὑπομονῆς μς) Quia obseruasti praeceptum meum de patientia. Duplex Genitiuus, alter causae

efficientis, alter materiae. Sensus est: in multis aduersis patiens fuisti ex praecepto meo. καὶ γὰρ σε — ἐπὶ τῆς γῆς) Ἡ ὥρα τῆ πειρασμῶ, *tempus persecutionis et calamitatum*. Nam ὥρα est quoduis tempus, quamuis fatis longum; et in uoce πειρασμῶ est Metonymia, quia omnis grauis persecutio affert tentationem. Ὀικυμένη et γῆ hic significant terras Romani Imperii. Πειρασμὸς autem hic est persecutio sub Nerone.

II. ἔρχομαι — σέφανόν σε) Ἐρχομαι ταχὺ, nempe cum mercede mea. Κράτει δ' ἔχεις, retine fidem tuam et professionem. Vide ne metu deficias. Ἴνα μηδεὶς λάβῃ τὸν σέφανόν σε, *ne quis auferat (eripiat) coronam tuam*. Λαμβάνειν h. l. *auferre*; simplex pro composito. Στέφανος autem est *honor perseverantiae*, uel etiam *praemium uitae aeternae*,

12. δ' νικῶν — τῆ θείῃ μῆ) Hebraismus, pro: τὸν νικῶντα ποιήσω. Voce εὐλας respici nonnulli putant duas illas columnas, quae erant in fronte templi Salomonis, et ob firmitatem uocabantur *Iachin* et *Booz*, 1 Reg. VII, 15. 2 Paralip. III, 15. 16. 17. Alii imaginem desumptam esse existimant ex Ies. XXII, 17-25. ubi Propheta Elia-kimum, regium ministrum, eiusque dignitatem comparat clauo; in quo suspendi deberent omnes nobiles familiae eius, propagines et posterii, omnia uasa parua, a uasis craterum usque ad uasa lagenarum. Quo tropo significatur, eum et regno et domui patriae insigni fore ornamento. Innui igitur uidetur nostro loco insignis et perpetuo duraturus honor et magnum praemium in regno illo glorioso Christi in coelis. καὶ γράψω — τὸ καινὸν)

Continua-

Continuatur imago. In columnis fiebant inscriptiones. Sic etiam perseueranti tribuentur uaria honoris insignia. Inscribentur ipsi quasi nomina Dei, Regis summi, urbis coelestis totiusque regni, et Christi, i. e. magna ipsi auctoritas tradetur. Inscribitur ei *nomen Dei*; quod est Symbolum, frui eum peculiari fauore Dei. Inscribitur etiam nomen *nouae Hierosolymae*, quia huius urbis ciuis est.

14. καὶ τῷ ἀγγέλῳ — κτίσεως τῆ Θεῶ) Laodicea est urbs Phrygiae magnae ad Lycum amnem, ubi ante Pauli eo aduentum ecclesia aliqua erat ex Iudaeis dispersis. Ὁ ἀμὴν, uerax ille. Forte breuiter dictum pro Θεός ἀμὴν, i. e. ἸΩΝ ἸΩΝ, ut Deus uocatur apud Iesaiam prophetam. Ad sequentia uerba cf. supra I, 5. Ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τῆ Θεῶ, *dominus creaturarum Dei*; nam ἡ ἀρχὴ uidetur positum pro ὁ ἀρχων, *dominus*.

15. οἶδά σε — ἔτε ζεσθς) *Nec frigidus nec calidus*, i. e. δίψυχος, ut Iac. I, 8. Seneca, non dissimili argumento, *nec aegrotare nec ualere* dixit, Lib. de tranquill. animi c. 1. Habent illa uerba speciem prouerbialem. Idem Seneca Epist. 69. *Hoc est, inquis, nec frigidum, nec calidum pati.* ὄφελον — ζεσθς) Non optat simpliciter eum frigidum esse, sed exprimit hoc loquendi genere, quantum auerfetur fluctuationem eius. Sic fere Epictetus c. 36. ἔνα σε δεῖ ἄνθρωπον, ἢ ἀγαθόν, ἢ κακὸν εἶναι.

16. μέλλω — εἰματῶς με) i. e. apud me nullo loco eris. Tepida euomere consueuimus; unde ad uomitum ciendum quidam aqua tepida utuntur. Describuntur ho-

mines Pharisaeis similes, quos Christus fere magis auerfatur quam manifeste malos.

17. ὅτι λέγεις — χρεῖαν ἔχω) Est gradatio. Multum est, diuitem esse; plus uero, quum diues sis, adhuc locupletari; maximum uero, nullius plane rei indigere. Tales sibi uidentur Hypocritae, Pharisaico fastu inflati. καὶ ἐκ ὄιδας — γυμνός) Ὁυκ ὄιδας, formula periculis suis indormientes miserantis. Nescis, te ita esse infelicem, ut omnium misericordiam commouere debeas. Πτωχός, egens rerum ad salutem necessariarum. Τυφλός, non uidens, quam sis miser. Γυμνός, carens omni uera uirtute, quae uestitus est et ornatus Christianorum.

18. συμβαλέω σοι — ἵνα βλέπῃς) Συμβαλέω σοι, *consulo tibi*. Poterat imperare; sed mauult suadentis personam sumere, quia id, quod dicturus est, isti episcopo et eius similibus est utilissimum. Χρυσίου πεπυρωμένον ἐκ πυρός, *aurum igne exploratum aut examinatum*. Est pleonasmus; nam πεπυρωμένον, quod per ignem excoctum est. Sic ἄργυρος πεπυρωμένος, *argumentum igne excoctum*, Prou. X, 21. ubi codex Hebraeus habet *argentum lectum*. Suadet, ut sibi compareret res ad salutem necessarias. Paupertati nempe opponitur aurum probatum; nuditati opponuntur uestimenta alba; coecitati κολλύριον, *collyrium*, quod est medicamentum oculorum.

19. ἐγὼ ὄσες — παιδεύω) Ὅσες ἐὰν φιλήω, i. e. quos non plane ob diuturna peccata abiicere constitui. Dicitur enim hic φιλεῖν non absolute, sed comparate, at alibi μισεῖν. Ἐλέγγω καὶ παιδεύω, reprehendo uerbis, castigo

castigo uerberibus. Sumta uerba ex Prou, III, 12. ζήλωσον — μετανόησον) Ζήλωσον, incalcesce tu tepide: nam ardens amor ζήλος dicitur. Μετανόησον, ex amore in me uitam corrige.

20. ἰδοὺ, ἔρχεται — κρέω) Qui ianuam pulsabat noctu, simul clamabat, ut audita uoce agnoscerent, et citius aperirent. Ita ego, inquit Christus, eis fauorem meum ultro offero. Illorum erat officium, me quaerere atque audire; at, quia tepidi sunt, ego illos quaero omnibus modis, stans, pulsans, clamans. εἰάν τις — μετ' ἐμοῦ) i. e. suauissima familiaritate utemur. Magnus honos regem habere conuiuam.

21. ὁ νικῶν — θρόνῳ αὐτοῦ) Ὁ νικῶν, κτυπῶ, eadem locutio, quae supra u. 17. Δώσω αὐτῷ καθίσαι κ. τ. λ. i. e. *tecum regnare*, 2 Tim. II, 12. Post ἐνίκησεν supple τὸν κόσμον, ut Io. XVI, 33. de se ipse Christus loquitur.

Caput IV.

I. **M**ετὰ ταῦτα — ἐν τῷ ἔβανῳ) In epistolis ad septem ecclesias statum earum praesentem descripsit Ioannes; nunc incipit Prophetia de futuris. Scena aperitur in coelo, quod imaginem gerit palatii regii uel templi, Ies. VI, 1. et describitur maiestas Dei, qui omnia creauit, comm. II. et omnia sapientissime gubernat. Genus dicendi est poëticum, Prophetis peculiare. Ergo haec non sunt intelligenda proprie, quasi ita gesta essent, ut uates narrat; sed prophético, i. e. poëtico sermone describuntur, et quasi ob oculos pinguntur decreta Dei. Ex mente etiam

Iudaeorum omnia quae in terris euentura sunt, in coelo coram confessu angelorum prius manifestantur, atque repraesentantur. *Schir Haschirim* R. f. 93. *Non facit Deus quicquam, nisi antea de eo consultarit cum familia superiori.* καὶ ἡ φωνὴ — μετὰ ταῦτα) Ἡ φωνὴ πρώτη etc uox illa sonora, quam in primo uiso audieram supra I, 10-12. i. e. uox Christi plena imperii. λέγσασα, sc. ἡ. Alii habent λέγων. Ἀνάβα ὦδε, sc. cogitatione et mente, ut ex sequentibus patet.

2. καὶ ἐυθέως — πνεύματι) Non igitur corpore in coelum ascendit, sed mente et ecstasi. καὶ ἰδὲ — καθήμενος) Θρόνος ἔκειτο, *folium erat positum*, nempe Dei Patris, ut apparet infra 5. V, 7. Sic et Iesaias c. VI, 1. Deum in folio uidet, nempe paratum ad iudicia exercenda. *Κεῖσθαι*, idem quod *poni*. Καὶ ἐπὶ τῷ θρόνῳ καθήμενος, Deus Pater, regis specie. Ideo folium illud uocatur Hebraeis כנף כסא, folium regale. Nemo facile sibi persuaferit, uisibili specie Deum confedissee in throno; Deus enim est incorporeus. Non ergo inhaerendum est imaginibus et picturis, sed respiciendae sunt res et ueritates sub his figuris latentes. Hoc bene tenendum est in tota Apocalypsi explicanda.

3. καὶ ὁ καθήμενος — σαρδίῳ) Vel potius, ut alii habent, σαρδίῳ. Sardinus lapis, qui et Sardius, ab Hebraeis סרדא dicitur a rubore, nullo carneolus. Ἰάσπιδά uocant Graeci interpretes Exod. XXVIII, 18. gemmam, quae Hebraeis סהל, ita dictam, quod ictibus resistat. Inest descriptio maiestatis diuinae, imaginibus magnificentissimis repraesentatae. Dei maiestas omnium regum splendorem

dorem

dorem longissime superat. Similis imago est Ezech. I, 26. sqq. καὶ ἵρις — σμαραγδίνῳ) Inter uarios iridis colores praecipuus est uiror. Viror autem smaragdi suauissimus. Nullius coloris adspectus iucundior, ait Plinius in smaragdi laudibus. Iis autem uetustissimum Symbolum fauoris diuini. Gen. IX. 13 - 17. Cf. Ezech. I, 28. Visum igitur describitur maiestatis et gratiae plenum. Potentissimus et maximus est Deus; sed idem etiam benignissimus et optimus.

4. καὶ κοκλόθειν — σεφάνους χρυσοῦς) Frustra quaeritur, quinam sint 24. illi Presbyteri? Inest nempe imago, qua significatur, maximo frui honore eos, qui uirtute et meritis eminuerint. Imago desumpta a uiginti quatuor ordinibus et capitibus sacerdotum a Dauide constitutis, 1 Chron. XXIV. Presbyteri illorum ordinum sedebant iudices in templo; his comparantur praecipui et optimi ex Christianis. Sedent tanquam Presbyteri circa Dei solium, afflores quasi coelestis illius Synedrii. Sacerdotibus et Regibus saepe comparantur sancti homines et Christiani, Exod. XIX, 5. 6. Deut. VII, 6. 1 Petr. II, 9. *Albae uestes et aureae coronae* sunt insignia dignitatis sacerdotalis et regiae.

5. καὶ ἐκ τοῦ θρόνου — φωναί) *Tonitrua et uoces* h. l. non differre uidentur; nam et hebraicum הַיָּר, et φωνή saepe est tonitru. Thronus Dei comparatur cum nube, ex qua fulgura et tonitrua exeunt. Pertinet ad descriptionem maiestatis diuinae. Sic etiam Prophetae solium Dei in nubibus describere solent, Ps. L, 3. XCVII, 1 - 6. Cf. Exod. XIX, 16. καὶ ἑπτὰ — τῶ θυσί) Ἐισι, i. e.

significant. Simillimus locus extat Zachar. IV, 10. ubi *septem lucernae* et infusoria significant oculos Iouae totam terram peruadentes, i. e. Dei prouidentiam totum mundum regentem et gubernantem. Nec aliud hic significari exillimo. Omnia quasi oculis eius patent, omnia, quae sunt et fiunt in orbe terrarum et in uniuerso mundo.

6. 7. καὶ ἐνώπιον — κρυζάλλω) Etiam hoc ad descriptionem maiestatis diuinae pertinet. Cf. Exod. XXIV, 10. Ezech. I, 22. *Cholin* f. 89. I. R. Meir: Hyacinthinus color similis est mari; et mare refert speciem coeli; coelum autem habet formam throni gloriae. S. D. Exod. XXIV, 10. καὶ ἐν μέσῳ — πετωμένῳ) Ἐν μέσῳ τῆς θρόνου καὶ κύκλῳ τῆς θρόνου, est *intus et a tergo*, ut com. 8. κυκλόθεν καὶ ἔσωθεν. Confer hic angustam descriptionem maiestatis diuinae perquam similem huic notatione Ezech. I, 5 - 17. Omnia in regno Dei immenso uitae et motus sunt plena. Nihil mortuum, nihil uacuum in rerum natura. Symbola sunt nobilissimae creaturarum nobis in his terris cognitarum, leo, taurus, homo, aquila. *Midrasch Thehillim* CIII, 19. Dixit R. Abin nomine R. Abhu: Quatuor sunt, qui principatum in hoc mundo tenent. Inter omnes *homo*, inter aues *aquila*, inter pecora *bos*, inter bestias *leo*. Quilibet horum regnum habet et magnificentiam quandam, ponuntur autem sub throno maiestatis diuinae S. D. Ezech. II, 19. Hoc uero cur factum est? Vt nullam ex illis se efferat in mundo, sed sciant, Regnum Dei dominari in omnia (super illos esse.)

8. καὶ τέσσαρα — ὀφθαλμῶν) Ies. VI, 2. 3. Ezech. I. Indicatur omnia plena esse uitae, motus, ut comm. 7. Nam *alae* et *oculi* sunt Symbola motus et uitae. Oculus quasi fons uitae, et lumen uiuum animi. Varie legitur hic uersus, sensu haud diuerso. καὶ ἀνάπαυσιν — ὁ ἐρχόμενος) Ies. VI. Omnes creaturae suo modo celebrant laudes creatoris, et sunt totidem quasi uoces, perpetuo clamantes, Deum esse potentissimum, optimum, sapientissimum, omnique uenerationis cultu dignissimum.

9. καὶ ὅταν δώσωσι — τῶν αἰώνων) Δώσωσι, Fut. pro quouis tempore, more hebraeo. *Dare gloriam, honorem* etc. est laudibus extollere magnitudinem Dei. Ἐυχαιρία, *gratiarum actio*, תְּהִלָּה.

10. πεσῶνται — τῷ θρόνῳ) Πεσῶνται, προσκυνήσωσι, βαλῶσι iterum pro quouis tempore. De uiginti quatuor Presbyteris uide dicta supra ad com. 4. *Procidere in terram* et προσκυνεῖν summa sunt honoris signa. *Proiiciunt coronas*, nimirum sic testantes, se quicquid habent dignitatis, a Deo accepisse. Tacitus Annal. XV, 2. 9. *Placuit Tiridatem ponere apud effigiem Caesaris in signe regium; nec nisi manu Neronis resumere*. Omnium creaturarum in his terris laudes resonant quasi in coelis, et a beatis approbantur. Creaturae ratione carentes eanunt quasi laudes summi omnium rerum creatoris uolatu, uoce et motu; sed nobiliores creaturae, coelicolae laudant Deum cum intelligentia, sensu amoris etc.

11. ἄξιός — ἐκτίσθησαν) Δύναμιν, *robur*, i. e. *firmam* ac *solidam laudem*, הגבורה uel הכֹּחַ uel certe הַעֲזָרָה.

Propter

Propter uoluntatem tuam, למען רצונך. Nisi enim Deus uoluisset, nihil esset eorum quae sunt. Omnia, quae existunt, per eum et ex eius uoluntate sunt, durantque.

Caput V.

I. **K**αὶ εἶδον — σφραγίσαι ἐπ'αὐτὸ) Significatur hac imagine, fata hominum et regnorum soli Deo esse nota, eumque solum posse reuelare quantum uelit. Liber fatorum est in manu Dei, scriptus *intus et foris*. Erant ueterum libri ad morem cylindri conuolubiles, plerumque intus tantum scribebantur, et inuolucro quodam forinsecus tegebantur. Erant autem alii libri ἐπισφραγίσαι etiam scripti, quales episthographos Plinio auunculus reliquerat, Epist. III, 5. Librum describit Ioannes septem sigillis obfirmatum, ex septem constantem membranis circa bacillum conuolutis, quarum singulae seorsim erant obfirmatae, ita quidem, ut septem sigilla iuxta infimam bacilli partem conspici possent. Huius libri ea erat ratio, ut post solutionem cuiusuis sigilli alia membrana reuolui et explicari posset. Symbolice hoc libro diuina prouidentia, uel decreta et consilia Dei arcana significantur. Erat liber ex utraque parte scriptus, quia contenta eius erant plurima; obfirmatus, quia arcana in eo erant scripta. Similes imagines uide Deut. XXXII, 34. Exod. XXXII, 32. Ps. CXXXIX, 16.

2. 3. καὶ εἶδον — ὅδ' ἐβλέπευ αὐτὸ) Ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον, i. e. *arcana Dei consilia de rebus futuris patefacere*. Βλέπειν, cognoscere, intelligere, quae in libro scripta

scripta erant. Ἄξιός, idoneus, Ἀνοῖξαι καὶ λῦσαι, i. e. ἀνοῖξαι λυσάμενον. Similiter ἀνοῖξαι καὶ βλέπειν pro ἀνοιξάμενον βλέπειν. Futura contingentia, fata regnorum, et insignes rerum mutationes omnibus angelis et hominibus sunt occulta et obscura, nisi Deus reuelauerit.

4. καὶ ἐγὼ ἔκλαιον — βλέπειν αὐτὸ) Fleuit Ioannes, quia maximi momenti uidebantur scripta in hoc libro. Est gradatio: nec aperire quis poterat, nec legere, imo nec introspicere.

5. καὶ εἰς — σφραγίδας αὐτῶ) *Vnus Presbyterorum.* Vid. c. IV, 4. Μὴ κλαῖτε, noli ita dolere. Habebis quod optas. Ἐνίκησεν, i. e. obtinuit id, quod tu desperatum putabas. Vnus potest introspicere quasi librum factorum, et reuelare futura, *Christus* nempe, qui hic uocatur ὁ λέων, ὁ ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα, ex Gen. XLIX, 9. 10. propter quae uerba Iacobi Leo fuit semper in uexillo Iudae. Ἡ βίβλα Δαβὶδ, per metonymiam furculus ex radice Dauidis, ut Ies. XI, 1. Ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον καὶ τὰς ἑπτὰ σφραγίδας αὐτῶ. Est σύλληψις. Nam ἀνοῖξαι proprie de paginis dicitur, de figillis λῦσαι, quod hic post βιβλίον, καὶ addunt multi codices cum uersionibus et patribus haud paucis. Sensus est, Christum et posse et uelle reuelare arcana Dei consilia. Significantur autem hic decreta Dei pertinentia ad Iudaeos et Christianos, quae Christus summatim praedixit Matth. XXIV. Luc. XXI. hic uero multo explicatius.

6. καὶ ἰδὲ — εἰς πᾶσαν τὴν γῆν) *Agnus, cornua, oculi,* sunt mera Symbola, quibus singulis aliquid eorum, quae

quae Christus fecit, aut facturus est, repraesentatur. Ergo non est probanda nec imitanda peccatorum mala fedulitas, Christum in forma agni sic pingendi. Ἀρνίον ἐσηκιδος, ὡς ἐσφαγμένον, i. e. cruore manans et uulnera ostentans. Io. I, 29. 36. 1 Io. I, 7. Κέρατα ἑπτὰ, ingentes uires ad domandos hostes, nam cornu est symbolum roboris et potentiae. Καὶ ὁφθαλμοὶς — εἰς πᾶσαν τὴν γῆν. Vide supra c. IV, 5. Quot modis Deus semper usus est in gubernando uniuerso, totidem modis Christus utitur in gubernanda, tuenda, uindicanda ecclesia. Ipse etiam, sicuti Pater, est potentissimus, et utitur septem spiritibus, ministris diuinae prouidentiae, pro lubitu.

7. καὶ ἦλθε — τῷ θρόνῳ) *Sumfit librum e dextra sedentis in throno*; nam omnia accepit a Patre. Ergo et ipsi omnia Dei consilia patent, et ius habet ea patefaciendi quibus uult.

8. καὶ ὅτε ἔλαβε — τῶν ἀγίων) "Ὅτε ἔλαβε τὸ βιβλίον, nempe ut referaret, quod sequitur c. VI. 1. Τὰ τέσσαρα ζῶα, c. IV. 6. Ἔπεσον ἐνώπιον τῷ ἀρνίῳ, ut nempe honorem ei exhiberent. Significatur, omnia parere debere nutui Christi, eiusque mandatis. Omnia ei subiecta sunt, 1 Cor. XV, 27. Singulari autem modo uenerantur eum sancti eius cultores et beati in coelis. Hi enim habent citharas etc. Κιθάρας, instrumenta musica, a prophetis et regibus, quin etiam Leuitis in templo Hierosolymitano usurpata. Symbolum gratiarum actionis et laudis. Καὶ φιάλας χρυσᾶς, γεμέσας θυμιαμάτων, pateras, in quibus erant thus et suffimenta alia. Erat autem sacerdotum V. T. quotidie adolere thymiamata in
taber-

tabernaculo Mosaico. "Αἱ εἰσὶν αἱ προσευχαὶ τῶν ἀγίων, i. e. Symbolum precum, uel potius exauditio- nis earum; cf. infra c. VIII, 3. 4. ubi thymiamata ab angelis data precibus sanctorum, sunt signa beneuolentiae diuinae.

9. καὶ ᾄδουσιν — καὶ ἔθνης) *Canticum nouum*, i. e. *eximium*, de rebus magnis et beneficiis Christi. Pf. XCVI, 1. CXLIV, 9. Ief. XLII, 10. "Ἄξιός ἐστι — σφραγίδας αὐτοῦ, dignus, qui noris et patefacias Dei arcana. "Ὅτι ἐσφάγης, i. e. temet cruentae morti obtulisti, ut hominibus prodesse. Καὶ ἠγάρασας τῷ Θεῷ ἡμᾶς, i. e. εἰς τὸ λατρεύειν τῷ Θεῷ. *Nos* quum dicit, Christianos intelligit omnium locorum et temporum, quos Christus a peccatis liberauit, magno impendio, sc. uitae suae. Omnes fatentur, et agnoscunt, Christum, propter summa in humanum genus merita, dignissimum esse eo, quo nunc fruitur honore, et imperio a Patre sibi concessio. Phil. II, 9. 10. 11.

10. καὶ ἐποίησας ἐπὶ τῆς γῆς) Transfit sermo a prima plurali ad tertiam; non male, quia et de se loquuntur et de aliis. Βασιλεὺς καὶ ἱερεὺς, titulus saepe Christianis datus, e. g. 1 Petr. II, 5. 9. Καὶ βασιλεύσασιν ἐπὶ τῆς γῆς, i. e. ἵνα βασιλεύωσιν. In terra regnare dicuntur Christiani, forsitan ea de causa, quia omnium hominum sunt optimi, uel, quod magis placet, quia religio christiana, deuictis hostibus longe lateque in toto terrarum orbe diffundetur. Vide infra c. XX.

11. καὶ ἔιδον — χιλιάδων) Consentiant angeli in laudes, quibus Christiani et hominum optimi praedicant
maie-

maiestatem et gloriam Christi. Μυριάδες μυριάδων, millies centena millia. Χιλιάδες χιλιάδων, millia millium. Indicatur numerus ingens et infinitus. Dan. VII, 10. Pl. LXVIII, 18.

12. λέγοντες — εὐλογίαν) Approbat angelorum cohors, quae Apostoli et Presbyteri praedicant. Λέγοντες recte refertur ad μυριάδες κατὰ τὸ σημαίνόμενον. Δύναμιν, *potentiam*, ἡ ἰσχύς. Ἐυλογία, i. e. *laudem*. Sic *benedicimus Deo*, quum laudamus eum. Septem laudum nomina respondent septem spiritibus.

13. καὶ πᾶν — ἡκίσα λέγοντας) Est *προσωποποιία*, qua sermo attribuitur inanimis aut mutis rebus, ut ostendantur illa omnia parere non Deo tantum, sed et Christo et eius gloriae inferuire, Phil. II, 9. 10. Hebr. I, 6.

14. καὶ τὰ τέσσαρα — αἰώνων) Λέγοντα τὸ Ἄμην, approbantes nempe id, quod angeli quidem uerbis, mundus autem totus reipsa fatebatur. Καὶ οἱ πρεσβύτεροι ἔπεσον καὶ προσεκύνησαν, *honorem exhibuere*, non Deo tantum, ut supra IV, 10. sed et Christo.

Caput VI.

Decernitur poena hostibus regni Christi, et aduersariis religionis christianae, quorum primi erant Iudaei. Horum calamitates, et Christianorum inter illas calamitates conseruatio sub uariis imaginibus describuntur atque ueluti ob oculos ponuntur. c. VI - XI.

I. Καὶ εἶδον — σφραγίδων) Μίαν, i. e. *primum*, ut ex sequentibus apparet. Praedicatur bellum Iudaicum eo ordine quo

quo praedixit Christus Matth. XXIV. tam accurate, ut Ioannes in tabula quasi depinxisse uideatur ea quae Christus breuiter tantum et magis propriis uerbis praedixit. Ioseph. Prol. B. τῶν γὰρ Ἰουδαίων πρὸς Ῥωμαίους πόλεμος μέγιστος ἔστι μόνον τῶν καθ' ἡμᾶς, σχεδὸν δὲ καὶ ὧν ἀποῆ παρειλήφμεν, ἢ πόλεμον πρὸς πόλεις, ἢ ἐθνῶν ἔθνεσι συμμεγέντων. καὶ ἤκουσθε — βλέπετε) Ἐν δὲς, i. e. πρώτῃ, quia sequitur δευτέρῃ, τρίτῃ, τετάρτῃ, quomodo iam et μίαν habuimus. Vox tanquam tonitru est uox magna et sonora.

2. ἵππος λευκός — νικῆση) Similis imago Zachar. VI, 1-6. Omnia symbola quae hoc commate continentur, ad descriptionem hostilis exercitus, de Iudaeis uictoriam reportantis pertinent. Virgil. Aen. III. 537. *quatuor hic primum omen equos in gramine uidi, tondentes campum late, candore niuali.* Seruius: *Candore niuali. Hoc ad uictoriae omen pertinet.* Ἐχων τόξον, quo minatus est. *Corona*, signum uictoriae. Quis autem uictor hic intelligendus sit, dubitant interpretes. *Wetstenius* intelligit Artabanum II. regem Parthorum, qui uicerat Vononem, Ioseph. Ant. XVIII. 2. 4. rebelles, 4. 4. Anilaeum Iudaeum per generum suum Mithridatem. 9. 7. et 1. Cel. *Herder* intelligit uictoriam Arabicam de Herode reportatam, Ioseph. Ant. XVIII, c. 5. Mihi quidem non est uerisimile, designari certum quendam ducem. Nam fata Iudaeorum et uictoria Romanorum in uniuersum quidem describuntur, sed singuli homines, insignes etiam non designantur. Ergo is, qui sedebat super equum album mihi quidem uideatur esse symbolum exercitus Romani, uictoriam in Iudaeos reportaturi. Quae sequuntur, euenerunt ante bellum Iudaicum.

3. 4. καὶ ὅτε — μάχαιρα μεγάλη) Descriptio bellorum intestinorum et seditionum, Matth. XXIV, 7. Ἴππος πυρρὸς, *equus rufus* non obscure sanguinis effusionem significat. Ergo *equus rufus* est symbolum seditionum et sanguinis effusionis, ante bellum Iudaicum. Λαβεῖν τὴν εἰρήνην ἀπὸ τῆς γῆς auferre pacem e terra Iudaea, et locis in quibus erant Iudaei. Haec et quae statim sequuntur uerba significare uidentur tumultus in Iudaea ortos, Iudaeorum et gentium intestina diffidia, latrones, sicarios, Theudae motus sub Fado, supplicium filiorum Iudae Galilaei, sub Tiberio Alexandro defectionem molientium, seditionem sub Cumano tempore Paschatis, in Samaria, Peraea, Caesareae. Ioseph. Ant. XX.

5. 6. καὶ ὅτε ἤνοιξε — μὴ ἀδικήσης) *Fames* sub Claudio non in sola Iudaea, sed per totum orbem terrarum, Cf. Matth. XXIV, 7. quam Agabus praedixit, Act. XI, 28. Ἴππος μέλας est mali ominis. Suidas ex poëta Onirocritico : Ἴππος μέλανας ἢ καλῶς πάντως βλέπειν. Infidens equo nigro tenebat trutinam in manu sua; solent enim in graui annona partes panum singulis appendi, aut magistratibus aut a Patribus familias. Κοτνιξ *tritici* est tantum, quanto homo sanus in diem indiget, ut obseruarunt eruditi. Herodot. VII. 231. εὐρίσκω γὰρ συμβαλλεόμενος, εἰ χοίνικα πυρῶν ἕκαστος τῆς ἡμέρας ἐλάμβανε, καὶ μηδὲν πλέον. Aelian. V. H. L. I, c. 26. de Aglaide multiuora : δειπνον δὲ ἦν ἄρα αὐτῇ κρεῶν μὲν μνατ̄ δώδεκα, ἄρτων δὲ χοίνικες τέσσαρες, ἔπιπε δὲ οἶνος χόα. *Denarius* est tantum, quantum quoque die mereri poterat homo strenue laborans, ut uidere est Matth. XX, 2. Iam uero si homo pauper,

per, qui denarium merebat in diem, haberet uxorem et liberos, certe eos ἐν τῷ χοίρικος alere non p̄terat. *Hordei* p̄ctus minime bonus; ideo militibus in poenam dari solebat, ut ex *Liui*o et *Vegetio* discimus. Ἀδικεῖν per μετέληψιν est *laedere, imminuere*, ut supra II, 11. Intercidebant fruges ad uitam necessariae, non necessariae affluebant: nam olei usus ad delicias; pro uino aqua bibi potest.

7. 8. καὶ ὅτε — θηρίων τῆς γῆς) Ἴππος κλωρδς, *equus pallidus*, sicut *pallidam mortem* dicunt poëtae. Ὁ καθήμενος ἐπάνω αὐτῶ, ὄνομα αὐτῷ θάνατος, pro ὄνομα τῷ καθήμενῳ. Locutio hebraizans. Θανάτῳ nomine significatur metonymice *pestilentia*. Sic et apud Matthaeum c. XXIV, 7. et Luc. XXI, 11. nominantur post λωὺς λοιμοί. Καὶ ὁ ἄδης ἀκολουθεῖ μετ' αὐτῶ, morbi illi trahunt in sepulcrum. Solent iungi mors et ἄδης, 1 Cor. XV, 55. infra XX, 13. 14. Ἐπὶ τὸ τέταρτον τῆς γῆς, non ubique, sed in quarta parte Iudaeae. Καὶ ὑπὸ τῶν θηρίων τῆς γῆς, a *bestiis*. Vastitatem agrorum et mortes hominum consequi solet, ut, nemine obfistente, ferarum increseat numerus, cum magna uiatorum pernicie. Codex Alexandrinus habet: καὶ τὸ τέταρτον τῶν θηρίων τῆς γῆς, quasi agatur de morte etiam bestiarum, non de morte per bestias. Diu durauit fames, unde morbi oriebantur, et latrocinia sub Felice, Festo, Albino et Floro. Ioseph. de B. I. II, 14. 2.

9. καὶ ὅτε ἤνοιξε — ἣν εἶχον) Tanta mala sustinenda fuisse Iudaeis ob uexatos a se Christianos u. 9. 10. 11. significatur. Matth. XXIV, 9. Ἐποκάτω τῶ θυσια-

σηρία. Quae in coelo sunt νοητὰ, solent inter Iudaeos explicari per figuram τῶν ἀισθητῶν in templo. *Aboth XXVI. R.* Akiba dicebat: *Quicumque sepelitur in terra Israël perinde est ac si sepeliretur sub altari; quicumque autem sepelitur sub altari, perinde est, ac si sepeliretur sub throno gloriae S. D. Ierem. XVII, 12.* Sanguis Abelis Gen. IV, 10. uindictam poscit; sic et animae martyrum. Ψυχὰς, i. e. πνεύματα. Λόγος Θεῶ, *Euangelium*, doctrina diuina. Ἔειχον, *retinuerunt*, ad finem usque.

10. καὶ ἔκραξεν — ἐπὶ τῆς γῆς;) Accusantur Iudaei, qui discipulos Christi uexauerant. Nomina δ δεσπότης, ὁ ἅγιος καὶ ἀληθινός ad Christum esse referenda, apparet ex superioribus, III, 7. 14. Κρίσεις καὶ ἐκδικεῖς, i. e. κρίνων ἐκδικεῖς. Ἐπὶ τῆς γῆς, in Iudaea, quae γῆ et διαβλήνη κατ' ἐξοχήν dicebatur.

11. καὶ ἐδόθησαν — ἄς καὶ αὐτοὶ) Pro ἐδόθησαν ἐκάστοις στολαὶ λευκαὶ alii legunt ἐδόθη αὐτοῖς στολή λευκή. Animabus datur personae nomen per Synecdochen, ut Luc. XVI, 23. Stolae albae sunt Symbola dignitatis et honoris, quo frauntur sancti martyres, ut uidimus supra III, 4. 5. 18. Ἴνα ἀναπαύσονται ἐτι χρόνον, *requiescant*, i. e. expectent uindictam. Χρόνον, i. e. temporis non multum. Ὅι σύνδουλοι, alii doctores, et de plebe Christiani, multis in locis a Iudaeis trucidati. Ἔως πληρωθῶσι, i. e. donec compleatur eorum numerus.

12. καὶ εἶδον — ἐγένετο ὡς ἄμμα) Hoc et sequentibus commatibus continetur poetica amplificatio uerborum Christi
Luc.

Luc. XXI, 25. 26. Alia ratione explicatur similis imago ex Matth. XXIV, 29. infra cap. IX. Hic autem signa in Sole, Luna et stellis referuntur inter *praesagia* iudicii Dei in Iudaeos. *Succa*, f. 29. I. *Si facies solis similis est sanguini, uenit gladius in mundum; si sacco, sagittae famis ueniunt in mundum; si utrique, et gladius et sagittae famis ueniunt in mundum.*

13. καὶ οἱ ἀστῆρες — σειομένη) Comparatio desumpta ex Ies. XXXIV, 4. Ὁ οὐρανὸς ὡς βιβλίον ἐλιγνύσεται, ut in Glossario. Sunt autem grossi ficus immaturae.

14. καὶ ὁ ἔρανος — ἐλιτισσόμενον) Ies. XXXIV, 4. ὁ ἔρανος ὡς βιβλίον ἐλιγνύσεται. Liber conuolutus legi non potest. Ita in coelo, ait, fore, ut nihil possit conspici. Ἀπεχωρισθή, sc. ἀπ' ὄψεως, densis nimirum nebulis, conspectum adimentibus. καὶ πάν — ἐκινήθησαν) Intelliguntur motus in Republica Iudaica. Prodigia autē euerfionem Hierosolymorum conspecta commemorat Iosephus de B. I. Lib. VI, c. 5. VII, 31.

15. καὶ οἱ βασιλεῖς — τῶν ἄνθρωπων) Omnia hominum genera, summi, medii, infimi, nullo discrimine, tantis portentis perterrebuntur. Metum maximum et angustias haec indicant.

16. καὶ λέγει — τῷ ἀρνίῳ) Luc. XXIII, 30. *Cadite super nos, i. e. obumbrate nos.* Ἀπὸ προσώπου τοῦ καθήμενου ἐπὶ τοῦ θρόνου καὶ τοῦ ἀρνίῳ. Iudaeorum uerbis sua uerba permiscet Ioannes. Nam illi uoluerunt a Deo Patre, non a Christo, tegi aduersus maia tot pro-

digiis significata. At Ioannes ostendit, illa mala uenire ex ira Dei et Christi.

17. ὅτι ἦλθεν — σαθῆναι) Ἡ ἡμέρα ἡ μεγάλη τῆς ἔργῆς, i. e. tempora luctuosissima. Τίς δύναται σαθῆναι; i. e. supereffe tot et tantis malis? Impleta sunt haec uexationibus, quas experti sunt Iudaei, et praecipue eorum Proceres, de quibus Iosephus Antiq. XX. De B. I. Lib. II, c. 14. 15. seq.

Caput VII.

In tabula quasi depictum exhibet Ioannes id, quod praedixit Christus Matth. XXIV, 13. 14. 16. 17. 31. qui locus omnino conferendus est.

I. Καὶ μετὰ ταῦτα — πᾶν δένδρον) Ἐπὶ τὰς τέσσαρας γωνίας τῆς γῆς, nempe Iudaeae. Solent, ut totus terrarum orbis, ita eius partes, in quatuor portiones distribui. Γωνίαι Hebraeis dicuntur extima quaeque. Hi angeli potestatem, sed limitatam acceperant, et retinendi calamitates et immittendi, ut apparet infra 2. *Mare, terra, et arbores* aliud nihil significare uidentur, praeter uniuersum populum Iudaicum.

2. καὶ εἶδον — τὴν θάλασσαν) *Alium angelum*, maiorem illis quatuor angelis. Σφραγὶς Θεῶ ζῶντος, symbolice decretum diuinum de seruandis Christianis in illa calamitate. Ἄδικῆσαι τὴν γῆν καὶ θάλασσαν, nocere terrae et populis. Tribuitur angelis, prouidentiae diuiniae ministris, quod Deus facere solet.

3. λέγων — μετώπων αὐτῶν) Haec ſignatio in fronte ſimilis eſt ei, quae legitur apud Ezechielem c. IX, 4. Eſt inſigne ſeruandorum et ſalutis, Matth. XXIV, 13. Notum eſt, Ceſtium obſediſſe Hieroſolymam neglectisque eius capiendae occaſionibus, ſequente menſe obſidionem ſolu-iſſe, atque abduxiſſe exercitum. Chriſtiani qui erant in urbe, memores moniti Chriſti Matth. XXIV, 16. continuo ex urbe atque ex Iudaea abierunt Pellam. Vide *Eusebii* Hiſt. Eccleſ. Lib. III, c. 5. Nonnulli etiam diſperſi fuerunt per Europam atque Aſiam, et quum Titus urbem obſedit, nemo in ea erat Chriſtianus. Vide *Iosephum* de B. I. Lib. II, c. 22.

4. καὶ ἡκισσα — ὅσων Ἰσραὴλ) Numerus eſt ſymbolicus. Duodecim enim fuerunt tribus Iſraelis. Duodecim autem millena duodecies ſumta efficiunt 144000. Non debent itaque numerus *centum quadraginta quatuor millium*, ac accurata eius diuiſio in duodecim millena e ſingulis tribubus ita urgeri, quaſi eo tempore totidem prorfus fuiſſent Chriſtiani in Iudaea, et quidem ſingulis tribubus, qui imminenti calamitati erepti fuerint. Significatur potius, paucos ex uniuerſa gente Iudaico eſſe ſeruandos. Verum eſt quidem, multos Iudaeos amplexos eſſe Euangelium, ut uel ex Actis Apoſtolorum patet; ſed pauci fuerunt, ſi comparentur cum contumacibus, ac temporariis, ſeu iis qui exorta uexatione a Chriſtiana fide defecerunt.

5 — 8. ἐκ φυλῆς — ἐσφραγισμένοι) Licet tribus Leuitica nullam partem haberet in diuiſione agrorum, nec in ea proinde memoretur, tamen memoratur hic, quia particeps fuit Chriſti, non minus ac aliae, ideoque non fuit

omittenda. Danitae contra uiles erant animae et Iudaei carnales, ex quibus nemo signatus est. Omnibus temporibus dediti erant idololatriae prae reliquis Iudaeis. Vid. loca a Wetstenio allata. Forte haec tribus diu ante ea tempora funditus perierat, aut ad perpaucos erat redacta; nec enim numerata fuit inter tribus e captiuitate reduces I Chron. II.

9. μετὰ ταῦτα — χερσὶν αὐτῶν) Respicitur forte ad uerba Christi Matth. XXIV, 14. Repraesentantur Christiani ex gentibus, quorum iam tum innumera erat multitudo, festum quasi celebrantes in coelo. Desumptae sunt imagines a festo tabernaculorum; in eo enim Iudaei solebant habitare in tentoriis comm. 15. canere Hallel et Hosanna comm. 10. (Ps. CXVIII, 25.) aquas haurire, comm. 16. 17. gestare palmas.

10. καὶ κηρύξαι — τῷ ἀρνίῳ) In uoce τῆς σωτηρίας est metonymia. Nam significatur liberatio eorum qui ex Iudaeis signati fuerant. Itaque σωτηρία τῷ Θεῷ significabit, Deo eiusque singulari beneficentiae acceptam ferendam esse liberationem, proptereaque honorem ei esse tribuendum.

11. καὶ πάντες — τῷ Θεῷ) Vide eadem uerba de angelis supra V, 11. Confessoribus et animis beatis acciunt hic angeli, ut populares unius regni.

12. λέγοντες — τῶν αἰώνων, ἀμήν) Voces eadem quae supra V, 12. nisi quod hic εὐχαριστία, pro quo ibi πλῆθος, sensu eodem; nam εὐχαριστία est agnitio liberalitatis, quae πλῆθος nostris dicitur.

13. καὶ ἀπεκρίθη) Ἀπεκρίθη in N. T. sicut קָנַי in ueteri saepe dici de iis, qui sermonem inchoant, notum est.

14. καὶ ἔπλυναν — τῶ ἀρνίῳ) Πλύνω de uestimentis dicitur, ut λέω de corpore, et βλέπω de manibus pedibusque. Sensus esse uidetur: Pari et illustres facti sunt, fide in Christum, in mortem pro nobis traditum, et praeclaris factis, quibus hanc fidem demonstrarunt.

15. διὰ τῶτο — ἐπ' αὐτοῖς) Ἐν τῷ ναῶ αὐτῷ, i. e. in coelo. Est similitudo sumta a Leuitis, quorum semper aliqui in templo peruigilabant. Σκηνοῦσι ἐπ' αὐτοῖς, קָנַי hoc est cum illis; nam הַי interdum est cum. Aut habitabit inter eos, ut ἐπὶ pro ἐν sit inter. Imago desumta a celebratione festi tabernaculorum.

16. ἢ πεινάσωσι — διψήσωσι ἔτι) Habebunt unde uiuant, qui antea in summa saepe fuerunt penuria. εἰδὲ μὴ — καῦμα) Carebunt incommodis. Nam Hebraei incommoda omnia solent exprimere per aestum, siue a sole, siue ab urente uento, quem Graeci interpretes καύσωνο uocant. Desumta uerba ex Ies. XLIX, 10.

17. ὅτι τὸ ἀρνίον — πηγὰς ὕδατων) Ἐπὶ ζωῆς πηγὰς ὕδατων pro ἐπὶ πηγὰς ὕδατων ζωῆς. Sunt autem ὕδατα ζωῆς hebraeo more ὕδατα ζῶντα, aquae perennes, flumen uiuum, ut et Virgilius loquitur. Expiimitur ea imagine omne solatium, et omne id, quod nos recreat. καὶ ἐξαλείψει — αὐτῶν) i. e. lacrimarum causas tollet. Sic matres paruulis, famem uel sitim fletu prodentibus non

ubera tantum admouere, sed lacrimas etiam ab oculis abstergere solent.

Caput VIII.

1. **Κ**αὶ ὅτε — ἡμῶριον) Ἡμῶριον pro minimo tempore usurpauit etiam *Menander*, teste *Polluce* I, 71. Iam prope adesse dicitur bellum Iudaicum, quod ex fictione pœtica angeli, prouidentiae diuinae ministri, classico quasi dato, annunciant. Quum iam omnia ad defectionem Iudaeorum spectarent, *breuis* quaedam *pausa* secuta est interuentu Agrippae et Pontificum. Ioseph. de B. Iud. II, c. 15. 16. 17.

2. καὶ εἶδον — σάλπιγγες) Καὶ εἶδον, deinde uidi. Post paruum temporis interuallum. *Angeli coram Deo stantes* sunt angeli insigniores, ut notauimus ad Matth. XVIII, 10. His Deus non utitur nisi ad res eximias. Σάλπιγγες autem, *tubae*, sunt belli signum. Describitur nempe in sequentibus belli Iudaici initium.

3. καὶ ἄλλος — χρυσῆν) Ἄλλος ἄγγελος, maior iis septem angelis, de quibus com. 2. *Quatuor angelorum magnorum* fit mentio post sigillum sextum, nempe c. VII, 1. 2. hoc nostro loco, IX, 14. X, 1. qui uocantur Michael, Gabriel, Raphael et Vriel. Ἐπὶ τῆ θυσιαστηρίῃ, ad altare aureum, in quo suffitus fiebant. Imagines desumptae sunt ex templo Hierosolymitano. Λιβανωτὸν, *thuribulum*, Graecis θυμιατήριον. Λιβανωτὸν et λιβανωτὸς fructus est arboris λιβάνου, *thus*; quod sane duriore metonymia pro *thuribulo* posuit. καὶ ἐδόθη — ἐνώπιον τῆ θρόνου) Ἴνα δόσῃ, i. e. *poneret, apponeret*. *Dare* enim et *ponere* se

se mutuo explicant. Sic δέναι et τίθεισαι apud Graecos, יתן et תש apud Hebraeos. Suspiriis et precibus haecenus implorauerant Christiani auxilium Dei in calamitatibus, quas propter religionem pertulerant. Nunc symbolice significatur, gratas fuisse Deo preces Christianorum, et nunc in eo esse, ut exaudiantur.

4. καὶ ἀρέβη — ἐνώπιον τοῦ Θεοῦ) Deus delectatus affdua Christianorum pietate non ultra cohibere noluit uindictam suam aduersus Iudaeos, quorum tanta in Christianos crudelitas fuerat.

5. καὶ ἔληφεν — εἰς τὴν γῆν) Ignis, qui in eo altari, iram Dei significat. Hunc ignem, siue carbones effudit in Iudaeam. Ita enim γῆ sumitur in hac parte Apocalypseos. καὶ ἐγένοντο — σεισμὸς) Φωναὶ καὶ βρονταί, uoces, hoc est tonitrua. Nam tonitrua in Hebraeo sermone קולות, i. e. uoces appellantur. Cum tonitru apte coniunguntur fulgetra et terrae motus, ad significanda supplicia, quae Iudaicus populus Deo erat daturus, et quae postea singillatim describuntur sonitu septem tubarum, earumque consecrariis. Matth. XXIV, 27. Terrae motus significat conuersionem, quae extremum excidium antecessit.

6. καὶ οὐ ἐπὶ — σαλπίσσωσι) Vt signum darent pugnae Dei in Iudaeos.

7. καὶ ὁ πρῶτος — κατεκάλυ) Iam delabitur Ioannes ad aliam imaginem in describenda poena a Deo Iudaeis immissa, desumptam a plagis, quas Deus Aegyptiis infixit. Satis apte ad rem. Sicut enim durities mentis auxit poenam Pharaonis et Aegyptiorum, sic etiam ob similem mentis

tis obdurationem grauissimas poenas experti sunt Iudaei. Ceterum huius commatis uerba confer cum Exod. IX, 23 - 25. et Ps. XI, 7. Quae sequuntur usque ad finem cap. IX. omnia pertinent ad ornandam et amplificandam imaginem, mente et cogitatione non separanda, sed coniungenda. Non ergo singulis tubis singulae species calamitatum significantur; nec quaerendum est, cuius rei imago sit *grando*, *ignis* etc. Describitur sub uariis imaginibus et figuris una eademque res, maxima nempe calamitas. Aliis *ignis* est imago seditionis, uel rebellionis; quemadmodum enim ab exigua scintilla oritur maximum incendium: sic seditio ab uno incipit, clam crescit, trahitque integras ciuitates, ac tandem instar ignis late omnia uastat atque absumit. *Sanguis* significat caedes et bella. Quod ad rem attinet, praedictioni respondit euentus. Coepit nempe bellum Iudaicum sub *Gessio Floro*, Procuratore Iudaeae, et quidem secundo anno, ex quo in Iudaeam Procurator uenerat, Neronis uero XII. ut docet Iosephus Ant. Lib. XX, c. ult. Is *Florus*, quum crudelissime habuisset Iudaeos Caesareae, propter seditionem illic exortam, uenit cum exercitu Hierosolyma, multosque occidit e plebe, et Iudaeorum quoque nobilissimos uirgis cecidit, atque in crucem sustulit. Eo tempore Rex Agrippa Hierosolyma uenit, et orationem ad populum habuit, ut eum placaret, persuaderetque parendum esse Romanis, et obsequendum Floro, donec alium eius loco Imperator misisset. Hac uero oratione habita, sediciosi insurrexerunt in Regem, conuiciis eum profecuti sunt, lapides in eum coniecerunt, atque ex urbe egredi coegerunt. Circa idem tempus sediciosi combusserunt aedes Pontificis Maximi,

et

et Agrippae regiam. Simul ac rebellio Hierosolymis coeperat, *lapidibus* in homines iactis, et *igne* aedificiis illato, simul totam Iudaeam peruasit, tanquam ab irato Deo fulmine afflatam atque tactam. *Ioseph.* de B. Iud. II, 17. §. I. ἐτόλμων δὲ τινες τῶν συσασιασῶν καὶ λίθους ἐπ' αὐτὸν (Regem Agrippam) βάλλειν. Lege totum hunc locum. Per *arbores* et *gramen* quid intelligendum, superflua mihi uidetur quaestio. Nam pertinent haec, ut supra monuimus, ad ornandam et amplificandam imaginem, et quidem ex descriptione Exod. IX, 25. *Westenius* tamen per *arbores* intelligit urbes munitas, per *gramen* pagos et uillas in agro, per τὸ τρίτον uero Iudaeos in Palaestina.

8. 9. καὶ ὁ δεύτερος — διεφθάρη) Luc. XXI, 25. ἡχέσης θαλάσσης καὶ σάλας. Vide Exod. VII, 20. 21. Forte non est necesse, spectacula trium tubarum, distribuere, et aptare uariis euentis singula, ut satis sit, si modo summatim intelligantur, de seditionibus ac tumultibus eius tempestatis. Qui singula spectacula singulis euentis aptant, ii uolunt *mare* fumi pro mari Tiberiadis, et significare Galilaeam; intelligi itaque motus Galilaeae, ad quos coercendos missus est a Nerone Vespasianus, circa annum Christi LXIX. Quae expeditio, quum sit memorabilis, quandoquidem in ea occisa sunt plusquam centum millia Iudaeorum, et quadraginta millia in captiuitatem abducta; possit non incommode exprimi mutatione *tertiaie partis maris in sanguinem*, et *morte tertiaie partis animalium in mari*, i. e. Iudaeorum Galilaeae; et *tertiaie partis nauium*, i. e. urbium, quae in terra sunt id, quod naues in mari. Vide *Hammondum* ad h. l.

10. II. καὶ ὁ τρίτος ἄγγελος — ἐπιγράθησαν) Matth. XXIV, 29. οἱ ἄστέρες πρὸς ἄστρα ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ. Γίνονται εἰς ἄψινθον, i. e. *tam amara quam absinthium*; nam nihil amarius absinthio. Per stellam de coelo cadentem nonnulli intelligunt Eleazarum, Annae Pontificis M. filium, qui repudiavit uictimas Imperatoris, nec eas pro more offerre amplius uoluit; quo facto zelotarum furor magis incensus est, et omnia quasi in absinthium uersa. Ioseph. de B. Iud. L. II, c. 17. Sed hic nihil certi definiiri potest, nec forte opus est, ut aliquid definiatur. Vide modo ad comm. 7. 8. 9. annotata. Videtur potius indicari, non fortuito, sed ex iusto iudicio Dei factum esse, ut Iudaei contra suos populares fauerent. Nam *de coelo* delabitur stella.

12. καὶ ὁ τέταρτος — ἡ ὡς ἰμοίως) Quum obscuratio folis, lunae et stellarum apud Prophetas significet magnas calamitates, adeoque ultimum excidium, obscuratione tertiae eorum partis paullo minores clades designari uidentur.

13. καὶ εἶδον — σαλπίζειν) Cf. Matth. XXIV, 28. *Aquila* significare uidetur aquilas siue signa militaria Romanorum. Μεσσηράνημα dicitur pars coeli, in qua uolant aquilae, et similes ei uolucres, adeo longe supra terras, ut uideantur non minus coelo astrifero propinquae. Ceterum haec est introductio ad sequentia, quae non ad tertiam aliquam partem, sed ad totam Iudaeam, ac maxime ad urbem principem pertinent. Tria *uae* tribus conueniunt angelis, quos habes c. IX. 1. 12. XI, 14. 15. sqq. Ex his primus nuntiat res paullo ante obsidionem, secundus
obsidium

obsidium et expugnationem; tertius ea, quae expugnatione posteriora sunt. 'Εξ h. l. ut saepe D hebraeum ualet *propter*.

Caput IX.

Mihi quidem certum est, hoc capite uariis coloribus exornari uerba Christi Matth. XXIV, 29. ὁ ἥλιος σκοτισθήσεται, καὶ ἡ σελήνη ἔδώσει τὸ φέγγος αὐτῆς etc. Ostenditur nempe prolixius, quae huius obscurationis, i. e. calamitatum, quibus funditus euersae sunt res Iudaeorum, fuerint caussae. Quid uero quaeque imago in specie significet, hoc quidem difficile dictu est, nec forte etiam quaeri debet. In uniuersum enim initium belli Iudaici describitur. Qui aliam expositionem; haud improbabilem desiderat, adeat Cel. *Herderi* libellum supra citatum, et cum eo conferat *Hammondi* annotationes. Nos non Commentarium scribimus, sed Scholia.

1. Καὶ ὁ πέμπτος — τῆς ἀβύσσου) Cf. supra VIII, 10. Φρέαρ τῆς ἀβύσσου pro Φρέαρ ἄβυσσον, *puteus profundus*. Ἄβυσσος, inferorum locus. Tartarum Socrates quoque apud Platonem abyssum uocat, quam ait esse circa centrum aquarum, omnium principium et originem. Ex *abyssu* ascendere facit uates *locustas* (u. 3.) i. e. numerosum exercitum, quia is exercitus *cladem* et *exitium* afferebat Iudaeis. Ex alicrum sententia abyssus significat Syriam, ex qua *Cestius* exercitum Hierosolyma eduxit. Nam in ea erat *Antiochia* ad *Orontem* fluvium prope ostia, quae etiam *Epidaphnes* cognominatur, quia *Daphne* aquarum et nemorum uoluptate amoenissimus, sed quodammodo

modo eadem de caussa infamis locus, quasi suburbium huius Antiochiae fuit. Celebris *Apollo Daphnaeus*. Cf. infra com. II.

2. 3. Coniungenda sunt haec duo commata in explicatione. Similis imago est Ioel. c. II, 1 — 5. Describitur exercitus omnia flammis, incendio et armis vastans. Referrī haec possunt ad *Cestium*, Syriae Praefidem, qui, dum exercitum Hierosolyma duxit, omnia igne vastavit. Ioseph. de B. Iud. II, c. 18. ὤρμησεν ἐπὶ πῶλον καρτερῶν, τῆς Γαλιλαίας Ζαβουλὼν — ἐνέπρησεν. ἔπειτα τὴν χώραν καταδραμῶν, καὶ διαρκάσας μὲν πᾶν τὸ προσπίπτον, καταφλέξας δὲ τὰς πέριξ κώμας. Eodem modo etiam *Ioppem*, *Antipatridem*, *Lyddam*, et multos vicos incendio deleuit. Haec urbium incendia non male fumo comparantur. *Aristophanes* Pac. 610. ἐξεφύσθησε γὰρ τοσούτου πλέμου, ὥστε τῷ κάπνῳ πάντας ἑλληνικὰς δαικρῦσαι. καὶ ἐσκοτίσθη — φρεῖτος) Perstat in coepta comparatione. Nam fumus siderum conspectum adimit. καὶ ἐν τῷ κάπνῳ — οἱ σκορπίοι τῆς γῆς) *Locustae* sunt emblemata exercitus hostilis. *S. Isaacus* apud *Assemannum* Bibl. T. I. p. 227. In finibus nostris rex *Ethnicus* adest: locustae terras nostras depascunt. Copias locustis comparat. Similis locustarum descriptio Ioel. II, 1 — 5. Ὅι σκορπίοι τῆς γῆς, *scorpii terrestres*; nam sunt scorpii marini, siue pisces. *Aristoteles* Hist. Nat. IX, 29. περὶ μὲν Φάρου καὶ ἄλλης τόπος οἱ σκορπίοι ἐ χαλεποὶ ἐν ἄλλοις δὲ τόποις καὶ ἐν τῇ Καρίᾳ πολλοὶ καὶ μεγάλοι, καὶ χαλεποὶ γίνονται, καὶ εἴαν τινα πατάξωσιν ἄνθρωπον, ἢ θηρίον, ἀποκτείνουσι. *Artemidorus* II, 13. φαλάγγια δὲ καὶ σκορπίοι, καὶ σκολεπένδραι πονηρὰς σημαίνει ἀνθρώπους. Eleganter scorpiis comparatur

paratur exercitus Cestii; nam plurimos in exercitu habuit sagittarios, quorum tela cauda Scorpii repraesentat, Ioseph. de B. Iud. II, 18. deinde, quia Antiochi, Comagenorum regis, qui Cestio militabat, insigne scorpius erat, et quia multas machinas, ballistas et Scorpiones aduexerat, Ioseph. II, 19.

4. καὶ ἐβλήθη — μετώπων αὐτῶν) Non erant locustae uerae, quae gramini et arboribus nocent, sed milites. His data erat potestas nocendi omnibus incolis terrae, exceptis Christianis. De signatis in frontibus uide supra c. VII, 3.

5. καὶ ἐδόθη — μῆνας πέντε) Ne una strage edita populum occiderent; nam hoc reseruatam Titi exercitui. Bellum cum Romanis et duce Cestio durauit unam aestatem, i. e. fere μῆνας πέντε. Iosephus de B. Iud. II, 17. Quum Lyddae esset exercitus Cestii, incolae Hierosolyma petierant διὰ τὴν τῆς σκηνοπηγίας ἑορτήν. Hierosolyma oppugnat ἦν πριακὸς ὑπερβερεταίς ex Iudaea fugit Δὲς μηνὸς ἐνδόη, i. e. ab exeunte Maio ad initium Nouembris. καὶ ὁ βασιλισμὸς — ἄνθρωπον) Cestius multas machinas, ballistas et Scorpiones aduexerat. Ioseph. l. c. II, 19. De hoc armorum genere *Isidorus* XVIII. ita habet: *Scorpio est sagitta uenenata arcu uel tormentis excussa, quae dum ad hominem uenerit, uirus, qua figit, infundit; unde et Scorpio nomen accepit. Seneca* Hercule 1218. *Heu! qualis intus scorpius, quis feruida plaga reuulsus cancer infixus meas urit medullas?*

6. καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις — ἀπ' αὐτῶν) Bis idem, more Hebraeo, ad significandam desiderii uehementiam. *Cornelius*

Gallus Eleg. 1. *Dulce mori miseris: sed mors optata recedit. Est omni peius uulnere uelle mori, et non posse tamen.*

7. 8. 9. 10. Vno quasi spiritu legenda sunt haec quatuor commata. Nam inest symbolica descriptio hostilis exercitus, terrorem incutientis. Solemne est Orientalibus, imprimis Arabibus, exercitus hostiles comparare locustis, teste Niebuhrio in descriptione Arabiae. Cf. Ioel. II, 4. Nonnulli interpretes intelligunt Arabes, Agrippae militantes. Plinius Hist. Nat. VI, 28. *Arabes mitrati degunt, aut intonso crine. Solinus 33. Arabes longe lateque diffusi diuersis moribus uiuunt et cultibus: Plurimis crinis intonsus, mitrata capita, pars rafa in cutem barba.* Ὠς πρὸσωπα ἀνθρώπων. Non erant locustae, sed milites. Sequentia pertinent ad amplificandam imaginem. Sic u. 8. dicitur: καὶ εἶχον — λέόντων ἦσαν. Haec lucem accipiunt ex loco Hieronymi, annotantis in locum Ezech. XLIV, 20. haec: *comam demittere — proprie luxuriosorum est, barbarorumque, et militantium. Dentis eorum sicuti leonum, i. e. homines uoracissimi.*

II. ἔχουσιν ἐφ' αὐτῶν — ἀπολλύων) Hebraice perditio חַרְבֵּן Hiob XXVIII, 22. Pron. XV, 11. *Emek Hammelech f. 15. 3. infimus gehennae locus est Abaddon — unde nemo emergit.* Ἀπολλύων. Thomas. ἀπολλύς ἄττικοί, ἢ κ' Ἀπολλύων. In pictura hac exercitui hostili praeficitur dux, cui nomen *Abaddon, exterminator.*

12. ἰδὲ — ταῦτα) *Duae adhuc calamitates sequentur, obsidionis nempe et excidii.*

13. καὶ ὁ ἕκτος — ἐνώπιον τοῦ θρόνου) Imago desumpta ab altari aureo, i. e. suffituum, in quo erant quatuor cornua, Exod. XXX, 2. Describitur aduentus Romani exercitus, sub Tito militantis, u. 13 - 21.

14. Δύσων — Ἐυφράτη) Angeli mortis soluti dicuntur, ut significetur, iam adesse tempus internecionis. Ex nonnullorum interpretum sententia hi quatuor angeli sunt quatuor Duces Vespasiani, dux Arabiae, dux Africae, dux Alexandriae, dux Palaestinae, quorum ingentes exercitus ad Euphratem usque pertingebant, et quum diu consilium iis fuisset Hierosolyma obsidere, res tamen diuino consilio dilata fuit in tempus ipsi destinatum. Ioseph. de B. Iud. III, 4. 2. Tacitus Hist. V. c. 1. Vespasianus praetextum morae sumebat, quod uellet Hierosolyma internis primum discordiis infringi: reuera uolebat expectare, quorsum se daturae essent res Romanae. Per id tempus angeli, qui eos incitaturi erant, uincti fuisse dicuntur, i. e. a Deo inhibiti. *Euphrati* additur titulus magni fluminis, quia et alia minora erant nomine פרת.

15. καὶ ἐλύθησαν — τῶν ἀνθρώπων) Certum tempus bello Vespasiani et Titi a Deo statutum erat, quando initium et quando finem esset habiturum. Nimirum trium annorum cum dimidio, a uere anni Iuliani 112. ad Autumnum anni 115. Manilius III. 520. *Sic annum mensesque suos natura diesque atque ipsas uoluit numerari signa per horas.* τὸ τρίτον τῶν ἀνθρώπων, nempe Hierosolymitarum, pugnis et fame ante captam urbem.

16. καὶ ὁ ἄριστος — ἀριστον αὐτῶν) Hoc dicit, praeter illas legiones ingentem fuisse equitatum, non tantum

legionariorum, qui Romano more legionibus aderant, et alarium, quibus acies protegebatur, uerum etiam a focis, et ab aliis gentibus, quae certatim missis auxiliis, gratiam sibi apud nouum principem eiusque filium parabant.

17. καὶ ἕτως — θειώδεις) Loricās habebant, pro gentium uarietate coloris uarii, flammeas, uiolaceas, *pallidas*; nam sulphureae loricae uidentur esse pallidae, sicut pallentia dixit *sulphurata* Martialis. καὶ αὖ κεφαλὰ — θστόν) Ita se res habebat, quasi ab ore equorum ignis fumigans et sulphureus procederent. Describitur terribilis equitatus Romani species; nam capita leonum sunt maxime omnium terribiles partes tremendae eius ferae, praesertim quum est ore hianti; et leo inhians praedae, et ore cruento, speciem habet horribilem, quae perinde afficit ac si *flamma*, *fumus* et *sulphur* ex eius ore egrederentur. *Virgilius* Georg. III. 85. *Collectumque premens uoluit sub naribus ignem.*

18. ἀπὸ τῶν τριῶν — κομάτων αὐτῶν) Est σύνθεσις in τρίτον et ἀπεντάνθησαν, qualis: *Pars in frustra secant.* Sensus est, ab hoc exercitu occisum esse magnum numerum Iudaeorum, dum per eorum agros transfret. Ioseph. de B. Iud. III, 4. de Vespasiani exercitu: πῦρ δὲ ἡ Γαλιλαία καὶ ἄματι πεπλήρωτο πάσα.

19. ἡ γὰρ ἐξέσις — ἀδικῶσι) Non potuit hic exercitus melius describi, quam si conferretur cum *amphisbaena*, quae utrimque capita habet, quibus mordeat. Plinius Hist. N. VIII, 35. *Geminum caput amphisbaenae, hoc est, et a cauda; tanquam parum esset uno ore fundi uenena.* Ἀδικῶσιν, nocere. Describitur itaque formidolosissimus exercitus,

ercitus, qui maximas clades, inter quas eminent incendia et caedes, Iudaeae illaturus erat.

20. καὶ οἱ λοιποὶ — ὅτε περιπατεῖν) Iudaei, qui, ut vitam seruarent, Romanis se dediderunt, Diisque sacrificarunt, et signa militaria adorarunt. Id quidem Iosephus, ut honori gentis suae forte confuleret, diserte non narrauit. Praeterquam uero, quod res ipsa ostendit, haud aliud certius documentum Iudaeos dare potuisse, se in fide Romanorum mansuros, habet ipse Iosephus nonnulla, ex quibus illud colligi potest. Vit. 23. De B. Iud. VI, 2. §. 2. VII, 3. §. 3. Alii improprie haec intelligunt, seruiuisse nempe Iudaeos pecuniae, gemmis, mensis, a quibus, utpote inanimis rebus seruari in periculo non poterant. Causa redditur, cur ultimum exitium Deus ad plagas Hierosolymorum addiderit, quia homines nihil erant correcti.

21. καὶ ὁ μετενόησεν — αὐτῶν) Haec singulatim explicata inuenies apud Iosephum de B. I. IV, c. 9. §. 10. VI, c. 2. §. 1. V, c. 9. §. 4. Tacitus V, c. 12. Proelia, dolus, incendia inter ipsos (Iudaeos) et magna uis frumenti ambusta.

Caput X.

Continet hoc caput quasi Commentarium in uerba Christi Matth. XXIV, 22.

I. Καὶ εἶδον — πύργου) Angelus describitur, qui Christi personam referret, sicut sub Vetere Testamento angeli solebant referre Dei personam. *Amictus erat nube, et circumdatus iride*, tanquam nuncius, laetus piorum animis, ecclesiae afflictae respirationem ab aerumnis promittens;

nam *iris* est Symbolum fauoris diuini. *Solis splendor* est signum maiestatis, sicut *columnae igneae* firmitatem et ardorem in perficiendis mandatis diuinis significant.

2. καὶ ἔχων — ἀνεφγμένον) Signum pronunciandae iam sententiae. Sicuti enim decreta, quorum executio suspenditur, obfignari solent, ita sententiae iamiam pronunciandae patere debent. καὶ ἔθηκε — τῆς γῆς) *Pedem ponere* dominium significat, quemadmodum et Latini dicunt, habere sub pedibus.

3. καὶ ἔκραξε — μυκᾶται) Dei irati uerba Leonis mugitui comparantur. Μυκᾶσθαι est boum, βρυχᾶσθαι leonum; sed hoc discrimen nec apud Profanos Scriptores semper obseruatur. καὶ ὅτε — φωνᾶς) *Septem tonitrua uocem suam edentia* significant excidium, cuius apparatus in antecedentibus uisionibus descripti sunt, nimirum euerfionem Hierosolymorum per Titum; eamque tam horribilem, ut scriptis mandari non deberet. *Tonitrua* enim sunt apta emblemata poenarum; numerus septenarius autem, quum perfectus habeatur, recte coniungitur cum inflictione maximae atque ultimae plagae.

4. καὶ ὅτε ἐλάλησαν — μὴ ταῦτα γράψης) Σφράγισον) hic est *occulte*, per metonymiam, quia quae celata alios uolumus, solemus obfignare, ut testamenta. Significatur, ea mala, quae expugnationem urbis sunt secutura, adeo fore grauia, ut pro dignitate describi non possint, sed non aliter quam sub specie omnium, quae usquam leguntur, horribilium, animo concipi.

5. ἦρε — εἰς τὸν ἔρανδον) More iurantium, ut Gen. XIV, 22. et aliis locis.

6. καὶ ᾤμωσεν) In signum, irrevocabile esse hoc decretum. ὅτι χρόνος οὐκ ἔτι ἔσται) i. e. *nullam amplius dilationem concessum iri*. Vox χρόνος significat etiam *moram*. Verbum χρονίζω interpretatur Hesychius διατρίβω, *moror*. Cf. Hebr. X, 37. Hab. II, 3.

7. ἀλλὰ — τὰς προφῆτας) Ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς φωνῆς τῆ ἐβδόμης ἀγγέλου, i. e. canente angelo septimo. Καὶ τελεσθῆ, uel ut alii habent καὶ ἐτελέσθη, more hebraico, *consummandum esse*. Τὸ μυστήριον τῆ θεῆ, *arcanum Dei*, i. e. decretum de excidio urbis, uel illud, quod laudatur et celebratur infra XI, 15. Verbum εὐηγγέλισε indicat, de re Christianis laeta agi. Erigit nempe Deus animos Christianorum, ne sub miseriis istis animum despondeant, sed capita sua, appropinquante redemptione, attollant.

9. λάβε — ὡς μέλι) Κατάφαγε, ut quondam Ezechieli imperatum, c. III, 1-3. Comestio autem aenigmatische significat comprehensionem, quam sequitur meditatio, quasi concoctio quaedam. Sic quae bene discimus, ea dicimur in succum et sanguinem uertere. Πικρανεῖ σε τὴν κοιλίαν, i. e. τὰ σπλάγχνα. Sensus est: Non poteris ista cogitare, ut non miseratione quadam mouearis super interitu tot popularium. In ore dulcem fore libellum addit, i. e. contenta eius fore consolationis plena, respectu Christianorum.

11ο καὶ λέγει — πολλοῖς) Προφητεύειν ἐπὶ λαοῖς
 est uaticinari de populis. Nam ἐπὶ h. l. respondet usui
 laxiori praepositionis hebraicae **עַל**, et debet uerti de.
 Λαοὶ ex multorum sententia sunt *Iudaei*, non tantum qui
 in Iudaea superstites erant, sed et ii, qui in Africa, Aegy-
 pto, Graecia et Cypro. Sed hoc sine rationibus solidis ad-
 struitur. Significantur potius Ethnici, sicut etiam reliquis
 uocibus, ἔθνεσι καὶ γλώσσαις, *populis et linguis*, quia
 linguae eorum non erant similes, nec eadem cum Iudaica.
 Itaque βασιλεῖς πολλοὶ erunt Reges proprie dicti. Do-
 cet nempe Angelus, praeter deaustationem Iudaeae, Hiero-
 solymorum et templi, per Titum futuram, ad quam poste-
 riores partes huius uisionis pertinebant, plura esse prae-
 dicenda de fati ecclesiae sub imperatoribus ethnicis, nem-
 pe de persecutionibus Christianorum, idololatria destruenda,
 et christiana religione propaganda. Alii putant continuari
 uaticinia de Iudaeis, quae mala eis etiam a Romanis im-
 minerent, et futura essent sub sequentibus Imperatoribus,
 et praesertim Hadriano, ac alios apud Reges ac popu-
 los, qui eum, ad penitus perdendum hunc populum,
 essent adiuturi.

Caput XI.

Describuntur fata religionis christianae inter Iudaeos et
 ethnicos, ad excidium usque Hierosolymorum, c.
 XI - XIV. Summa capituli XI. est: *Christiani, in-*
primis doctores, uexabuntur quidem a Iudaeis; sed
minime opprimuntur, augebitur potius numerus eorum.

Κ. Καὶ ἐδόθη — προσκυνῆντας ἐν αὐτῷ) Κάλαμος, i. e.
 pertica siue decempeda ex arundine, quibus uti solebant
 agrimen-

agrimenfores. Significatur hoc Symbolo, ueteri templo destructo nouum esse aedificandum, i. e. ecclesiam christianam, quae saepius templo comparatur longe lateque esse propagandam. Ὁ ναὸς h. l. uidetur esse Sanctissimum templi, in quo erat arca, cum Sancto. Τὸ θυσιαστήριον, *atrium*, siue locus, in quo erat Altare. Sic etiam infra XIV, 18. non potest uerti *altare*, quia mentio fit angeli, *ex eo egressi*, et alius *ex eo loquentis*. Glossæ: θυσιαστήριον, *sacrarium, altarium*. Ex sequentibus uerbis: *et adorantes in eo*, liquet, significari locum in quo Deus colebatur, et quidem *interius Atrium* templi, in quo Israëlitae Deum colebant, et quod opponitur exteriori Atrio, in quod admittebantur Gentiles.

2. καὶ τὴν αὐλήν — τοῖς ἔθνεσι) Desumpta est imago ex Ezech. XL · XLIII. Aula exterior, templo contradistincta, in *mensurando* non cum templo in censum uenire, sed ut *exterior* est, ita extra templum fini debet. Explicantur priora uerba ἐμβαλε ἔξω, per sequentia: μὴ αὐτὴν μετρήσης. In diuersa hic abeunt interpretes, quorum sententias enarrare, meum non est. Coniecturas coniecturis superstruunt, parum uerosimiles. Ne *Wetstenius* quidem et *Herderus* hic uerum perspexisse uidentur. Quid ego sentiam, statim initio huius cap. indicaui. καὶ τὴν πύλιν — τεσσαράκοντα δύο) Καὶ hic explicandum uidetur: *nam*. Ratio redditur, cur non metienda sit exterior templi pars; quia nempe Ethnici eam sint profanaturi. Ethnici autem h. l. uidentur esse rebelles cum Idumaeis. Πατήσκει, i. e. *profanabunt*, contemptim habebant. Mensos 42. numero certo posito pro incerto denotant tem-

pus breue. Nam in tabulis et picturis aliter res exprimi uix poterat.

3. καὶ δώσω — σάκκας) Et hic frustra quaeritur, quinam nominatim fuerint hi *duo testes*. In pictura, quam exhibet Apocalypsis, hi duo doctores repraesentare uidentur omnes in uniuersum christianos doctores in Iudaea usque ad tempus obsidionis. Hi uexati, et partim etiam trucidati sunt, e. g. uterque Iacobus, sed eorum loco mox alii resurrexerunt. Μάρτυρες saepe sunt *doctores*, et προφητεύειν est *docere*, ut saepe iam habuimus. Dies 1260. non aliter intelligendi sunt quam menses illi quorum u. 2. facta erat mentio; nam numerus 42 per 30 multiplicatus conficit dies 1260. Περιβεβλημένοι σάκκας, *ciliciis induti*, more ueterum Prophetarum.

4. ἔτι εἰσιν — ἐζῶσαι) Desumpta haec sunt ex Zachar. IV, 4. sqq. et 14. Sicut nempe Deus Zerubabelem et Iosnam post captiuitatem Babylonicam miserat ad instaurantium cultum diuinum et politiam Iudaicam; ita etiam illis temporibus calamitosi ante urbis euerisionem misit homines idoneos et magna auctoritate praeditos, Apostolos et alios doctores, qui religionem restaurarent.

5. καὶ ἔτι τις — ἀποκτανθήναι) Sensus est, fore, ut Deus eos aequae atque olim Eliam, sit protecturus. Alluditur nempe ad 2 Reg. I, 10. 12. 14.

6. ἔτι ἔχουσιν — τῆς προφητείας αὐτῶν) Sensus est: Nihil tam magnum et stupendum est, quod non a Deo impetrent, & opus sit. Id autem explicatur per similitudinem eorum, quae Deus olim fecerat, tum *Eliae*, tum
Mosis

Mosis caussa. Et hoc quidem de imbre, manifesto sum-
tum est de Eliae historia, I Reg. XVII. XVIII. Vtitur
eo exemplo et *Iacobus*, ut ostendat, nihil non impetrabile
esse Christianorum precibus. καὶ ἐξουσίαν — θελήσωσι)
Hoc ex *Mosis* historia sumitur, Exod. VII. *Flagae* no-
mine intellige omnia illa, quae praeter aquas in sanguinem
uersas, *Moses* in Aegypto a Deo obtinuit.

7. καὶ ὅταν — ἀποκτενεῖ αὐτούς) *Quum finierint testimo-
nium suum*, i. e. postquam diuturnam operam dederint, in-
uocandis ad Christum Iudaeis. Τὸ θηρίον τὸ ἀναβαῖνον
ἐκ τῆς ἐβύσσου esse insigne Cacodaemonis instrumentum,
facile patet. *Grotius*, *Hammondus* aliique intelligunt *Bar-
chochebam*, temporibus *Hadriani*, qui etiam Christianos ho-
stiliter infectatus est, quia noluerunt ei obsequi, neque
Christum abnegare. Quid si in genere intelligamus furo-
rem, quo Iudaei persecuti sunt Christianos in Iudaea, et
praecipue doctores? Iudaei enim non desierunt Christianos
conuiciis lacerare, et magistratus ethnicos contra eos pro-
uocare. Quod statim additur: νικήσει αὐτούς, καὶ ἀπο-
κτενεῖ αὐτούς, eum habere sensum uidetur: multos horum
Doctorum interfectos esse. Huius praedictionis ueritas
euentu est comprobata, teste illorum temporum historia.
Vide statim comma 8.

8. καὶ τὸ πτώμα — ἐσαυρώθη) Τὸ πτώμα uera quidem
lectio esse uidetur, sed per enallagen singularis numerus po-
situs est pro plurali πτώματα, sicuti statim etiam ἐπὶ
τῆς πλατείας pro ἐπὶ ταῖς πλατείαις, in *plateis*.
Πνευματικῶς, i. e. per similitudinem quandam. *Sodomis*
saepe Prophetae Iudaeam comparant in peccatis et in
poena,

poena, Deut. XXXII, 32. Ief. I, 10. III, 9. Ierem. XXIII, 14. Adde 2 Petr. II, 6. Iudae comm. 7. Comparatur etiam *Aegypto*, quia sicut Aegyptus Iacobi populum ui opprefferat, ita Hierosolyma Christi populum. De moribus Aegyptiis multum retinuisse Hebraeos, queritur etiam Ezechiel, cap. XXIII, 19. Quam addit noster: *ὅτι καὶ ὁ Κύριος αὐτῶν ἐσαυρώθη*, indicare uult, nil mirum esse, si discipulis eueniat, quod euenerat magistro. Exempla nonnulla de Episcopis etiam Hierosolymitanis interfectis habet *Eusebius*. De *Symeone* Kleopae filio Hist. Eccles. III, c. 32. Μετὰ Νέρωνα καὶ Δομετιανὸν — μερικῶς καὶ κατὰ πόλεις ἐξ ἐπατασάσεως δήμεων, τὸν καθ' ἡμῶν κατέχει λόγος ἀνακινηθῆναι διωγμῶν ἐν ᾧ Συμεῶνα τὸν τῷ Κλαύδῳ, ὃν δεύτερον κατασῆναι τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας ἐπίσκοπον ἐδηλώσαμεν, μαρτυρῶν τὸν βίον ἀναλῦσαι παρελήφαμεν. Deinde refert Eusebius ex Hegesippo, eundem Symeonem, senem centum et uiginti annorum supplicio crucis fuisse affectum.

9. καὶ βλέπειν — εἰς μῆμα) Passim legimus, ad hoc crudelitatis progressos esse Ethnicos, ut Christianos interemtos sepeliri prohibuerint. Hoc autem loco nihil aliud significari uidetur nisi mors ignominiosa, qua affecerunt Iudaei Christianorum doctores. Ἡμέρας τρεῖς καὶ ἡμῖς, ἰ. e. *per breue admodum tempus*.

10. καὶ οἱ κατοικῆντες — ἐπὶ τῆς γῆς) Ὁι κατοικῆντες ἐπὶ τῆς γῆς sunt Iudaei. Hi gratulati sunt sibi inuicem, occisis Christianis doctoribus, quasi deletis maximis suis aduerfariis. Ἐβασάνισαν τὸς κατοικῆντας ἐπὶ τῆς γῆς, nempe molesti fuerant et Iudaeis, quibus malos mores, tum docendo, tum aliter uiuendo exprobrabant.

11. καὶ μετὰ — πόδας αὐτῶν) Καὶ ἔζησαν more Hebraeo ponitur pro εἰς τὸ ζῆναι. Ἐπ' αὐτὰς, sc. τὰς μάρτυρας. Quod ad sensum attinet, non male *Hammondus*: Non multo post Deus iniurias eorum ulciscetur, et Christiani reflorescere incipient, potentia ac misericordia Dei ueluti e mortuis excitati. καὶ φόβος — αὐτὰς) Non potuerunt non agnoscere in ea re diuinam prouidentiam, aut eam non reuereri.

12. καὶ ἤκεσαν — οἱ ἐχθροὶ αὐτῶν) Videbantur ueluti in coelum rapti, fruebanturque insigni tranquillitate, dum religionem christianam profitebantur.

13. καὶ ἐν ἐκείνῃ — χιλιάδες ἑπτὰ) *Terrae motus* est emblemata magnae cuiusdem rerum conuersionis in republica. Referunt hoc nonnulli ad tempora Hadriani, qui eo loco, quo Hierosolyma steterant, nouam condidit urbem, quam de nomine suo Aeliam uocauit, eamque incolendam non tantum Iudaeis sed et Gentilibus tradidit. *Barchochebas* magnam Iudaeorum multitudinem contraxit, et occidit aut spoliavit eos, qui cum ipso contra Romanos arma capere detrectabant. Sed misere periit impostor cum iis, qui eum erant secuti, et factio eius ex urbe Aelia eiecta est. Sed de tempore Hadriani hic non potest esse sermo, quia infra c. XVIII. demum deuastatio Hierosolymorum urbis et calamitas reipublicae summa describitur. Respicitur itaque ad aliud factum durante bello Iudaico sub Tito. Intelligitur forsitan seditio orta eo tempore, quum Pontifices et Optimates a Zelotis oppressi essent, Ioseph. de B. I. V, c. I. καὶ ἀπειτάνθησαν — ἑπτὰ) Homines qui in ea seditione ceciderunt, primitiae quasi et decimae erant exitii

tii paullo post futuri. *Pars decima*, i. e. Sacerdotes, qui decimas accipiunt, uel *magna pars*. Nomina 7000 uirorum, fuit uiri nobiles et principes, 2 Reg. XXIV, 16.

14. ἡ ἕαλ — ταχύ) Ex tribus calamitatibus denunciatis c. VIII, 13. prima exponitur c. IX. a commate 1. ad 12. quum Cestius urbem obsideret; alterum erat c. IX, 13. sqq. *Vespasiano* castra mouente, et ad obsidendam urbem se accingente. Tertium *uae* erat ipsa urbis obsidio, quae autem post interiectas alias narrationes narratur.

15. καὶ ἐγένοντο — ἔρανον) Voces angelorum Deum laudantium, quod excidio urbis appropinquante, Christianis libertatem maiorem esset daturus, et propaganda esset ulterius religio christiana. λέγεται — αἰώνου) i. e. *Imperium habet super mundum Dominus noster et Messias ab eo missus* etc. Κύριος h. l. ut apud LXX. est יהוה. Deus per Christum, et Christus Dei nomine regnant semper; sed ibi eximie regnare dicuntur, ubi libere praedicatur Euangelium.

16. καὶ δι' ἑικοσι — τῷ θεῷ) Vt supra c. IV, 4. 10. V, 8. 14. VII, 11.

17. ὅτι ἔλιψας — ἐβάσιλευσας) i. e. *Quod usus es potentia tua magna, et imperium exercuisti*. Fractis nempe Iudaeorum uiribus, ut iam nocere amplius non possint Christianis ut antea.

18. καὶ τὰ ἔθνη — κριθῆναι) *Quum irascerentur gentes, tu poenas ab iis sumxisti, et statuisti uindicare eos, qui*

qui mortui sunt ob Christi nomen. Priora uerba desumpta sunt ex Ps. II. qui locus in simili caussa applicatur *Judaeis* Aët. IV, 26. 27. Adde Ps. XCIX, 1. Κρίνειν saepe est uindicare; et mortui h. l. sunt, qui ob nomen Christi mortui sunt. Sensus est, uenisse iam tempus, quo implementum quod dilatatum fuerat, c. VI, 11. καὶ δέναι — διαφθείροντας τὴν γῆν) *Prophetae* hic sunt Doctores religionis christianae, et οἱ ἄγιοι sunt Christiani alii. In uerbo διαφθεῖραι est πλοκή. Nam διαφθείροντες τὴν γῆν dicuntur, qui prauo exemplo alios corrumpunt, similes hominibus ante diluuium; et Deus eos dicitur διαφθεῖραι, i. e. punire.

19. καὶ ἡνοίγη — ναὶ αὐτῆ) Coelum, sedes Dei, iam aperitur. Iubentur Christiani qui in Iudaea erant, animos semper ad summum coelum attollere, ubi Deus habitat cum summa maiestate. In aduentu Messiae expectabant Iudaei arcam foederis occultatam iterum manifestatum iri; sed in coelo multo maiora bona piis Christianis, tanquam uero populo Dei reposita sunt. καὶ ἐγένοντο — μεγάλη) Noua et ingens rerum conuersio hac imagine significatur. Cf. supra IV, 5. Exhibet nempe Ioannes imaginem ortae ecclesiae christianae ex Ethnicis, et statum eius sub Imperatoribus et magistratibus ethnicis graphice depingit; quo facto redit ad prophetiam de rebus inter Iudaeos gerendis. Est igitur hoc initium non tantum capitis XII. sed et nouae prophetiae, pertinentis ad destructionem idololatriae, et propagationem religionis christianae inter gentes.

Caput XII.

Repraesentantur a cap. XII - XIII, 10. fata regni Christi inter gentes usque ad tempus expugnationis Hierosolymorum. Inter multa pericula et uarias persecutiones religio Christiana in uariis locis propagatur et conseruatur.

1. Καὶ σημεῖον — ἐρανῶ) Connectenda haec sunt, ut recte monuit Grotius, cum postremis quae praecefferant. Post nubila Phoebus. Σημεῖον hic est ostentum, non in re, sed ἐν ὀπτασίᾳ. Ἐν τῷ ἐρανῶ, in coelo. Quod in terris euenturum erat, id ita euenturum esse, in coelo decernitur, Christam nempe uictoriam reportaturam esse in Satanam, (Io. XIV, 30.) i. e. in idololatriam, cuius auctor et promotor Satanus habetur. γυνή — δώδεκα) Ecclesia Christiana, quae erat Hierosolymis, et in Iudaea, repraesentatur per *solem, lunam et XII. Zodiaci signa*, ut Gen. XXXVII, 9. populus Iudaeus; quae est scita Wetstenii obseruatio. Fulgebat iam sua maiestate ecclesia, insigni uictoria reportata super Iudaeorum pertinaciam.

2. καὶ ἐν γαστρὶ — τελευτῶ) Intelligitur manifestatio regni Messiae, et propagatio Euangelii inter gentes. Parturiebat ecclesia ex Iudaeis primum collecta ecclesiam ex gentibus Christo; quod sine magno labore ac molestia fieri non poterat. Eadem locutio Gal. IV, 19. Sunt uerba ad rem ualde apposita: κράζει et βασανιζομένη.

3. καὶ ὄφθῃ — ἐπτά) Imagine Draconis repraesentatur Diabolus, maximus aduersarius christianae religionis, quem Rabbinii uocant קדמוני הנחש, *antiquum serpentem*.

Cf.

Cf. infra XX, 10. Hanc explicationem postulat perpetuus usus loquendi in N. T. quo Satanas tanquam maximus aduersarius humani generis, inprimis uero religionis christianaе repraesentatur. Hic et in sequentibus habes uerba Christi Luc. X, 18. uariis coloribus et figuris depicta et amplificata: ἐθεώρηεν τὸν Σατανᾶν, ὡς ἀσραπήν, ἐκ τῆς ἐρανῆ πεσόντα. Adde Io. XII, 31. νῦν ὁ ἄρχων τῆς κόσμου τέτυκ ἐκβληθήσεται ἔξω, et alia loca his familia in Ioanne. In singulis non est argutandum. Si tamen ratio afferri debeat, cur his, nec aliis coloribus Ioannes depingere uoluerit Draconem, μέγας uocari uidetur, ob robur; πυρρῶς, ob sanguinolentiam, qua instrumenta eius, Ethnici nempe persecuti sunt Christianos; ἔχων κεφαλὰς ἑπτὰ καὶ κέρατα δέκα, ob uarias artes, et uiolenta media, quibus usi sunt Ethnici ad opprimendos Christianos: ἔχων ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῆ διαδήματα ἑπτὰ, ob insignem honorem et cultum, qui Satanae in numinum cultu exhibebatur.

4. καὶ ἡ ἑρὰ — εἰς τὴν γῆν) Cauda serpentis calliditatem eius significat, qua utitur antequam uires adhibeat, aut etiam postquam uim irritam esse animaduertit. Quod secum traxit tertiam partem stellarum innuere uideatur, multos Christianismum externe professos, ui et cruciatuum uariis generibus eo adactos esse, ut a fide deficerent, et ad cultum Deorum redirent. καὶ ὁ δράκων — καταφάγη)

Quamprimum ecclesia ex Gentilibus colligi coepit, Satanas per idolorum cultores eam opprimere studuit. Praesertim Ecclesia Romana mox in maximo uersata est periculo, e deuoraretur a Dracone, cui inferuit potentia Romano-

rum, ac uexatio Neronis Imperatoris, nisi singulari prouidentia Dei seruata fuisset.

5. καὶ ἔτεκεν — σιδηρᾶ) *Masculo* non foeminae comparatur ecclesia nascens ex gentibus, quia olim erat destructura idololatriam longe lateque dominantem. Quare statim additur: ὁς μέλλει ποιμαίνειν πάντα τὰ ἔθνη ἐν βᾶβδω σιδηρᾶ, quae uerba desumpta sunt ex Ps. II, 9. *reges eos sceptro ferreo*, ubi in fonte **וַיִּתֵּן** quod nunc legunt **וַיִּרְתֵּן** *conteres eos.* καὶ ἠρπάσθη — θρόνον αὐτοῦ) Deus ipse in tutelam recepit Christianos coetus ex gentibus hic inde nascentes, eosque peculiari suo fauore dignatus est. Irriti fuerunt conatus idololatrarum contra Christianos.

6. καὶ ἡ γυνή — ἐξήκοντα) Imago desumpta est a Maria uirgine, fugiente in Aegyptum cum infante Iesu. Durante bello Romanorum cum Iudaeis, Christiani etiam in Iudaea magnis periculis fuerunt expositi. Sed consuluerunt sibi fuga. Concesserunt nempe *Pellam* in Peraea, teste Eusebio H. E. Lib. III, c. 5. Hic autem respicere uidetur sanctus uates ad conseruationem et propagationem religionis christianae, inter media pericula, quibus expositi erant eius confessores inter gentiles. Ὅπως ἐκεῖ, hebraea locutio, pro qua Graecis sufficeret ὅπως. Ἴνα ἐκεῖ τρέψωσιν αὐτὴν ἡμέρας χιλίας διακοσίας ἐξήκοντα, i. e. *ut ibi aleretur 1260 dies.* Hebraismus. Tempus hic rursus annorum trium et dimidii, quamdiu durauit bellum Iudaicum ducibus Vespasiano et Tito. Ceterum haec per anticipationem dicuntur; praecessit enim pugna Michaëlis

chaëlis cum Dracone; qua finita, Draco persecutus est mulierem, comm. 13. 14.

7. καὶ ἐγένετο — ἄγγελοι αὐτῆ) Sub imagine uictoriae, quam bonorum angelorum in coelo princeps, Michael, de angelorum malorum principe, Satana, reportauerit, significatur, ex diuinæ prouidentiae decreto factum esse, ut iam Satanæ potestate sua, quam per idololatriam exercuerat, priuaretur. Totus igitur hic locus nonnisi imaginem poëticam continet, e Iudaeorum Theologia desumptam, qua Angeli sunt ministri prouidentiae diuinæ, et mali Daemones aduersarii Dei et bonorum. Michael, alias Patronus Iudaeorum, nunc Christianorum. Ὁι ἄγγελοι αὐτῆ, angeli quibus ille praeerat. *Draco*, princeps malorum daemonum. Angeli eius sunt minoris potentiae daemones, quibus ille praeerat. *Schir* R. VIII. 14. fin. R. Isaac dixit: *Deus S. B. non sumit ultionem de gente inferius, nisi postquam cadere fecit principem eius desuper.* Dixit R. Chanina: *in aeternum S. B. non punit gentem, nisi prius puniuerit principem eius superne.* Πολεμεῖν h. l. est uerbis contendere. Cf. infra u. 10.

8. καὶ ἐκ ἰσχυσαν — ἐρανῶ) Καὶ ἐκ ἰσχυσαν, sed non praeualuerunt, גבר לא. Est λιτότης. *Visti sunt.* Neque locus inuentus est eorum amplius in coelo, quasi dicat: nullum amplius in coelo locum obtinuerunt. Non dissimilis locutio est illa Ciceroniana pro Quintio: *ne locum suum, quem adhuc honestissime defendit, obtineret.*

9. καὶ ἐβλήθη — ἐβλήθησαν) Ἐβλήθη, *deiectus est*, nempe de coelo. Quo Symbolo significatur, amisisse Satanam potestatem suam, propagatione religionis christianaе. Ὁ ὄφις ὁ ἀρχαῖος, *serpens antiquus*. Antiquum uocat, quia fuit ab exordio mundi. Nam is est qui Euam decepit, quem *Sammaelem* appellant, Symbolum et auctor omnium malorum in his terris.

10. καὶ ἤκισα — Χριστῷ αὐτῷ) Φωνὴν μεγάλην ἐν τῷ ἔρανῳ, acclamationem angelorum coelestium, qualis supra V, II. XI, 15. Ἡ σωτηρία, i. e. laus ob conseruatam religionem christianam. Ἐγένετο ἡ ἐξουσία τῷ Χριστῷ αὐτῷ, manifestatur potentia Messiae quem misit. ὅτι κατεβλήθη — νυκτὸς) Vocabulum κατήγορος Hebraei suum fecerunt; dicunt enim גויגור, cui opponitur גויגור id est συνήγορος, quem oratorem bonum interpretantur, ut גויגור hostem, inimicum, aduersarium, osorem. R. Iuda in libro Mufar 126. 2. Κατήγορος, inquit, est *Satan*, i. e. *aduersarius* uel *calumniator malus* qui *aduersatur homini, aut calumniatur eum coram creatore benedicto siue laudando*. Schemoth R. XVIII. f. 117. R. Iose dixit: *Michael et Sammael similes sunt συνηγόρω et κατηγόρω, qui in Iudicio stant*. XXI. f. 121. 1. *stetit Sammael angelus ad accusandum eos*. Inde patet quid sit πολεμεῖν, comm. 7. nempe *calumniari bonos, iis insidiari, eos ad mortem rapere*. Nota, Christianos *fratres* ab angelis dici, quia sub communi capite sunt, Christo, et uerbis ὁ κατηγορῶν αὐτῶν etc. alludi ad *Iobi* historiam c. I, 9. 10. 11. 12. 14. Dixerat Daemon Deo: non magni facienda est fides Christianorum; leuia tentamenta superant;

superant; sub mortis metu succumbunt. Ἡμέρας καὶ
 νυκτὸς, i. e. perpetuo.

11. καὶ αὐτοὶ ἐνίκησαν — μαρτυρίας αὐτῶν) Ἐνίκησαν
 αὐτοὶ, nempe fratres nostri. Refutarunt ipsius calumniam.
 Per constantiam suam in religione obtinuerunt uictoriam.
 Διὰ τὸ αἷμα τοῦ ἁρνίου, propter Christum, agnum imma-
 culatum, qui sanguine suo eos redemit. Καὶ διὰ τὸν λό-
 γον τῆς μαρτυρίας αὐτῶν, et propter doctrinam quam
 professi sunt. καὶ ἐκ — θανάτου) Non dubitarunt uitam
 suam profundere, mortemque oppetere pro Christo.

12. διὰ τῆτο — συγκινῶντες) Ὅτι ἔρανοί, est Proso-
 poeia, qualis Ps. CXLVIII, 1. sqq. Ὅτι ἐν αὐτοῖς σκι-
 νῶντες, angeli: excitant enim se mutuo. ἐκ τῆ γῆ —
 καὶ τὸν ἕξει) Τῆ γῆ καὶ τῆ θαλάσσης, i. e. hominibus in
 insulis et aliis terris. Terra et mare ponuntur pro homi-
 nibus qui in diuersis terris, etiam ad mare habitant. Ita
 esse intelligendum, patet ex sequentibus uerbis: ὅτι κα-
 τέβη ὁ διάβολος πρὸς ὑμᾶς, coelo detrusus Diabolus,
 iam ubicunque terrarum excitabit bella et seditiones, per-
 secutiones etiam contra Christianos. Additur causa, quod
 nempe sciat, parum temporis sibi restare, quo grassari pos-
 sit in terrae incolas, ideoque breuitatem grauitate se com-
 pensare uelle.

13. καὶ ὅτε εἶδεν — τὸν ἄβρῆνα) Redit Ioannes ad id,
 quod per anticipationem dixerat comm. 5. 6.

14. καὶ ἐδόθησαν — τῶ θφρασι) Ἐδόθησαν τῆ γυ-
 ναικὶ δύο πτέρυγες etc. i. e. ὡς δύο πτέρυγες, fugie-

bant tam celeriter Christiani, ac si alas haberent. In singulis uerbis pondus est. Nam et alae celeritatem indicant, et duabus uolatur, non una, et aquila pernicious uolat quam reliquae aues, et magna aquila paruam uincit uolatu. Ἐἰς τὸν τόπον αὐτῆς, *in loca destinata illi.* Καὶ ἑξήμισυ καιρῶ, καὶ ἡμισυ καιρῶ, i. e. *triennium et sex menses,* uel ut supra u. 6. expressum erat: 1260. *dies.* Ἀπὸ προσώπου τῷ ὄφει, *a serpente. Serpentem* autem uocat, quem prius draconem dixerat. Quod ad fensum attinet, uide notata supra ad comm. 6.

15. καὶ ἔβαλεν — ποιήσῃ) Significatur, diabolum infidiatum esse per organa sua Christianis; uoluisse ecclesiam illam ui fluminis abreptam submergere, sed irrito conatu.

16. καὶ ἐβόηθησεν — σόματος αὐτῶ) Symbolum irri laboris. Flumina quaedam a terra absorberi constat. Sic etiam conatus Cacodaemonis uani fuerunt. Non potuit opprimere Christianos.

17. καὶ ὠργίσθη — μαρτυρίαν Ἰησοῦ) *Nam iratus erat etc.* Καὶ saepe significat: *nam.* Causa commemoratur, cur draco fecerit id, quod u. 16. dictum erat. Quum nihil effecisset contra Christianos ex Iudaeis, uel coetus christianos in Iudaea, rediit ad pristinas cogitationes contra Christianos in aliis prouinciis Romani Imperii uiuentes, ἀπῆλθε ποιῆσαι πόλεμον μετὰ τῶν λοιπῶν τῷ σπέρματος αὐτῆς. Vide supra u. 5. Ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν τῷ Ἰησοῦ, *retinentium professionem de Iesu Seruatore,*

18. καὶ ἐξάθην — τῆς θαλάσσης) In littore Patmi : ibi enim Ioanni ὀπτασία contigit de fera, quae iam sequetur. Id initium est capitis proxime sequentis, quod potius ab hoc uersu inchoandum erat.

Caput XIII.

1. **Κ**αὶ εἶδον — βλασφημίας) Monstrum ingens, horrendum describitur, Symbolum idololatriæ. Ostenditur præcipue, quibus mediis usi sint Imperatores Romani et magistratus, ad opprimendos Christianos. Habebat hoc monstrum, nempe Gentilium idololatræ superstitione *decem cornua*, et *totidem diademata*. Est hoc monstrum nihil aliud nisi Symbolum horrendæ crudelitatis, et malarum artium, quibus usi sunt idolorum cultores in uexandis Christianis. Numerus denarius et septenarius est symbolicus, ad amplificandam imaginem. *Cornua* sunt symbola potentiae, diademata autem regiae dignitatis. Capitibus monstri inscripta erant *nomina blasphema*. Character igitur huius monstri est, quod conuiciis et calumniis petat Christianos, quod patet infra ex comm. 5. 6. 7. Obiecta nempe Christianis ab Ethnicis afinini capitis ueneratio, Vranolatria, Heliolatria, Aedeolatria, Serapidolatria, Staurolatria, Atheismus, impostura, magia, læsæ maiestatis crimen, odium generis humani, Thyesteæ epulæ, Oedipodeus concubitus, et alia multa crimina, de quibus peculiarem librum scripsit b. *Christianus Kortholtus*, sub titulo : *Paganus obtrectator, sive de calumniis Gentilium in Veteres Christianos, libri III.* Kiloni 1698. Vide, quam apte monstro horrendo comparauerit hunc furorem Gentilium Ioannes.

2. καὶ τὸ θηρίον — λέοντος) Non potuit satis foeditas et saeuitia Romanae idololatriae exprimi sub unius ferae imagine, itaque plures fuere assumendae. Et eas maxime nominat Ioannes, quarum ministerio Romani usi in poenas Christianorum. *Pardalis* uarii coloris animal: sic idololatria Romana Deos habebat mares, foeminas, mari-foeminas, maximos, medioximos, minimos, bonos, malos, medios, uario uultu, uario habitu, uaria potestate. *Pedes similes pedibus ursi*, et *os leonis* ostendunt, idololatriae saepe comitem fore saeuitiam, nonnunquam etiam leonibus et ursis usuram in Christianos. καὶ ἔδωκεν — μεγάλην) Draco ille nominatus supra XII, 3. omnem suam potestatem, imperium et maiestatem tradidit huic monstro. Nam Diabolus repraesentatur tanquam Deus huius mundi, auctor omnis superstitionis et idololatriae. Diabolicis furoribus et artibus usi sunt Imperatores et magistratus Romani, instigante plebe, ad opprimendos Christianos in Romano Imperio.

3. καὶ μίαν — εἰς θάνατον) Significatur, superstitioni ethnicae lethale quasi uulnus esse inflictum, sc. per religionem christianam. *Grotius*, *Hammondus*, *Clericus* et alii hoc *lethale uulnus* intelligunt de incendio Capitolii, bel-lantibus inter se Vitellianis et Flauianis, ut refert Tacitus Hist. L. III, c. 71. quod pro malo omine habitum est. Hic enim non res ipsa spectanda est, ut recte monet *Clericus*, sed opinio hominum, ex qua Christiani contra Eth-nicos argumentari recte poterant. Vulgo igitur prodigii loco habitum, si Templum de coelo tangeretur, idque prodigium eo maius erat, quo augustius existimabatur templum,

templum. Propterea incendium Capitolii sub Vespasiano grauiſſima clades habitum, ut liquet ex hisce tragicis Taciti uerbis, Hiſt. L III, c. 72. *Id facinus, poſt conditam urbem, luctuoſiſſimum, foediſſimumque populo Romano accidit: nullo externo hoſte: propitiis, ſi per mores noſtros liceret, Deis, ſedem Iouis optimi maximi, auſpicato a maioribus pignus imperii conditam, quam non Poſſena, dedita urbe, neque Galli capta, temerare potuiſſent, furore principum exſcindi etc.* Quae fuerit eius rei fama apud uicinos populos, et quemadmodum prodigium interpretati fuerint, docet idem ſcriptor Hiſt. Lib. IV. c. 54. ubi memoratis motibus Galliae et Germaniae, *nihil aequae, inquit, quam incendium Capitolii, ut finem Imperii adeſſe crederent, impulerat. Captam olim a Gallis urbem; ſed integra Iouis ſede, manſiſſe Imperium. Fatali nunc igne, ſignum coeleſtis irae datum, et poſſeſſionem rerum humanarum Tranſalpinis gentibus portendi, ſuperſtitione uana Druidae canebant.* καὶ ἡ πληγὴ — ἐθραπέυθη) *Sed lethale uulnus eius curatum eſt. Vespasianus, quod minime futurum putabatur, et urbem, et imperium, et Capitolium reſtituit; unde nummis eius additum: Roma reſurget.* Quanta cum idololatriae pompa reſtitutum ſit Capitolium, legi poteſt apud Tacitum Hiſt. Lib. IV, c. 53. ubi inter alia: *Tum Heluidius Priſcus, praetor, praeunte Plautio Aeliano, pontifice, luſtrata ſuouetaurilibus arca, et ſuper ceſpitem redditis extis, Iouem, Iunonem, Mineruam, praefidesque imperii Deos precatus, uti coeptae proſperarent, ſedesque ſuas, pietate hominum inchoatas, diuina ope attollerent, uittas, quis ligatus lapis, innexique funes erant, contigit, etc.* καὶ ἐθαύμασεν — θηράτω)

Oratio plena erit, si legas: *admirata et secuta est bestiam*: uel *admirata et secuta est eam*. Homines terrarum omnium, qui male existimare coeperant de Diis Romanis, Capitolio tam magnifice restituto, mutauere sententiam, rursusque in idololatria Romana facti sunt obstinatores, tam inopinato euentu ueluti attoniti.

4. καὶ προσεκύνησαν — θηρίῳ) i. e. *Seruiuerunt Diabolo*. Est enim metonymia, quia, qui alicui seruiunt, coram eo prosterni solent. Vere autem diabolo seruiunt, qui colunt idola: ipsius enim imperium etiam nescientes promouent, I Cor. X, 20. καὶ προσεκύνησαν — μετ' αὐτῶ) τῷ θηρίῳ, *idololatriae Romanae* inseruiuerunt: sectati sunt ritus Romanos. *Τίς ὁμοίος τῷ θηρίῳ; quae religio par Romanae? Τίς δύναται πολεμῆσαι μετ' αὐτῆ;* quis impune ei posset obstitere? Quasi dicerent, stulta sunt, quae moliuntur Christiani.

5. καὶ ἐδόθη — βλασφημίας) Μεγάλα. *Tibullus, II, 6. 11. Magna loquor, Demosthenes* contra Midiam: ὄρα σὺς, μέγα φρονῶν, μέγα φθεγγόμενος, βίαιος. Romani idololatriae successibus elati prae suis diis alios spernebant. Per βλασφημίας, uel ut alii habent βλασφημίαν quid intelligat, patet ex comm. 6. καὶ ἐδόθη — δύο) Ποιῆσαι, omisso πόλεμον habent codices optimi, Vulgata, Andreas, Primasius, Pseudo-August. Ποιῆσαι autem, addita temporis nota, est *uiuere, agere*. Menses 42. siue anni tres cum dimidio sunt intelligendi ut supra c. XI, 3.

6. καὶ ἤνοιξεν — σκηνῶντας) Haec pertinere uidentur ad persecutionem Christianorum sub *Nerone*, de quo, quum incendere iussisset Romam, Tacitus Lib. XV, 44. refert: *Ergo abolendo rumori Nero subdidit reos, et quaesitissimis poenis affectit, quos, per flagitia inuisos, uulgus Christianos appellabat — odio generis humani conuicti sunt.* Huc etiam pertinere uidetur, quod impotentiam obiecerunt Ethnici Christianorum Deo, qui aut non uelit, aut non possit opitulari suis, adeoque aut inualidus sit, aut iniquus, ut Caecilius euomit apud Minucium Felicem. Καὶ τὴν σκηνῶν αὐτῶν, i. e. cultum Christianorum et religionem. Vide supra comm. I. Praeterea quoque religio christiana Ethnicis audiebat uana, demens, praua, immodica, exitiabilis, malefica superstitio, stultitia, insania, amentia, furiosa opinio, aniles et pueriles fabulae ac ineptiae, nugae maxime. Vid. Kortholtus l. c. Lib. I, c. IX, 2. Ἐν τῷ ἔρανῳ σκηνῶντες, beati Martyres, quos post mortem etiam conuiciis lacerare non desierunt Ethnici.

7. καὶ ἐδόθη — αὐτοῖς) Ἐδόθη, permissum, concessum. Sic ⲓⲛ usurpatur apud Hebraeos, quoties post se habet gerundium aliquod. Ποιῆσαι πόλεμον est hic hostiliter tractare, quamuis non resistentes. Intelligenda faeuissima laniena, quod solum belli genus esse potest aduersus eos, qui pati tantum, non et resistere didicerant. Καὶ νικῆσαι αὐτοῖς, interficiendo, in exilium, in carceres agendo, Deo ipsos in tyrannorum manus dante. καὶ ἐδόθη — ἔθνος) Hoc uult, exemplo Imperatorum, populiue Romani, tractos fuisse populos ferme omnes, ut et idololatriam impudentius exercerent, et omni faeuitiae genere in Christianos uterentur.

8. καὶ προσκύνησαν — τῆς γῆς) i. e. ἵνα προσκύνῆσωσιν, ut seruiant idololatriae omnes, qui in Romano sunt Imperio. ὧν ἔ — καταβολῆς κόσμου) Colebatur igitur monstrum ab omnibus, exceptis Christianis, quibus Deus ab aeterno praemia uitae aeternae ob praeuisam constantiam decreuit. Est nempe traiectio uocum, et ipse liber dicitur ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, ab origine mundi, nempe *conscriptus*, ut patet ex simili loco, infra c. XVII, 8. Similitudo sumta a bene moratis ciuitatibus, ubi ab initio conditae urbis extant perpetua monimenta, quae ciuium nomina continent. Nominatur autem liber uitae *agni occisi*, quia Christus, pro peccatis nostris mortuus, ab aeterno erat destinatus, ut omnium sanctorum, inter quos martyres eminent, caput esset. Alii existimant, Christum dici agnum maectatum ante iacta mundi fundamenta, decreto scilicet diuino. Sed prior explicatio est praeferenda.

9. εἰ τις — ἀκυσάτω) Solemnis praefatio magnae, diligenterque obseruandae rei, ut supra II, 7. II. 17. et in Euangelis saepe.

10. εἰ τις ἀιχμαλωσίαν — ὑπέκει) Ἀιχμαλωσία hic dicuntur *captiui*, ut περιτομή *circumcisos* significat. Praedicitur hoc prouerbio uexatoribus fors similis ei, quam patiebantur ab iis alii. εἰ τις — ἀποκτανθῆναι) Par pari referetur. *Eutropius* Lib. VII, c. 9. de Nerone: *Propter haec Romanae urbi exsecrabilis, ab omnibus simul destitutus, et a senatu hostis iudicatus, quum quaereretur ad poenam (quae poena erat talis, ut nudus per publicum ductus furca capiti eius inserta, uirgis usque ad mortem caderetur, atque ita praecipitaretur de saxo) e palatio fugit,*

et in suburbano se liberti sui — interfecit. ὧδέ ἐστιν — τῶν ἀγίων) Ὡδε, in hac re. Sensus est, eo confirmari Christianorum patientiam et fidem, quod norint Deum miseriarum suarum fore uindicem.

11. καὶ ἴδου — δράκων) Bestia describitur externe similis agno, sed reuera cum dracone faciens. *Agno* comparatur Christus, *draconi* diabolus. Habemus itaque hic Symbolum hominum, qui Christo eiusque religioni fauere uidebantur, sed reuera hostibus nominis christiani erant annumerandi. Hoc tertium genus aduersariorum Christi sunt falsi doctores, Antichristi nominati a Ioanne in prima epistola, qui sapientiam et pietatem singularem prae se ferebant, sed flagitiosissime uiuebant, et alios etiam ad omne genus flagitiorum impellebant. De his multa leguntur in epistolis Petri, Ioannis et Iudae.

12. καὶ τὴν ἐξουσίαν — ἐνώπιον αὐτοῦ) Simile erat hoc monstrum priori in eo, quod homines a uera pietate auertebat; in eo autem differebat, quod magis agebat dolo et fraudibus, quam ui. καὶ ποιεῖ — θανάτου αὐτοῦ) Pro: ποιεῖ ἴνα ἢ γῆ τέττιςιν οἱ κατοικῶντες ἐν αὐτῇ προσκυνήσωσι. Talis constructio supra III, 5. Προσκυνεῖν τὸ θεοῦ τὸ πρῶτον est idololatriae *inservire*. Πρῶτον pro πρώτου.

13. καὶ ποιεῖ — ἀνθρώπων) Σημεῖα μεγάλα, ut ille, quem describit Paulus 2 Theff. II, 9. Inter illos falsos doctores erant multi, qui magicas artes exercebant, e. c. Simon Magus. Cf. Matth. XXIV, 24.

14. καὶ πλανᾷ — θηρίς) Ἐνώπιον, i. e. *in honorem*.
 Eo illa signa tendebant, ut idololatriae labācenti et uarii
 generis superstitionibus uires restituerentur. λέγων —
 ἔζητε) Ἐικῶν, Enallage sing. pro Plurali. Quod hic de
 imaginibus dicitur, id non proprie sumendum esse uidetur.
 Nempe illi Pseudoprophetae non directē commendabant
 idololatriam, sed errores spargendo homines a uera pietate
 abducebant ad uitam flagitiosam.

15. καὶ ἐδόθη — ἡ εἰκὼν τῆ θηρίς) Πνεῦμα δῆναί
 τῆ εἰκότι, Spiritum s. uocem dare simulacris. Simulacra
 locuta esse, creditum Ethnicis. Lactant. II, c. 7. *Illud*
etiam mirabile, quod simulacrum Fortunae muliebris non
semel locutum esse traditur. Item Iunonis Monetae etc.
 Cf. Valer. Maxim. L. I, c. 6. *Apollonii etiam imago ui*
daemonis locuta, ut est apud Philostratum. καὶ ποι-
 ῆση — ἠποκτανθῶσι) Quin Philosophi Ethnici saepe fuerint
 auctores Imperatoribus uexandi Christianos, dubium non
 est. Sic Crescens Cynicus machinationibus suis effecit, ut
 Iustinus Martyr interficeretur. Euseb. H. E. IV, 16.
 Sed falsi etiam doctores et haeretici corruptis suis et
 prauis moribus efficiebant saepe, ut Christiani uexarentur.
 Nam christianae religioni imputata sunt eorum uitia.

16. καὶ ποιεῖ — μετώπων αὐτῶν) Bene distribuit eos
 qui in Romano Imperio erant in liberos ac seruos; libe-
 ros in diuites ac pauperes; diuites in honoratos et ho-
 nore carentes. Quod Ioannes hic dicit de Characteribus,
 signis, nominibus, numeris impressis hominum manibus et
 frontibus, hoc non proprie intelligendum esse puto, sed
 simili modo, quo supra c. VII, 3. de Christianis dixerat,

eos fuisse signatos in frontibus. Quemadmodum nempe isto Symbolo repraesentabantur Christiani: ita hic simili Symbolo denotantur Idololatrae, et idolorum cultoribus similes ingenio et moribus. Sed omnino desumpta uidetur imago a consuetudine, iis qui in sodalitates Deorum adscribebantur, imprimendi *χάραγμα* aliquod, i. e. Dei signum, aut exsertum Dei nomen, aut per numeros diffimulatum. Partes autem maxime frequentes corporis, quibus aut litterae, aut signa, aut numeri imprimebantur, erant frons et iunctura inter manum et brachium. Frontis notandae mos ex Oriente, ubi serui in fronte ferebant Dominorum nomina, ut nosci possent. Milites autem signati in manibus, ut probat Grotius.

17. καὶ ἴνα — ὀνόματος αὐτοῦ) Sensus est, effectum, ut aqua et igni interdiceretur iis, qui non profiterentur, se idolorum esse cultores. Nam bestia, de qua hic sermo, est monstrum illud, quod supra tanquam Symbolum ethnicae superstitionis erat propositum. Desumpta imago a tribus modis signandi adscriptos Deorum Collegiis. Primus modus erat per *χάραγμα*, i. e. insigne Dei alicuius, dum e. g. hederæ folium imprimebatur sodalibus Liberi Patris. Alter mos erat, inscribendi ipsa Deorum nomina, ut *Ζεὺς*, *Ἄρης*, *Διόνυσος*. Tertius mos erat ponendi numerum, quo obtegeretur nomen Dei mysticum, litteras habens, quae collectæ numerum talem facerent. Sic nomen Solis mysticum ad numerum perueniebat octo et sexcentorum, et notabatur *XH*, ut nos docet Martianus Capella.

18. ἔδε ἡ σοφία ἐστίν) Varie explicantur haec uerba. Sensus esse uidetur, hominis esse sapientis rem assequi, et opus esse sagacitate, atque acumine ad intelligendum mysterium. ὁ ἔχων — θηρίον) i. e. Si quis ingenio pollet, sapputet numerum, qui litteris expressus indicat nomen bestiae, in antecedentibus descriptae. ἀριθμὸς γὰρ ἀνθρώπων ἐστίν) Iterum uarie explicantur haec uerba. Clericus: numerus exiguus est, uel non tantus, ut ab homine iniri non possit. Alii aliter. Fortiā rectius: *Hominem* indicat hic numerus, uel hominum quoddam genus. καὶ ὁ ἀριθμὸς αὐτοῦ χξς) Alii pro litteris habent uocabula ἑξακόσιοι siue ἑξακόσια ἑξήκοντα ἕξ. Sed χξς siue ἑξακόσιοι δέκα ἕξ habent Cod. Ephremi, quidam apud Irenaeum V, 30. quos tamen non probat, et Tychonius s. Pseudo Augustinus, licet in editionibus quibusdam legat *sexcenti sexaginta sex*. Quominus hic numerus explicari a nobis possit, obitare uidetur penuria historicorum monumentorum, quum ab Ethnicis, tum a Christianis olim fortasse editorum; ex quibus si extarent, multas sine dubio circumstantias cognosceremus, ad quas hic respicitur. Quod uero hoc nomen sit, me ignorare lubenter fateor. Notum est *Irenaeum* et alios quaesuisse hunc numerum in uoce λατεῖνος, uel in uoce τεῖτάν. Sed recte monet Bengelius, λατεῖνος cum E sumi non debuisse. Nam εἰ Graecum subsequente consona, Latini quidem per I exprimunt, ut εἰκὼν, ἰσον: sed I Latinum Graece non transit in ει, neque λατεῖνος analogiam habet; non enim scribitur ἀκυλεῖνος κ. τ. λ. sed ἀκυλῆνος, ἀλβῆνος, ἀντωνῆνος etc. Eiusdem numeri 666 gratia fecere τεῖτάν ex τιτάν, παπέσκος ex παπίσκος, ἀρνῆμα ex ἀρνῆμαι. *Hippolytus* de Antichristo p. 25. edit.

edit. Fabric. Πολλὰ γὰρ εὐρίσκωμεν ὀνόματα τέτω τῷ ἀριθμῷ ἰσόψηφα περιεχόμενα, ὅσον, ὡσπερ εἶπευ, τὸ τετράν ἐστιν, ἀρχαῖον καὶ ἔνδοξον ὄνομα, ἢ τὸ Ἑυάνθας. Alia nomina, Hippolyti exemplo, exercitii causa, adiecit Andreas Caesariensis, eiusue hac in parte amplificatores. In iis maxime insigne est ΒΕΝΕΔΙΚΤΟΣ, non solum in codice Augustano, qui alia aliis superaddit nomina, sed etiam in editione Sylburgiana; quo nomine notatur Benedictus IX. pontifex Romanus. Recentiora commenta recensere dignatus est Scherzerus in Syst. p. 865. Wolfius Tomo IV. Curiae Grotius Traianum, cuius nomen erat ΟΥΑΝΙΟΣ significari putat. Clericus ad Hammondum inuenit numerum bestiae χξς' in uocibus Διός ἐμιε ἢ Ἡρας, Iouis sum aut Iunonis. Alias coniecturas uide ap. Herderum p. 145. sqq.

Caput XIV.

Καὶ εἶδον — μετώπων αὐτῶν) Priora quinque huius cap. commata cohaerent cum praecedente capite. Repraesentatur chorus eorum, qui in persecutionibus illis constantes fuerunt in professione nominis christiani. Hi laudant Deum et Christum. Mons Sion hic est Symbolum coelestis regiae; nam Sion fuit regia Dauidis. Agno significari Christum, uix opus est, ut moneam. Μετ' αὐτῶν, apud ipsum. Numerus 144, 000. est idem, quem supra VII, 4. habuimus, et indicat insignem multitudinem. Quod habent nomen agni et Patris eius inscriptum frontibus, significat, illos in mediis malis professos cultum Dei et Christi. Opponitur hoc notis illis idololatricis, de quibus actum supra.

2. καὶ ἤκιστα — κισθάραις αὐτῶν) Erat magnus ille sonus, sed modulatus. Beati illi in coelo, erepti huius uitae malis, laudabant Deum et Christum.

3. καὶ ἄδουσιν — πρεσβυτέρων) Canere canticum nouum est signum gaudii, Ief. XLII, 10. Pf. XL, 3. *Coram throno*, i. e. coram Deo. Ἐνώπιον τῶν τεσσάρων ζώων, *ubi erant quatuor animalia*, et Seniores, de quibus supra VII, 11. καὶ ἕδεις — ἀπὸ τῆς γῆς) Nemo hominum praeter ipsos particeps esse potuit huius gaudii, uel intelligere huius gaudii causam. Ἀπὸ τῆς γῆς, *ex hominibus*, ut statim u. 4.

4. ἕτοί εἰσιν — ἐμολύνθησαν) i. e. non polluti idololatria. Nam idolorum cultores saepe comparantur Scortis. παρθέναι — τῶ ἀρνίῳ) Παρθέναι, *uirgines* hic uocantur, qui pueros se ab idololatria seruarunt. *Sequuntur agnum*, i. e. imitantur Christum. Ἀπαρχὴ τῶ Θεῷ, prae ceteris cari Deo. Vid. Iac. I, 18.

5. καὶ ἐν — εἰσι) Non uocarunt Deos, qui Dii non sunt. Ἀμωμωι, *sine macula*, i. e. *integri*.

6. καὶ εἶδον — καὶ λαόν) Iterum pronunciatu sententia contra Iudaeos, ethnicos et falsos doctores, aduersarios regni Christi, ab hoc 6to comm. usque ad c. XVII. Ἐυαγγέλιον αἰώνιον opponitur religioni Iudaicae, quae unius erat nationis, ad certum tempus duratura. Sequentium uerborum sensus est, religionem christianam ulterius propagandam esse inter omnes gentes. Matth. XXIV, 14.

7. λέγων — ὑδάτων) Φοβήθητε τὸν Θεόν, *perstate in uera religione, uel colite Deum.* Ἄυτῶ, ipsi, non Diis falsis. Τῆς κρίσεως αὐτῶ, iudicii, nempe in Iudaeos, ut ex sequentibus patebit. Reliquis huius commatis uerbis describitur Deus tanquam mundi huius opifex.

8. καὶ ἄλλος — ἔθνη) Ἔπεσεν est Praeteritum pro Futuro, more prophético, et breuiter hic praedicatur, quod infra plenius XVIII, 2. Babylonis nomine designari Romam paganam, aut sane a Paganismo non repurgatam, multorum et antiquiorum et recentiorum interpretum est sententia. Sed descriptio, quae c. XVIII. continetur in Romam et Romanos nullo modo quadrare uidetur. Intellego itaque *Hierosolyma*, cuius urbis excidium nondum a Ioanne erat descriptum. Postquam nempe sanctus uates libro suo inseruerat picturam de statu Christianorum in Romano imperio ante bellum Iudaicum, nunc redit ad res Iudaeorum. Nec male Hierosolyma comparatur Babylonī, quia nomine urbis sanctae non amplius erat digna. Alluditur ad Ies. XXI, 9. Urbem olim sanctam nunc Babylonis fata manent. Sequentia uerba desumpta ex Ierem. LI, 7. 8. Πορνεία imago peccatorum et scelerum. Πεπότικε h. l. est, eos stupidos reddidit, quomodo fieri solent, qui mortifera biberunt.

9. καὶ τρίτος — χεῖρα ἑαυτῶ) Λέγων ἐν φωνῇ μεγάλῃ, ut praecones, edicta publicaturi. Ἐἰ τις προσκυνεῖ τὸ θηρίον, si quis idololatriae se mancipat. Supra XIII, 4. 12. 16.

10. καὶ αὐτὸς — ὀργῆς αὐτῶ) *Ipse bibit ex uino irae Dei, quod merum infusum est in poculum excandescitiae*

eius, i. e. grauissimas poenas sentiet. *Κεραυνύειν* passim est *infundere*. καὶ βασανισθήσεται — τῷ ἄνθρ) Similes poenis illis, quas olim Sodoma et Gomorrha passae sunt. Iterum hortatur Christianos, ut in professione religionis constantes maneant, nec deficient metu uexationum.

11. καὶ ὁ καπνὸς — αἰώνων) Manebit semper memoria cruciatuum, quos pertulere. Fumus nota incendii, Ies. XXXIV, 10.

12. ὧδε — πρὶν Ἰησῦ) Hoc uult Ioannes: Hinc, nempe ex imminentibus uexationibus patebit, quinam sint ex animo Christiani. Tales autem erunt ii, qui quoduis periculum adibunt uexationum ab Ethnicis ferendarum, potius quam Christum abnegent; quique constanter ad praecepta eius uitam component.

13. καὶ ἤκουσα — ἁπάρτι) Vocem audit diuinam, quo res esset certior. Γράψον, sc. nobilem sententiam. Sensus est: ab hoc tempore eos habitum iri felicissimos, qui citissime mortui essent, ne participes fierent mali futuri. Μακάριοι οἱ νεκροὶ est Prouerbum, quo non tam declaratur, quid mortui sentiant, quam quid non sentiant. Tam graua imminent pericula, tantaeque calamitates Iudaeis eorumque reipublicae, ut qui haec praeuident metuuntque, nunc mallent mori, beatioresque iudicent eos, qui nunc moriuntur, quam superstites; eosque qui se tempestati subdixerunt, illis qui adhuc iactantur. *Od. ε. 306.* Τρισμύκαρες Δαναοί, καὶ τετράκις, οἱ τότε ὄλοντο. *Aen. I, 94.* *O terque quaterque beati, Quis ante ora patrum Trojae sub moenibus altis Contigit oppetere.* καὶ, λέγει — κόπων αὐτῶν)

Ita

Ita esse, confirmat Spiritus. Omnino optandam esse mortem piis, ut requiescant a laboribus suis, i. e. ut eximantur uexationibus, quas postea fuissent passuri, et a quibus morte sola potuissent liberari. τὰ δὲ — μετ' αὐτῶν) i. e. reportabunt praemia uirtutis. Negantur diuitiae sequi diuites, quia nihil prodest post mortem, diuitem aliquando fuisse: contra opera dicuntur sequi pios, quia eorum mercedem a Deo accipiunt. Pirke Aboth. cap. Penult: *Hora, qua decedit homo ex hac uita, non comitantur eum argentum aut aurum, aut lapides pretiosi, aut margaritae; sed Lex et bona opera.*

14. καὶ εἶδον — δρέπανον ἐξυ) Per reticentiam articuli ὁ ἄγγελος ἀνθρώπου hic ponitur pro τῷ ὁ ἄγγελος ἀνθρώπου. Describitur angelus personam Christi referens, sicut in V. T. angelus referebat Dei personam. *Corona aurea* est signum uictoriae, quam Christus erat consecuturus super hostes nominis sui. *Falx in manu* est signum, segetes maturas esse messi.

15. καὶ ἄλλος — ὁ θείσμος τῆς γῆς) Cumulantur symbola unius eiusdemque rei. Ἐκ τοῦ ναοῦ, e templo coelesti, i. e. a Deo. Non afferebat ipsi mandata, sed factum eius approbabat. Ἐξηράνθη ὁ θείσμος τῆς γῆς, maturuit messis, i. e. seges metenda. Cf. Joel IV. 13. Ἦλθεν ἡ ὥρα hic est: *Venit summa dies, et ineluctabile tempus.*

16. καὶ ἔβαλεν — ἡ γῆ) Καὶ ἐθρίσθη ἡ γῆ, ut meteretur terra.

17. καὶ ἄλλος — δρέπανον δεξιῶν) Falx hic intelligitur putatoria, siue ut Varro loquitur, uineatica.

18. καὶ ἄλλος — πυρὸς) Ab altari holocaustorum. Holocaustis autem impii comparantur. Habebat hic angelus potestatem supra ignem, tanquam minister irae divinae. τρύγησον — τῆς γῆς) i. e. contrahe in pauca loca ingentem Iudaeorum multitudinem. Iudaei olim dicti uinea Dei. Τῆς βοτρυῆας τῆς γῆς, Iudaeos, ex uariis regionibus. Ingens Iudaeorum copia confluit Hierosolyma Paschatis tempore, quo urbs expugnata est a Tito, ut ex Iosepho discimus de B. I. VI, 9. 3.

19. καὶ ἔβαλεν — τὴν μεγάλην) Ληνὸς hic significat torcular una cum iacu, ut Matth. XXI, 33. Per pressuram autem uuarum, ubi ira Dei aut nominatur, ut hic, aut ex circumstantiis intelligitur, denotari solet ingens effusio sanguinis, qui sanguis uino comparatur, ut uinum sanguini.

20. καὶ ἐπάτηθῃ — πόλεως) Ληνὸς hic metonymice uocatur id, quod erat ἐν τῷ ληνῷ, *uuae*, quemadmodum calix pro uino ponitur. Ἐξωθεν τῆς πόλεως, extra urbem, in Iudaea. καὶ ἐξῆλθεν — ἑξακοσίων) *Vsque ad fraenos equorum*, est hyperbolica locutio, quae significat ingentem sanguinis copiam. Est autem hic ἀπόδοσις permixta comparationi; nam pro uino dixit sanguinem, quia uinum significabat sanguinem. Ἀπὸ σαδίων χιλίων ἑξακοσίων, i. e. longe lateque, in tota Iudaea.

Caput XV.

1. **K**αὶ εἶδον — τὸ θεὸς) Imago desumpta ex historia Israehtarum, ante eorum exitum ex Aegypto. Angeli autem hic

hic iterum sunt ministri prouidentiae diuinae. *Plagas septem ultimas* habebant, Symbola malorum, quae euenire debebant Iudaeis, antequam penitus euerteretur eorum urbs et respublica.

2. καὶ ἶδον — μεμιγμένῃ πυρὶ) Θάλασσα ὑαλίνῃ, *mare electreum*, ut supra c. IV, 6. Intelligitur autem stratum siue pavementum circa thronum Dei, et alluditur ad solum templi Salomonei auro obductum, 1 Reg. VI, 30. Comparatur uero *mari*, quod interdum ex Hebraismo *quamcunque planitiem magnam* denotat. Erat μεμιγμένῃ πυρὶ, fulguribus quasi micantibus in planitie ista splendida, qua thronus Dei circumdabatur. καὶ τὰς νικῶντας — ὀνόματος αὐτοῦ) Τὰς νικῶντας ἐκ τῆς θηρίας, *qui uictoriam reportauerant de bestia*. Confessores repraesentantur, et fideles Christiani, qui neque blanditiis neque minis adduci potuerant, ut aut Deos Romanos inuocarent, aut coram imaginibus se flecterent, aut signum saltem aliquod idololatriae susciperent. ἰστῶντας — τῆς θείῃ) Stantes circa thronum Dei, et laudem Deo reddentes. Nam illis nihil metuehdum erat a malis, quae tum imminebant Iudaeis. Leuitae olim usi citharis. Citharae Dei uero sunt eximiae, ut arbores Dei, cedri Dei etc.

3. καὶ ᾄδει — τῆ ἀρνίῃ) *Canticum Moſis*, i. e. eum cantum, quem Moſes cecinit ad mare rubrum, ubi Aegyptiis perditis, seruatus erat is, qui tunc erat Dei populus, Exod. XV. Hoc ideo, quia paria iis, quae Aegyptii fenserant, sensuri erant ii, qui haecenus uexauerant Christianos, et Iudaei et Gentiles. Καὶ τὴν ψῆδὴν τῆ ἀρνίῃ, i. e. Moſis canticum applicatum Christo et rebus Christi. με-

γάλα — τῶν ἐθνῶν) *Iustae et aequae sunt uiae tuae, i. e. consilia tua. Nemini iniuriam facis, et stas promissis. Ostendis te Dominum et Iudaeorum et gentium.*

4. τίς ἔ — ἐφανερῶθησαν) Verba ex c. XV. Exodii sumta. Τὰ ἔθνη ἡξέσου etc. uenient et adorabunt, i. e. uenient, ut adorent. Nam uastatis Hierosolymis ulterius propagata est religio christiana.

5. ἡνοίγη — ἔρανῶ) Ἡ σικηνὴ τῆ μαρτυρίας, dicebatur tabernaculum Mosaicum, ante conditum templum; hebraice **תבנית ה'יהוה**, *tabernaculum conuentus* Exod. XXVII, 21. et *tabernaculum testimonii* Act. VII, 44. quia Deus in eo praesentem se exhibebat, testimoniumque praesentiae suae praebat. καὶ hic ponitur pro **ר'ב'ר**, *oraculum*, uel *Sanctum Sanctorum*, pars tabernaculi sanctissima. Quia responsa reddebat Deus ex illo adyto, apertio eius in coelesti tabernaculo testimonii significat reuelationem diuinorum oraculorum.

6. καὶ ἐξῆλθον — χρυσᾶς) Ἐκ τῆ ἔρανῆ construendum cum uerbo ἐξῆλθον, et per coelum intelligitur adytum illud coeleste, quod Ioannes uiderat. Erant autem septem illi angeli uestiti instar Pontificis Maximi, quem solum ingredi Adytum fas erat.

7. καὶ ἐν — τῶν αἰώνων) Significatur, hos septem angelos, prouidentiae diuinae ministros, instructos esse potestate exsequendi decreta diuina de puniendis persecutoribus Christianorum, imprimis Iudaeis.

8. καὶ ἐγεμίθη — δυνάμει αὐτῆ) Coeleste Sacrarium implebatur fumo, sicuti Ies. VI, 4. aedes densa nube erat repleta.

repleta. Hoc fieri solebat, ubi Deus maiestatem suam et potentiam uolebat manifestare. καὶ εἶδες — ἐπὶ τὰ ἀγγέλων) Sensus est, noluisse Deum alia praeter ista edere oracula, donec confumerentur septem plagae, exsequendae per septem angelos. Vnde intelligere licebat, grauissimas fore poenas, quas daturi essent Iudaei.

Caput XVI.

1. Καὶ ἦκετα — εἰς τὴν γῆν) Ἐκ τῆς ναῦ, ex adyto. Phialae ira plenae significant iram Dei in malos. In terram, i. e. in imperium Romanum. Commemorantur hoc capite primo calamitates quas durante bello ciuili, ab Othone et Vitellio gesto, senserunt Romani, usque ad comm. 16. His turbis in Romano imperio sedatis, appropinquauit rerum Iudaicarum totalis euerfio, u. 17. sqq. Fortassis etiam ea, quae usque ad comma 16. dicuntur, referenda sunt ad Iudaeos pariter ac Paganos uel Romanos.

2. καὶ ἀπῆλθεν — τὴν γῆν) Non opus est terram, mare ac fluuios subtilius de rebus diuersis interpretari, sed omnia coniunctim sunt sumenda una cum terra u. 1. Sic enim series orationis postulat, ubi Angeli iussi effundere phialas suas in terram, dicuntur eas effudisse in tria haec, unde colligere est esse tres partes unius eiusdemque rei, neque ab ea distinguendas. Similis est locutio c. XIV, 7. Eodem modo, quam poenas dicitur dare Iudaea, nonnullae plagae dicuntur imponi terrae, aliae mari, aliae arboribus, c. VII. nec tamen necessario hinc colligitur distinctio poenarum, quarum alii alias dederint, sed intelliguntur sup-

placia de uniuersa gente sumta. Atque haec consentanea sunt iis, quae legimus de plagis Aegyptiacis, quarum nonnullae secutae sunt percussionem *terrae* a Mose, Exod. VIII, 16. aliae uero percussionem *aquarum*, Exod. VII, 19. VIII, 5. quae tamen plagae ad totam regionem pertinuerunt, non aliae ad alias partes. Similiter hic res capienda est, quum uariae poenae essent de imperio Romano sumendae. καὶ ἐγένετο ἔλκος — προσκυονῆτας) Haec plaga et duae sequentes alludunt ad plagas Aegypti. Quum septenarius numerus pro perfecto habeatur, *septem Angeli* eorumque *septem phialae*, et *septem* earum *effusiones* significant maximas calamitates, sed quae gradatim immissae fuerint Romanis. Prima plaga, quae dicitur creasse ἔλκος κακὸν καὶ πονηρὸν, *ulcus afferens malum et dolorem*, respondet inflammationi pustulas emittenti per uniuersum Aegyptum, Exod. IX, 9. quae fuit genus quoddam *pestilentiae*, quae solet in pustulas erumpere. Hoc pertinet ad morbos, quibus cum conflictatus est exercitus Vitellii. Tacit. Hist. II, 93. *crebrae in uulgus mortes. c. 70. putres uirorum equitumque formae, infesta tabo humus.*

3. 4. καὶ ὁ δεύτερος — θαλάσση) Ἰαίμα ὡς νεκρῶ, i. e. sanguis hominis ad mortem uulnerati. Πᾶσα ψυχὴ ζωῆς, *omne quod uiuebat*, i. e. plurimi, per Hyperbolen. Respicitur ad defectionem classis, occupationem locorum maritimorum; pugnas nauales etc. Tacit. Hist. II, 100. III, 6. 42. 43. 57. 76. 77. Sed fortassis non opus est hoc aptare singulis euentibus. Nam quod, effusis secunda et tertia phialis, dicuntur aquae *factae instar sanguinis*,

id respicit ad id, quod narratur de mutatione aquarum Aegypti in sanguinem, Exod. VII, 19. 20. Florus II. 6. 8. *Documenta cladis cruentus aliquando Aufidus.*

5. καὶ ἤκουσα — ἔκρινας) *Angelus aquarum* hic dicitur, qui in aquas immiserat phialam. Laudat et probat haec Dei iudicia in Romanos et Iudaeos, christiani nominis hostes.

6. ἔτι αἷμα — εἰσι) Ἁγίων καὶ προφητῶν, *Christianorum et Doctorum*, quorum multos magistratus et populi prouinciales occiderunt. Idem hoc Iudaeos etiam fecisse, notum est. Καὶ αἷμα αὐτοῖς ἔδωκας πίνειν, *propterea par pari retulisti.* Καὶ hic ualeat *propterea*. Bibere dicuntur sanguinem, qui moerore implentur ob interfectos parentes, liberos, cognatos, affines, amicos, populares. Ἄξιόι εἶσι, hoc meruere.

7. καὶ ἤκουσα — αἱ κρίσεις σου) Vera lectio est: καὶ ἤκουσα τῆ θυσιαστηρίου, sic enim habent codices antiqui, uersiones, Andreas, Rupertus, Beda. Sed sensus est, ac si scriptum esset: ἤκουσα ἄλλου, sc. ἀγγέλου, ἐκ τῆ θυσιαστηρίου, *audiui alium angelum dicentem e sacrauario*, i. e. sacratio. Etiam hic Angelus probauit Dei iudicia.

8. καὶ ὁ τέταρτος — ἐν πυρὶ) Καυκατίσαι τὰς ἀνθρώπους ἐν πυρὶ, *ardore uel aestu excruciare homines per ignem.* Subintelligitur nota similitudinis, ut dicat ὡς ἐν πυρὶ, *tanquam igne*; nota enim illa saepe hoc modo desideratur. Tacitus II. 93. et adiacentia Tiberi Germa-

norum Gallorumque obnoxia morbis corpora, fluminis auditas et *aestus impatientia* labefecit.

9. καὶ ἐβλασφήμησαν — αὐτῶ δέξαν) Potest hoc intelligi de exprobrationibus Ethnicorum, qui religionem christianam horum malorum causam esse diētitabant. Veteres enim prodiderunt, quum pestis et fames ingruerent, continuo exclamasse Ethnicos : *Christiani ad leones*, quasi calamitatum auctores fuissent. Vide *Cyprianum* ad *Demetrianum*, *Ambrosium*, *Prudentium* contra *Symmachum*, *Augustinum* libris quinque primis de ciuitate Dei, et *Orosium* Lib. VII.

10. καὶ ὁ πέμπτος — τῆ θηρίας) Θηρίον significat idolatriam, c. XIII, I. ideoque *sedes* eius potest significare et locum in quo habitabat, et id quod eam sustentabat; nam *sedes* obstat quominus id cedat, quod ei innititur. Potest etiam intelligi ipse Imperator Romanus, qui tum regnabat, nempe *Vitellius*, uel imperium Romanum, ut statim explicatur. καὶ ἐγένετο — ἐσκοπωμένη) Βασιλεία, idem quod *thronus bestiae*. Dicitur autem hic eius βασιλεία effusione quintae phialae ἐσκοπωμένη, *obscurata*, i. e. multum pristini sui splendoris amisisse. Hoc factum regnante *Vitellio*, de quo inter alia *Tacitus* Hist. III, 63. *tanta torpedo inuaserat animum, ut, si principem eum fuisse ceteri non meminissent, ipse obliuisceretur.* καὶ ἐμασῶντο — πόνος) Ἐκ τῆ πόνος, *prae dolore*. Ita solent, qui irascuntur, nec uindicare se possunt.

11. καὶ ἐβλασφήμησαν — ἔργων αὐτῶν) Iterum Ethnici existimarunt haec mala sibi contingere a Diis suis, quasi poenas,

poenas, quod tolerarent Christianos; itaque eos grauius uexarunt, nedum ut calamitatibus illis emendarentur.

12. καὶ ὁ ἕκτος — ἡλίς) Per Euphratem intelligere uidetur Tiberim; nisi potius exsiccatio Euphratis sit Symbolum repentini auxilii diuini; quam sententiam nunc magis probo. Alluditur ad historiam Cyri, Ierem. LI. Per Reges ex Oriente intellige Vespasianum eiusque filium Titum, qui per Antonium Primum, ducem partium suarum Romam occuparant. Sueton. Vespas. 4. Tacitus Hist. V, 13.

13. καὶ εἶδον — ὡς βάρβαροι) Alii habent ὁμοία βετράχοις. *Draconem* esse Diabolum, et *bestiam* esse idololatriam, uel Regem idololatricum, supra ostendimus. Idem esse uidetur ὁ ψευδοπροφήτης ac fera terrestris. Πνεύματα τρία ἀκάθαρτα significare uidentur edita a Vespasiano miracula, oracula et sortes ad eius imperium, de quibus *Tacitus* Hist. Lib. IV, c. 81. Narrationem his exorditur uerbis: — *Multa miracula euenere, quis e caelis fauor et quaedam in Vespasianum inclinatio numinum ostenderetur.* Quod hi Spiritus dicuntur similes fuisse *Ranis*, id respicit ad ranas a Magis Aegyptiis, Pharaonis iussu in Aegyptum adductas, Exod. VIII, 7. Hae autem, quum sint impura animalia, quae uiuunt in coeno, et coaxant nullo cum fructu, non incommode iis comparantur impuri Spiritus.

14. εἰς γὰρ — παντοκράτορος) Dicuntur *fecisse signa*, quod falsa miracula ostentarent. Hi Spiritus *egressi sunt ad omnes reges totius orbis*; rumor de his fictis miraculis sparsus,

sparsus, magnam Vespasiano conciliauit apud omnes auctoritatem. Alluditur ad 1 Reg. XXII, 21 - 23. *Congregauerunt omnes Reges in proelium committendum magno illo die, quem constituit omnipotens.* Rebus in Imperio Romano compositis, Titus, *perdomandae Iudaeae delectus a patre Vespasiano, maiore tum ui famaque agebat;* quae Taciti sunt uerba Hist. V, 1. ubi etiam copias auxiliares memorat, quibus instructus Titus haud procul Hierosolymis castra fecit.

15. ἰδὲ — ἀισχυμοσύνην αὐτῆς) Legenda sunt haec per parenthesin, et sunt uerba Christi, ut supra III, 3. Ait Christus de improviso se superuenturum Iudaeis. Τηρῶν τὰ ἰμάτια αὐτῆς, *qui perstat in bonorum operum studio,* infra XIX, 8. Γυμνός, ut supra III, 17.

16. καὶ συνήγαγεν — ἀρμαγεδδών) Quid significet hebraica uox ἀρμαγεδδών, de eo non conuenit inter Interpretes. Nonnulli cum Grotio existimant, מרגר דר dici *montem congregationis*, locum in quo concurrerunt exercitus. Ioan. Drusius uult uocem constare ex uocibus הרמה excidium, deletio, et גרהון uel גרהון exercitus eorum, et ab euentu proelii sic locum appellatum fuisse. Est etiam הרמה loci nomen prope Hor montem, iuxta quem Israelitae occiderunt Cananaeos, Num. XXI, 3. גר autem est *turma, exercitus.* Equidem non dubito, Hierosolyma esse intelligenda. Tacit. Hist. V, 10. de Tito: *Castris ante moenia Hierosolymorum positis, instructas legiones ostentauit. Iudaei sub ipsos muros struxere aciem etc.* Plura habes apud Iosephum de B. I. V, c. 12.

17. καὶ ὁ ἑβδόμος — γέγνε) Ἐἰς τὸν ἀέρα, ut significaret, haec mala esse late spargenda. Ἀπὸ τῆς ναῖ τῆς ἑρανεῖ, *ab adyto coelesti*, quia ingens arcanum erat patefaciendum. Γέγνε, *fuit*, actum est de ea, ut: *fuius Troes; fuit Ilium*.

18. καὶ ἐγένοντο — ἔτω μέγας) Ἀσραπαλ etc. ut supra IV, 5. VIII, 5. Σεισμός, *terrae motus* h. l. est ingens rerum mutatio, ut apud Prophetas saepe. Matth. XXIV, 21.

19. καὶ ἐγένετο — ἔπεσον) *Urbs magna (Hierosolyma) in tres factiones est diuisa, postquam urbes gentium fuerant euersae*. Per urbes gentium intelligo minores ciuitates in Iudaea, praesertim uero in Galilaea, ubi etiam Gentiles permixti erant Iudaeis. Tacitus Hist. V, 10. *Vespasianus — intra duas aestates, cuncta camporum, omnesque, praeter Hierosolyma, urbes, uictore exercitu tenebat*. Restabat adhuc Hierosolyma, quae urbs, quum Titus eam oppugnaret, in tres factiones erat diuisa. Tacit. l. cit. cap. 12. *Tres duces, totidem exercitus. Extrema et latissima moenium Simon — mediam urbem Ioannes, templum Eleazarus firmauerat* etc. Cf. Ioseph. V, 1. Grotius refert ad Totilam, qui partem tertiam moenium urbis Romae destruxit, et sequentia uerba: *αἱ πόλεις τῶν ἐθνῶν ἔπεσον* ad urbes in Italia et in prouinciis a Gothis euersas. Alii alios populos et alia tempora hic inueniunt. Quisque sua fruatur opinione. Ego uero uix mihi persuadeo, Ioanni tales populos, uel Reges uel Imperatores ob oculos obuersatos fuisse, quos in his rebus gerendis partes suas habuisse scimus. καὶ βαβυλῶν —

δργης αὐτῆ) Καὶ hic ualet *sic*; et ἐμνήσθη est Passiuum, ut Act. X, 31. *Meminisse* autem Deus malarum actionum dicitur, quum eas ulciscitur. Illa uerba Βαβυλῶν ἡ μεγάλη sumta ex Dan. IV, 27. Deus nunc ostendit se non oblitum esse criminum a Iudaeis contra Christianos perpetratorum. Τῆ ὄντι τῆ θυμῆ, uid. supra XIV, 8. 10.

20. καὶ πᾶσα — εὐρήθισαν) Non aliter fuit, ac si insula et montes dimoti fuissent suis locis. Ingens facta est rerum conuersio.

21. καὶ χάλαρα — ἀνθρώπους) Ταλαντιαῖον Graecis dicitur omne quod graue est, ut νοσημάτων ταλαντιαίων apud *Alcaeum*, teste Polluce IX, 53. Est autem *grando* Symbolum magnarum calamitatum, desumtum ex Exod. IX, 24. sqq. De his calamitatibus durante obfisione urbis fufe agit Iosephus. καὶ ἐβλασφήμησαν — σφόδρα) Tanta erat animorum obduratio, ut reliqui Iudaei magis obfirmarentur in obstinatione. Tacitus l. c. *Proelia, dolus, incendia inter ipsos. Cap. 13. ne aduersis quidem ad uera mutabantur.* Plura habet Iosephus.

Caput XVII.

I. Καὶ ἦλθεν — τῶν πολλῶν) Redire uidetur Ioannes ad res Romanorum, sed cum respectu ad bellum Iudaicum. *Venit*, alio tempore. *Vnus ex septem angelis* etc. clarius fusiusque explicaturus, quae de Romae calamitatibus, durante bello ciuili breuiter dixerat. Τὸ κρίμα, *poenam.* *Meretrix illa magna* uberius describitur infra u. 3. sqq. Reprae-

Repraesentari hac imagine non Imperatoriam potentiam Ethnicae Romae, ut nonnulli putant, sed ipsam urbem Romam, idolis refertam, patet ex u. 18. huius capituli. Cf. Ies. XXIII, 15. *Sedet ea super aquas multas*, i. e. imperat multis populis. Sic enim mox seipsum explicat Ioannes com. 15. Ante descriptionem expugnationis Hierosolymorum ostendit Ioannes, etiam Romanos interim dedisse poenas suae in Christianos crudelitatis. Nam motus illos ciuiles considerat tanquam poenas, propter scelera, idololatriam et uexatos Christianos Romanis immiffas.

2. μεθ' ἧς — τὴν γῆν) Sensus est, eius auctoritate multa alia regna confirmata fuisse in idololatricis institutis, quum totum imperium Romanum, superstitione furens, idololatriam eius imitaretur. Cf. supra XIV, 8.

3. καὶ ἀπήνευκε — πνεύματι) Aptum hoc erat ad describendam defolationem, de qua in hac uisione sermo est. καὶ εἶδον — κόκκινον) Mulierem hanc, seu *magnam meretricem* esse urbem Romam, patet ex u. 1. 18. et ex eo, quod *insidere* dicatur *aquis multis*, i. e. imperare populis multis, et quod *Reges terrae* fornicati cum ea, i. e. eius idololatriam imitati sint, comm. 2. *Ferae coccineae*, uel coccino instratae dicitur insidere. Hac bestia significari Reges aliquos, uel Imperatores, ex comm. 11. discimus. Color coccineus indicare uideretur hominem sanguinarium et truculentum. γέμων — δέκα) Nomina blasphemiae indicare uidentur, Imperatores illos fuisse iniurios in cultum diuinum et Christianos. Quid significant

septem capita et decem cornua, explicatur infra comm. 9. 12.

4. καὶ ἡ γυνὴ — μαργαρίταις) His uerbis magnificentia, splendor et diuitiae huius urbis significantur. ἔχουσα — πορνείας αὐτῆς) Cultus idololatricus cum magna pompa peragebatur, sed qui Diis feruebant, omni se libidinum genere contaminabant. Hinc comparatur poculo aureo, quod autem plenum erat humore foetente. Hoc idololatriae et impurae scortationis poculum Roma aliis propinabat.

5. καὶ ἐπὶ — μυσῆριον). Μυσῆριον intelligo τῆς ἀνομιᾶς 2 Theff. II, 7. Sic recte Roma ethnica nominatur, ob inaudita flagitia publice et latenter in ea commissa. Βαβυλὼν — τῆς γῆς) Etiam *Roma* hic uocatur *Babylon*, quemadmodum Hierosolymorum urbs c. XVI, 19. et infra XVIII, 2. sqq. quia Romanis *Roma* erat, quod Hierosolyma fuit Iudaeis. *Mater scortationum* uocatur, quia latissime propagauit idololatriam suam. Simili de causa uocatur etiam *mater omnium turpitudinum*.

6. καὶ ἴδον — Ἰησοῦ) Ebria sanguine Christianorum repraesentatur, quia eos uexabat, et edicta contra eos promulgabat, ut in aliis etiam prouinciis occiderentur. Hanc etiam ob causam similis fuit Hierosolymis, Iudaeorum metropoli. Ἀγίτες uocat Christianos quosuis; μάρτυρας Doctores, qui eximie supra alios testimonium Christo praebebant. καὶ ἐθαύμασα — μέγα) Obstupui, foeminam tam speciosam, tam ornatam, sic furere et cruentari.

7. καὶ εἰπὲς μοι — κέρατα) *Quid miraris?* Vbi rem intelliges, non miraberis hoc uisum. Τὸ μυσῆριον τῆς γυναικὸς, quid sub hac figura lateat.

8. τὸ θηρίον — ὑπάγειν) Θηρίον esse quendam Imperatorem Romanum, supra ad comm. 3. monuimus. Post Neronis obitum regnauit *Galba*. Sed breue imperium fuit; occisus enim est imperii mente septimo insidiis Othonis, qui et ipse mox uoluntaria morte obiit, quum eodem tempore Vitellius factus esset Imperator a Germanicianis exercitibus, Eutrop. VII, 10. II. Quod cito perit, nec diu durat, esse dicitur et non esse; nam non est diuturnum. Christus erat, est, et erit. Aduersarii eius contra pereunt. Καὶ μέλλει ἀναβαίνειν ἐκ τῆς ἀβύσσου, nam ex orco quasi ascendet, et totam uim suam ad tempus exferet; καὶ εἰς ἀπώλειαν ὑπάγειν, sed breui peribit. καὶ θαυμάσονται — καὶ παρέσαι) i. e. Homines cultui Deorum mancipati mirabuntur, non autem Christiani, uerum Deum colentes, et de iudiciis Dei in malos edocti. De phrasi ipsa uide supra XIII, 8.

9. ὣδε ὁ νῶς ὁ ἔχων σοφίαν) Haec est apertior figurarum explicatio, ostendens mirabilem Dei sapientiam, res praeteritas, et praesentes et futuras simul ob oculos ponentis. αἱ ἐπτὰ — ἐπὶ αὐτῶν) Phraſis hebraica, pro: ἐφ' ὧν ἡ γυνὴ κἀθήται. Nulla poterat ad describendam Romam afferri nota illustrior. *Horatius* Carm. Sec. 7. *Di, quibus septem placuere colles. Propertius* III, 10. *Septem urbs alta iugis, quae toti praesidet orbi.*

ΙΟ. δι πέντε — μείναι) *Quinque* (Reges) iam perierunt. Si ab Augusto numeres, hi quinque erunt: Augustus, Tiberius, Caius, Claudius, Nero. Hi partim mortui, partim interemi erant. Errare mihi nidetur Wetsteinus, qui a Caesare numerat. Caesar enim non fuit primus Imperator, sed Augustus. Nec quae de bellua dicuntur in Othonem quadrant, sed potius in Vitellium. καὶ ἰς ἴς — μείναι) Is, qui tum erat, uel regnabat, erat Galba. Ergo, quod obiter moneo, Ioannes Apocalypsin scripsit imperante non *Domitiano*, sed *Galba*. *Alius nondum uenit*, nempe *Otho*, qui non diu regnavit, ut uidimus ad com. 8.

ΙΙ. καὶ τὸ θηρίον — ὑπάγει) *Othoni* successit *Vitellius*, *oſtauus* ab Augusto Imperator, et bene comparatur belluae. *Eutropius* VII, 12. *Hic cum multo dedecore imperauit, et graui saeuitia notabilis; praecipue ingluuie et uoracitate. Tacitus* Histor. III, c. 36. *Vitellius — umbraculis hortorum abditus, ut ignaua animalia, quibus se cibum suggeras, iacent torpentque, praeterita, instantia, futura, pari obliuione dimiserat.* Ἐκ τῶν ἐπτὰ ἰς ι, i. e. ἐκ τῶ θηρίου τὸ ἔχοντος κεφαλὰς ἐπτὰ. Septem priores Caesarés repraesentat imago unius belluae, ex qua nata est alia bellua, i. e. quibus successit Vitellius, octauus. Nisi malis ἐκ hic significari post, ut Rom. I, 4. quod mihi magis placet. *In perniciem abit.* „*Vitellius a Vespasiani ducibus occisus est. Interfectus autem, et magno dedecore tractus per urbem Romam publice, nudus erecta coma et capite, subiecto ad mentum gladio, stercore in uultum et peſtus ab omnibus obuiis appetitus, postremo iugula-*

ingulatus, et in Tiberim deiectus, etiam communi caruit sepultura, — imperii mense XIII et die uno., Eutropius L. VII, c. 12.

12. καὶ τὰ δέκα — τῆ θηρίῳ) Βασιλεῖς saepe nominari duces bellicos notum est. Illi, de quibus hic sermo est, dicuntur imperium nondum esse adepti, sed potestatem regiae similem ad breue tempus accepisse cum bellua. Intelligo Duces partium Vitellianarum. An praecise decem fuerint, an uero numerus certus sit positus pro incerto, nemo facile dixerit. Hoc certum est, uel ex Tacito facile posse colligi nomina decem ducum Vitellianarum partium, si operae esset pretium. Μίαν ὥραν, ad breue tempus. Nam imperii mense XIII. Vitellius occisus est; comm. II.

13. ἔτοι μίαν — διδῶσιν) Unanimi consensu pugnant pro Vitellio. Nam ipse Vitellius iners erat; et curvis grauibus impar. Tacit. Hist. II. c. 59. Cf. notata supra ad com. II. Adde eundem L. I, c. 52. Valens — instigare Vitellium, ardorem militum ostentans. — Quatiebatur his segne ingenium, ut concupisceret magis, quam ut speraret.

14. ἔτοι μετὰ — νικῶσι ἀντὶς) Licet cum meretrice bellum gerant, i. e. Romam uastent, non ideo minus etiam agno bellum inferunt, i. e. Christianos uexant; idololatrae sunt et iniusti. Christus uincet eos, irritos reddet eorum conatus. Credibile est, etiam post persecutionem sub Nerone, Christianos saepe multa passos esse, quanquam in historia nihil legimus de his uexationibus,

quia minoris momenti fuerunt ad alias mox infecutas sub Domitiano et aliis Imperatoribus. ὅτι κύριος — βασιλέων) *Dominus Dominorum* uocatur dominus magnus, qui alios multos dominos sub se habet, quibus cum potestate praeest. Sic *Rex Regum* est, qui multis aliis regibus imperat. καὶ δι — πῖροι) Etiam boni Christiani uincunt eos, nempe sua patientia.

15. τὰ ὕδατα — γλῶσσαι) Pf. XVIII, 17. *aquae multae*. Targum: *populi multi*. Bemidbar R. II. non sunt aquae multae nisi gentes mundi S. D. Ief. XVII, 12. Schir R. VIII, 7. aquae multae sunt multitudo populorum S. D. Ief. XVII, 12. 13.

16. καὶ τὰ δέκα — ἐν πυρὶ) Πόρνην esse Romam, iam supra ad com. 1. ostendimus. Referendum hoc uideatur incendium Capitolii bellantibus inter se Vitellianis et Vespasianis, de quo uide notata ad c. XIII, 3. Eutrop. VII, 12. *Occisus est (Vitellius) interfecto prius Sabino, Vespasiani Imperatoris fratre, quem cum Capitolio incendit*. Adde Tacit. III, 73. *Vitelliani — cuncta sanguine, ferro, flammisque miscent*. Μισήσασαι τὴν πόρνην, hostiliter se gerent in ipsa urbe Roma. Ἡρημωμένην ποιήσασιν αὐτήν, magnis afficient eam cladibus. Γυμνήν ποιήσασιν αὐτήν, diuitiis ornamentisque spoliabunt. *Igni cremabunt eam*, sc. magnam eius partem.

17. ὁ γὰρ Θεὸς — δι λόγοι τῶ Θεῷ) Sensus est, Deum iusto iudicio permisisse, ut duces partium Vitellianarum coniungerent uires suas ad uindicandum imperium Vitellio, donec adesset tempus, quo decretum diuinum de euertenda republica

republica Iudaeorum foret exsequendum. Cicero pro Milone 33. *Hic Dii immortales — mentem dederunt illi perdito ac furioso, ut huic faceret infidias.*

18. καὶ ἡ γυνὴ — τῆς γῆς) *Mulier ista, quam conspexisti, significat urbem illam magnam, quae imperium habet super Reges terrae.* Haec non in Hierosolyma, sed in solam urbem Romam quadrant. Aeneide V, 660. *Nunc maxima rerum Roma colit.* Ouid. Metam. XV. 445. *Urbem, quanta nec est, nec erit, nec uisa prioribus annis — Dominam rerum.* Valerius Max. VII. 1. *in urbe terrarum principe.* Plinius H. Nat. III, 6. *Et Roma terrarum caput.* Aethicus in Cosmogr. *Dominam totius mundi Romam.*

Caput XVIII.

I. **E**ξουσίαν μεγάλην) *Potestatem magnam, sc. exercendam in urbem Hierosolymorum; nam de hac esse sermonem, statim ostendemus.* καὶ ἡ γῆ — δόξης αὐτῆς) Δόξα hic, ut כבוד Hebraeis *fulgorem* significat, Exod. XL, 34.

2. καὶ ἔκραζεν — φωνῇ) *Alii habent ἐν ἰσχυρί, ualde, admodum, uehementer, eodem sensu. Rem magnam magno clamore significauit.* ἔπεσεν — ἡ μεγάλη) *Cecidit, i. e. cadet, iam penitus deuastabitur.* Est Aoristus hic pro Praesenti; nam res uelut praesens ostenditur. Haec non posse intelligi de Roma, satis clarum esse uidetur. Cf. infra com. 8. 10. 17. 21. 22. 23. *Intelligo igitur Hierosolyma, quae urbs in multis habuit similitudinem cum Roma et uetere Babylone.* Postquam nempe Ioannes dixerat, quid

durante obfisione Hierofolymorum gestum fit Romae et in Imperio Romano, nunc redit ad rem propositam, et miserandam sortem illius urbis, quae caput fuerat Iudaeae, graphice depingit. Verba desumpta ex Ies. XXI, 9. Ierem. LI, 8. καὶ ἐγένετο — μεμισσημένῃ) Hanc esse descriptionem *summae uastitatis*, nemo facile negauerit, qui meminerit, iisdem fere imaginibus depingi deuastationem Babylonis a Iesaiā c. XIII, 20. sqq. XXXIV, 11. sqq. ex quo haec desumpta sunt. Haec autem in urbem Romam minime quadrant, sed in Hierosolyma. Κατοικητήριον δαιμόνων, hebr. 𐤇𐤃𐤃 Ies. XIII, 22. *Satyrorum*, ubi LXX. habent δαίμονια. Quaedam daemonum genera delectari locis desertis, uetus fuit Iudaeorum persuasio, Matth. XII, 43. Παντὸς ὄρνέθ ἀκαθάρτου, auium rapacium, quae cadaueribus pascuntur, quales designat Iesaias XIII, 21. et aliis locis. Μεμισσημένῃ, *auium odiosarum*, quales sunt bubones, ferales *Virgilio*; dirum mortalibus omen *Ouidio*.

3. ὅτι ἐκ — ἐξῆν) Eadem fere uerba habuimus supra c. XIV, 8. Fuit haec urbs scelerum plena, et propagauit impietatem in alias etiam regiones et terras. καὶ οἱ ἔμποροι — ἐπλήθησαν) Sensus par Ies. XXIII, 8. Comparatur igitur haec urbs Tyro, ut antea Babylonī, non tantum propter magna et multa scelera in ea commissa, sed et propter opulentiam et luxum. Στρήνος est *luxus*, cui dediti erant Iudaei; δυνάμις uero, 𐤇𐤏𐤃, diuitiae ad tantum luxum suppetentes.

4. καὶ ἤκουσα — μὴ λάβητε) Verba sumpta ex Ies. XLVIII, 20. Ierem. I, 8. LI, 6. 45. Ostenditur, Deum ita

ita sua in Hierosolyma iudicia exercuisse, ut pios Christianos de communi malo seruauerit. Sicuti, quum Hierosolyma olim a *Nabuchodonosore* caperentur, seruauerat Deus legis obseruatores: ita etiam eduxit Christianos, priusquam eandem urbem Titus caperet, ut olim Lothum e Sodomis. Ἀμαρτίας hic uocat Indaeorum poenas et calamitates, quod patet ex sequenti membro, quo prius explicatur.

5. ὅτι ἐκολλήθησαν — ἀδικήματα αὐτῆς) Ἐκολλήθησαν, pro quo alii legunt ἠκολούθησαν, hic per κατάχρησιν quandam ualet *coaceruatae sunt*. Vulgata: *ad coelum peruenerunt*. Dictum id olim de Sodomis Gen. XVIII, 20. et de Ninioe Ion. I, 2. Ἐμνημόνευσεν, i. e. *punit*.

6. ἀπόδοτε — ἀπέδωκεν ὑμῖν) Abest ὑμῖν in plurimis codicibus, uersionibus et Patribus. Tractate eam, sicut ipsa tractauit alios. καὶ διπλώσατε — ἔργα αὐτῆς) *Duplum reddere* hic in malam partem dicitur, ut Ierem. XVI, 18. ἐν τῷ ποτηρίῳ — διπλῆν) Πότηριον h. l. est *ῥλίψις*, ut Matth. XX, 22.

7. ὅσα ἐδόξασεν — πένθος) Ἐδόξασεν, *se iactauit*. Ἐσρηνίσκει, *luxuriata est*. Cf. de hoc uerbo notata ad I. Tim. V, 11. Βασανισμὸς dicitur omnis uexatio, ut supra IX, 5. καθήμαι — εἰ μὴ ἴδω) Ies. XLVII, 7. 8. Ezech. XXVII, 3. Zeph. II, 15. Κάθημαι βασιλίσσα, i. e. *regno in perpetuum*; nam praefens hoc sumendum pro omni tempore. Χήρα εἰμι, i. e. *non uiuata*

populo, et hoc iterum: *populosa sum admodum*, sicut *uia nou bona*, i. e. pessima, et familia. *Nec luctum uidebo*, ut uidua quae luget maritum defunctum.

8. διὰ τῆτο — λιμὸς) Ἐν μία ἡμέρα, i. e. *subito*, locutione Hebraea. Πένθος, ob interfectos a Romanis. Omnia haec mala euenisse Hierosolymis, notum est. καὶ ἐν πυρὶ — αὐτῆν) Ἰgni uastata sunt Hierosolyma. Ὁ κρίνας, i. e. κατακρίνας. Deus, qui Hierosolyma in haec mala damnauit, facillime decreta sua exsequitur. Parenti illi creaturae omnes.

9. καὶ κλάουσονται — πρῶτως αὐτῆς) Κλάουσι καὶ κέφονται, fletu et planctu moerorem suum testabuntur. Ὅι μετ' αὐτῆς πορνεύσαντες, qui cum ea habuerunt commercium.

10. ἀπὸ μακρόθεν — ἢ κρίσις σε) Longe stare solent, qui nolunt agnosci pro amicis miserorum. Οὐαὶ hic est condolentium. Μιᾶ ὥρα, i. e. *brevissimo tempore*, quod de Hierosolymis omnino ualet.

11. καὶ δι' ἔμποροι — ἢ ἔτι) Desumpta haec ex Ezech. XXVII, 36. et quae sequuntur ex eodem capite. Non tantum Babyloni aperte, sed et tacite Tyro Hierosolyma comparat, ob ingentia eius cum aliis nationibus commercia. Γόμος, in Glossario: *onus*, imprimis quod nauibus fertur. Eustathius in Iliad. o. p. 1041. Φόρτος νηὸς, ὃ καὶ γόμος. *Ladung*.

12. βύσσις — κοκκίνος) *Byffus* est tenuissimum ac praestantissimum lini genus. *Sericum* est a *Seribus* i. e. a Sinenfibus dictum, quod uermes nent. Virg. Georg. II. 121. *Velleraque ut foliis depestant tenuia Seres.* καὶ πᾶν ξύλον — μαρμάρης) ξύλον θυίνον, *lignum citreum*. Θυσία uel θυία Theophrasto Hist. Plant. V, 5. est arbor odora, unde θυόν, lignum ex illa arbore. Glossæ: *Citreum*, θυίνον. Plinius Hist. Nat. XIII, 16. *inter pauca nitidioris uitae instrumenta haec arbor est — Nota etiam Homero fuit, θυόν graece uocatur, ab aliis Thya. Hanc itaque inter odores uri tradit.* Σκευος ἐλεφάντινον, ut lectos ex ebore, quos iam sua aetate usitatos nos docet Varro de lingua Latina. Glossæ: *ebor*. ἐλέφας, ἐ τὸ ζῶον, ἀλλ' ἢ ἐκ τῆ ὀδόντος ὕλη. Aen. VI. 896. *Altera candenti perfecta nitens elephanto.* Herodianus IV. 2. ἐπὶ μεγίστης ἐλεφαντίνης κλίσης. Πᾶν σκευος, ἕξ, omnis suppellex atque instrumentum. Μαρμάρης, *marmoris* Parii aut Laconici, unde columnæ et statuæ.

13. καὶ κινάμωμον — ἀνθρώπων) Κινάμωμον καὶ ἄμωμον. Plautus Curcul. I, 2. 5. *nam omnium unguentorum odor prae tuo nautea est: tu mihi statte, tu cinnamomum, tu rosa, tu crocium et cassia es.* Lucanus X. 166. *Multumque madenti infundere comae, quod nondum euauit aura Cinnamon, externa nec perdidit aera terra: Aduertumque recens uicinae messis amomum.* Θυμιάματα, *suffitus*, cuius non tantum in sacris, sed et in deliciis usus. Αἰβανου, *thus* etiam potui miscebatur. Σεμίδαλις, *simile, similago*. Ῥέδα, uel ῤεδη est uox Gallica,

Gallica, *rheda*, genus uehiculi quatuor rotarum. Σωμα-
των, *corporem*, i. e. feruorum. Sic enim certe Grae-
ci uocant feruos, unde in Epigrammatibus Graecis
σώματα πολλὰ τρίφειν etc. Καὶ ψυχὰς ἀνθρώπων,
i. e. *homines*.

14. καὶ ἢ ὀπώρα — ἀπῆλθεν ἀπὸ σὲ) *Et poma desi-*
derii animae tuae discesserunt a te, i. e. non amplius
erunt tibi poma, abs te in deliciis habita. Alii per
κατάχρησιν intelligunt per ὀπώραν *tempus fruendi*, sicut
ueneris fructus carpere dicunt Latini. Est in his uer-
bis et sequentibus usque ad illa οἱ ἔμποροι allocutio
Regum ad Hierosolyma, qualem Graeci ἀποπροφῆν uo-
cant. καὶ πάντα — εὐρήσης αὐτὰ) Τὰ λιπαρὰ, *lau-*
ta, ad epulas pertinet, sicut τὰ λαμπρὰ, *splendida*,
ad uestes.

15. οἱ ἔμποροι — ἀπ' αὐτῆς) Τέτων, i. e. omnium
istarum mercium, quae iam indicatae sunt. A regibus
uenit ad mercatores, deinde ad nautas uenturus, ut Eze-
chiel cap. XXVII.

16. κεχρυσωμένη — μαργαρίταις) Est σύλληψις in his
uerbis; nam κεχρυσωμένη ad aurum recte refertur,
quanquam pleonastice; ad lapides uero pretiosos et mar-
garitas improprie.

17. καὶ τῆς κυβερνήτης — ἔσησαν) Naucleri, uesto-
res et remiges. Desumptum ex Ezech. XXVII, 26-28.
Ἐπὶ τόπον, sc. τέτον. Ἐργάζεσθαι θάλασσαν, ele-
gans

gans locutio pro τὴν θαλασσικὴν, uel θαλάσσια ἔργα Dionysius Hal. Ant. III. 46. τὴν αὐτὴν εἰργάζετο συνεχῶς θάλασσαν. Strabo III. τὴν θάλασσαν εἰργάζεσθαι.

18. 19. Quae hic praedicuntur, bene quadrant in Hierosolyma, non item in urbem Romam.

20. εὐφραίνε — ἐξ αὐτῆς) Post descriptam Hierosolymorum uastitiam, et admirationem doloremque eorum, qui ex ea urbe commoda perceperant, pergit angelus excitare pios ad approbandum laudandumque hoc Dei iudicium. Coeli laetitiam ex Babylonis lapsu etiam Ieremias praedicat LI, 48. Ὅτι ἔκρινεν ὁ Θεὸς τὸ κρῖμα ὑμῶν ἐξ αὐτῆς, quod Deus uindictam ob mortem iniuriasque uobis illatas sumsit de hac urbe. *Iudicium iudicare* sic dicitur, sicut mori mortem, seruitutem seruire.

21. καὶ ἦρεν — εὐρεθῆ ἔτι) Ἔεις ἄγγελος, alius ab illo, qui locutus est. Imago desumpta ex Ierem. LI, 63. 64. Ὁρμήματι βληθῆσεται, sicut magni lapides non solum sonitu magno, sed et praecipitantius deorsum ferri solent. Ὅυ μὴ εὐρεθῆ ἔτι, non amplius reperietur. Nunquam restituta sunt Hierosolyma.

22. καὶ φωνή — μύλε εἰ μὴ ἀκροθῆ ἐν σοὶ ἔτι) Rursus Apostrophe ad urbem, qualis supra u. 14. Iatius per species suas explicat Ioannes, quod Ieremias solet dicere, perituram uocem gaudii ac laetitiae, VII, 34. XVI, 9. XXV, 10. φωνὴ μύλε, strepitus tot molarum

rum ad alenda tot hominum millia, uel cantica puellarum molam trufantium.

23. καὶ φῶς — ἐν σοὶ ἔτι) Ex Ierem. XXV, 10. Videtur esse dictio prouerbialis, qua summa terrae uastatio et solitudo indicatur. φωνὴ νυμφῶν καὶ νύμφης) Solemnes cantus ad thalamum. Ex iisdem Ieremiae locis u. 22. citatis. Vocem sponsi et sponsae uocat carmina de sponso et sponsa. Sic Genitiuus saepe sumitur obiectiue. ἔτι οἱ ἔμποροι — τῆς γῆς) Sumtum ex Ies. XXIII, 8. de Tyriis. Luxus indicatur, quod institores uelut principes ibi uiuerent. ἐν τῇ φαρμακείᾳ σε) Vt Ies. XLVII, 9. Multos alios corruperant infecerantque prauis suis moribus.

24. καὶ ἐν αὐτῇ — ἐπὶ τῆς γῆς) Idem sensus Matth. XXIII, 35. Ἐσφαγμένων ἐπὶ τῆς γῆς, *in terram deiektorum et occisorum*, Ierem. LI, 49.

Caput XIX.

1. Μετὰ ταῦτα — Ἀλληλεΐα) Beati coelicolae approbant et laudant iudicia Dei in Hierosolyma. Ἀλληλεΐα, ה' ללה, laudate Iouam. ἡ σωτηρία — τῷ Θεῷ ἡμῶν) Τῷ Θεῷ omnino legendum uidetur pro eo, quod alii habent κυρίῳ τῷ Θεῷ. Sensus est: Deo debetur laus ob acceptam salutem: ἡ σωτηρία. Is omni dignissimus est ueneratione: ἡ δόξα. Is potentissimus est: ἡ δύναμις. Deleta urbe, non amplius metuendus erat Christianis furor Iudaeorum.

2. ὅτι ἀληθινὰί — χειρὸς αὐτῆς) Supra XV, 3. XVI, 7. De urbe egregie hic ponitur νοχ διέφθαιρε, qua de Babylone Ieremias agens utitur c. LI, 25. Ultima huius commatis uerba sumta sunt de Deut. XXXII, 43.

3. ὁ κάπνος — τῶν αἰώνων) Ies. XXXIV, 10. *Perpetuo erit uastata urbs*, sicuti dicto loco Prophetæ explicandi gratia additur.

4. καὶ ἔπεσον — ἀλληλεΐα) Vid. supra IV, 10. V, 14. Ἀμήν, certo id eueniet, quod prædictum de hac urbe.

5. καὶ φωνὴ — οἱ μεγάλοι) Excitantur omnes ueri Dei cultores in his terris ad laudandum Deum propter iustitiam eius, et in implendis promissis ueracitatem. Nam post euerfa Hierosolyma Christiani confirmati sunt in religionis fide, et ipsa religio latius est propagata.

6. καὶ ἤκουσα — ἰσχυρῶν) Ex Ezech. I, 24. Vocem audiuit Ioannes maxime sonoram, quasi maximæ hominum multitudinis conclamantis. ὅτι ἐβασίλευσε — ὁ παντοκράτωρ) i. e. ostendit nunc Deus eximio quodam modo, se esse Regem, omnipotentem humanarum rerum gubernatorem.

7. ὅτι ἦλθεν — ἠτοίμασεν ἑαυτήν) Nuptias quasi celebrabit Christus olim maectatus, cum sponsa, quæ se iam

iām ad id festum praeparauit et ornauit. Cf. 2 Cor. XI, 2. Eph. V, 32. Sensus est, nunc nitidiorē quasi et pulcriorem fore ecclesiam Christi, non amplius turbatam per Iudaizantes doctores.

8. τὸ γὰρ βύσσινον — ἀγίων) *Byssinum enim significat uirtutes Christianorum.* Δικαιώματα, opera iusta, quae recte describuntur ueste alba; nam albor est innocentiae Symbolum.

9. καὶ λέγει — κεκλημένοι) Λέγει μοι, sc. angelus. Γράψον, tanquam rem magnam, et memoriae ad posteros mandandam. Felices ait esse Christianos, beneficiorum Messiae participes.

10. καὶ ἔπεσον — προσκυνῆσαι αὐτῷ) Maximo honore afficere uoluit Ioannes rei tantae nuntium; nec tamen diuinum cultum ei exhibere uoluit: nam προσκυνεῖν ad genua procidere honos erat ciuilis, qui Regibus uirisque summis exhibebatur in Orientis partibus. Scriptor uitae Cononis: *Venerari regem, quod προσκυνεῖν ipsi uocant.* ὄρα μὴ — θεῷ προσκύνῃσον) "Ὁρα μὴ, caue feceris; nam ὄρα μὴ, cauere. Non mihi debes gratias ob tantarum rerum reuelationem, sed Deo. Nos inter nos pares sumus, eiusdem Regis legati. *Fratres, habentes s. seruantes testimonium Iesu, i. e. doctrinam Iesu, sunt Apostoli et alii donis Apostolicis praediti.* Τῷ θεῷ προσκύνῃσον, i. e. *Deo gratias age.* Non dicit προσκύνῃσιν soli Deo licite exhiberi; repugnat enim tota uetus historia: sed benigne agit, ut si quis
Collega

Collega Collegae dicat : Serua hunc honorem Regi.
 ἡ γὰρ μαρτυρία — προφητείας) *Nam etiam doctrina Iesu
 auctorem habet Spiritum Propheticum.* Non consentiunt
 interpretes, an haec uerba sint angeli, an uero Ioannis?
 Mihi uidentur esse uerba angeli, rationem commemoran-
 tis, cur Ioannem et ceteros Apostolos pro conferuis
 agnoscat. Non minor est nuntius de remissione pecca-
 torum et de uita aeterna per Christum data credentibus,
 quam nuntius futura praedicens.

11. καὶ εἶδον — πολεμεῖ) Describitur a comm. 11 - 21.
 uictoria Christi in *tertium genus* rebellium, falsorum nem-
 pe doctorum, et seductorum. Τὸν ἔρανδον ἀνεωγμένον,
 quod magni uisi erat antecessio. Supra IV, 1. XI, 19.
 Tanquam *equo albo insidens* repraesentatur Christus etiam
 supra VI, 2. Imago est uictoris et triumphantis. Πισθὺς
 καὶ ἀληθείας, ut supra III, 14. Semper quidem talis
 est Christus, sed eximie sic uocatur, quum promissa sua
 et minas implet. Post euersam rempublicam Iudaicam,
 et fractam uim primorum illorum hostium regni Christi,
 subinde surrexerunt alii christiani nominis aduersarii inter
 ipsos Christianos, et extra ecclesiam. Hi etiam sensim
 erant debellandi. Cf. 1 Cor. XV, 25. Sed haec regni
 Christi fata, utpote remotiora a sua aetate, breui narra-
 tione prophetica complectitur Ioannes. Ἐν δικαιοσύνῃ
 κρίνει, iustissima exercet iudicia in reliquos ueritatis et
 religionis suae aduersarios. Πολεμεῖ, bella ex coelo
 gerit, quibus hostes suos deicit.

12. οἱ δὲ ὀφθαλμοὶ — διαδήματα πολλὰ) *Oculi flam-
 mae ignis similes* tribuuntur Christo etiam supra II, 18.

Tomus V.

Rr

Notant

Notant feueritatem Christi iudicis. Διαδήματα πολλά, sc. regum deuictorum, 2 Sam. XII, 30. 1 Macc. XI, 30. ἔχων ἄνομα — εἰ μὴ αὐτοῦ) Nomen esse uidetur ὁ λόγος τῷ Θεῷ, quod statim com. 14. subiicitur. Huius nominis rationem nemo mortalium penitus perspicit. Post ἔχων nonnulli codices addunt ὀνόματα γεγραμμένα, sine necessitate.

13. καὶ περιβεβλημένος — αἵματι) Tinctum erat eius uestimentum sanguine impiorum. Iterum imago est uictoris, depromta ex Ies. LXIII, 2. καὶ καλεῖται — Θεῷ) Eodem sensu Christus hic dicitur ὁ λόγος τῷ Θεῷ, quo Io. I, 1. sqq. quem locum hic confer.

14. καὶ τὰ στρατεύματα — καθαρὸν) Τὰ στρατεύματα τὰ ἐν τῷ ἔρανῳ, exercitus coelestes, hebraice מַלְאָכֵי הַשָּׁמַיִם. Hi sunt angeli, Deo et Christo, ut in aliis rebus, ita etiam aduersus hostes christiani nominis seruiantes. Sequebantur Christum, ducem, equis albis infidentes, ut Christus ipse, u. 11. Byssino albo et puro induti erant, eodem nempe ornatu, quo Christiani iam in his terris gaudent, supra u. 8.

15. καὶ ἐν τῷ σώματι — τὰ ἔθνη) Post ῥομφαία nonnulli addunt δίσομος. Est autem gladius acutus et anceps Symbolum minarum aduersus impios. Τὰ ἔθνη, idololatrae contumaces, et alii superstitiosi atque impii homines. καὶ αὐτοῦ — σιδηρῶ) Ex Ps. II, 9. Eandem phrasin habes supra XII, 5. Victor, qui hic apparet est iudex et rex. καὶ αὐτοῦ πατεῖ — παντοκράτορος)

Ex Ief. LXIII, 3. Ἡ ληνὸς significat *torcularii preli lacum*, ubi nempe uvae prelo exprimuntur, hebr. כק', sæpius נל, quod reddunt *torcular*. Ex uuis, quas calcet hic Christus, exprimitur uinum irae Dei, quod gentibus propinatur. Significantur itaque poenae, quae parantur impiis et contumacibus Christi hostibus.

16. καὶ ἔχει — κυρίων) Ἐπὶ τὸ ἰμάτιον, super paludamentum suum imperatorium. Ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτοῦ, i. e. in capulo ensis, qui pendeat ad femur. Nomen, quod Christus in hac imagine gerit, ipsi tribuitur ob summam in omnes Reges huius terrae potestatem. Eph. I, 20. 21.

17. 18. καὶ εἶδον — θῆ) Ἐστῶτα ἐν τῷ ἡλίῳ, *stantem in sole*, loco editiore, ut ab omnibus conspici posset. Significatur, ualde conspicuum fore id, quod hic angelus nuntiat. Poetica autem haec allocutio ad uolucres sumta est ex Ezech. XXXIX, 17. In signum uictoriae plenissimae atque certissimae inuitantur aues omnes ad deuorandas carnes hostium occisorum. Nam post proelium commissum aduolare solent aues carniuorae, occisorum cadauera depascentes. Indicatur itaque hac imagine, posthac de hostibus ecclesiae prorsus fore actum.

19. καὶ εἶδον — κρατεύματος αὐτοῦ) Τὸ θηρίον esse idololatriam, ostendimus supra c. XIII, 1. sqq. Iterum Ioanni sese repraesentabat imago, quam l. c. descriperat, sed simul cum poenis de bestia sumendis.

20. καὶ ἐπίασιθῆ — τῆ εἰκόνι αὐτῆ) Hi christiani nominis hostes, et idololatriæ fautores uberius describuntur supra c. XIII, 13. sqq. quem locum confer. Ὁ μετ' αὐτῆ ψευδοπροφήτης, imago haeticorum et falsorum doctorum in ipsa ecclesia christiana. Perniciosi errores per omnium Seculorum decursum sparsi sunt, quibus ipsi Christiani a uero Dei cultu sunt abstracti, teste historia ecclesiastica. Hic autem innuere uidetur diuinus uates, fore tempus, quo plerisque erroribus huius generis extirpatis, purior apparitura sit ecclesiae facies. ζῶντες — θείω) Viui coniecti sunt in stagnum ignis ardens sulphure. Comparisonem non dissimilem habes Ies. LXVI, 24. qua continetur descriptio grauissimarum poenarum. Repetitur idem hoc infra XX, 10. ubi et diabolus additur. Significat diuinus uates, idololatriam et cultum idolorum in Imperio Romano sic extinctum, ut eius non magis quidquam appareret, quam rei combustae, e. g. Sodomorum et uicinarum urbium. Hoc idem etiam de grauioribus erroribus in ipsa ecclesia sparsis ualere uidetur.

21. καὶ οἱ λοιποὶ) Seducti a bestia et falso Propheta. Lenior poena eorum, qui seducti erant ab illis. Acerbior enim poena ustulationis per ignem poena gladii.

Caput XX.

Describuntur, ut mihi quidem uidetur, laetissima religionis christianae et regni Messiani in his terris fata, post idololatriam in plerisque orbis regionibus extirpata,

tam, et errorum grauiorum vim fractam ante mundi finem instantia, quae parua quidem, sed iucundissima pictura more suo repraesentat Ioannes.

1. Καὶ εἶδον — χεῖρα αὐτοῦ) Τὴν κλεῖν τῆς ἀβύσσου, *clauem profundi carceris*, sensu paululum diuerso a significato uocis ἀβύσσου, quem habuimus supra c. IX, 1. 2. Tenebat angelus in manu ἀλυσιν μεγάλην, *catenam magnam*, quia fontes uinciri solent, ut in carcerem ducantur, ne elabi possint.

2. καὶ ἐκράτησε — Σατανᾶς) Ἐκράτησε, nempe ista catena. Per τὸν δράκοντα etc. quid intelligat, uide supra XII, 3. 9. et statim explicatur uerbis: ὃς ἐστὶ διάβολος κ. τ. λ.

3. καὶ ἔδησεν — ἔκλεισεν) Transpositio et simul hebraea locutio, pro: καὶ δεθέντα αὐτὸν καὶ βληθέντα εἰς τὴν ἀβύσσον ἔκλεισεν εἰς χίλια ἔτη. Hanc imaginem facile intelliget, qui meminerit, Satanam ex usu loquendi Scripturis N. T. recepto esse auctorem primum omnium errorum, omnis superstitionis et scelerum inde enascentium. Cf. notata ad c. XII. huius libri. Itaque repraesentatur laetior regni Messiani facies, quum Satanas per satis longum tempus priuabitur sua ui et potestate spargendi perniciosos errores, et saeuendi in Christianos. Hoc enim incarceratione Satanae indicatur. *Mille anni* bene longum temporis spatium indicant, nec proprie sunt intelligendi; nam in picturis longius et breue temporis spatium non aliter nisi numeris exprimi potest, ut

monuimus supra ad c. XI, 2. Millenario autem numero
 usus est Ioannes, quia is numerus est mysticus apud
 Iudaeos. *Tanchuma* f. 255. 1. *Messiae tempora sunt
 mille anni.* Multa aliq̄ loca ex Rabbinorum Scriptis in-
 uenies apud Wetstenium. καὶ ἐσφράγισεν — χίλια ἔτη)
 Ἐσφράγισεν ἐπάνω αὐτῶ, carcerem obsignauit, ne quis
 aperiret. Ἴνα μὴ πλανήσῃ τὰ ἔθνη ἔτι, ne postea
 homines ad perniciosos errores, superstitionem, scelera
 alliciat. Qui mille annos proprio sensu intelligunt, eos-
 que a Constantino M. numerant, ii uideant, quomodo hanc
 suam sententiam cum ipsa rerum in ecclesia christiana
 gestarum historia concilient. Nemo nescit, quae super-
 stitio, ignorantia et turpitudine ab eo tempore rem chri-
 stianam inuaserit atque foedauerit. Sed cuiam aetati
 eorum hominum, qui ante nos uixerunt, haec quae ua-
 ticipatur Ioannes accommodari poterunt? Nulli, ut opinor.
 Erit itaque adhuc expectandum felix illud aeuum, cuius
 iucundissimam faciem hic depingit Ioannes. Sed caue
 hoc ita intelligas, quasi futurum sit tempus, quo ab omni-
 bus plane erroribus et uitiis libera futura sit respublica
 christiana. Maior tantum promittitur religionis christia-
 nae puritas, florentior conditio quoad doctrinam et mo-
 res. Nec uana spes est, tandem aliquando ex tenebris
 lucem emerfuram, si boni et ueritatis amantes uiri ex
 omnibus sectis uires suas coniungant, et abiectis figmen-
 tis humanis religionem puriorem, prout in Sacris litteris
 traditur, diligenter commendent. Vide cel. Ierusalemi
 Betracht. Part. II. Tom. II. p. 743. sqq. et S. V.
Doederlini Altorfini Prof. Fragmenta et Antifragm. Part.
 II. p. 238. sqq. edit. prim. καὶ μετὰ — χρόνον) Sed
 post

post haec oportet illum solui ad breue tempus. Hoc uberius describitur infra comm. 7. sqq.

4. καὶ εἶδον — αὐτοῖς) *Vidi autem thronos, quibus insidentes iudicium exercebant.* Hac imagine dignitas et honor Christianorum describitur. καὶ τὰς ψυχὰς — χεῖρας αὐτῶν) Christianos puritate uitae et innocentia similes illis priscis ueritatis testibus designat haec uisio, ut ex statim sequentibus apparet. τῶν πεπελεκισμένων *decollatorum.* Species frequentior posita uice generis. Frequentissimum enim apud Romanos securis supplicium: ideo magistratus incedebat cum securibus. Sequentia repetita sunt ex c. XIV, 9. XIII, 16. Describuntur pii homines, qui non tantum doctrinam Christi sparserunt, quam latissime poterant, sed et abstinerunt ab omnibus uitis, quae cum ea doctrina pugnarent. καὶ ἔζησαν — χίλιε ἔτη) Hoc non ita intelligendum, quasi ipsi illi pii Martyres, qui olim pro Christi religione supplicia sustinuerant, essent reuicturi, et regnaturi cum Christo. Sed figurate et in imagine quadam exprimitur florens conditio reipublicae christianae, quae tanta erit, ac si prisci Martyres e sepulcris reuocati, hisce in terris tranquille iterum uiuerent. *Cum Christo regnare* significat magnam felicitatem in regno Christi in his terris. Et intelligendum hoc est de Ecclesia ipsa, non de singulis eius membris. Itaque hoc uult Ioannes, ecclesiam, quae diu uitata et corrupta erat in suis membris, ita fore comparatam, quasi excitata fuerit e mortuis, ac denuo reuixerit.

5. οἱ δὲ λοιποὶ — χίλια ἔτη) Ὅι λοιποὶ τῶν νεκρῶν, de quibus supra XIX, 21. Mali et impii ἐκ ἔζησαν, non recuperarunt vires nocendi, similes erant mortuis. Significatur, ecclesiam per id spatium temporis liberam fore ab hominibus tranquillitatem turbantibus, et suis perniciosus erroribus Christianorum innocentiam corrumpentibus. αὐτὴ ἡ ἀνάστασις ἡ πρώτη) Quid sit *resurrectio prima*, ex haecenus dictis fatis clare patet. Intelligitur nempe status ecclesiae tranquillus et felix. Cf. annotata ad Rom. XI, 15.

6. μακάριος — τῇ πρώτῃ) *Beatus et omni ueneratione dignus, qui particeps fuerit huius felicitatis.* Ἄγιος, inuiolabilis, expers calamitatis, uel honore dignus, uenerandus, quo sensu Deus saepe uocatur ἄγιος. *Prima resurrectio* hic sumitur eodem sensu, quo modo u. 5. habuimus. De resurrectione corporum particulari, uniuersalem praecedente minime est sermo. ἐπὶ τέτων — ἐξορίαν) i. e. *morti aeternae non addicentur.* Vide notata supra ad II, 11. ἀλλ' ἔσονται — χίλια ἔτη) Libertatibus et honore sacerdotum fruuntur, Vbique in terris publice honorabuntur ut reges.

7. καὶ ὅταν — φυλακῆς αὐτῶ) Tranquillum istum et felicem ecclesiae statum excipient tempora alia, quibus Satanas quasi vires suas resumet, nouosque errores et superstitiones sparget. φυλακὴν uocat, quod ante ἄβυσσος.

8. καὶ ἐκλεύσονται — μαγῶν) Τὰ ἔθνη τὰ ἐν ταῖς τέσσαρσι γωνίαις τῆς γῆς, gentes in quatuor extre-
mis

mis mundi partibus. Nomina *Gog* et *Magog* desumpta sunt ex Ezech. XXXVIII, XXXIX. Frustra quaeritur, quatenam gentes in hoc Apocalypseo loco intelligantur; Ioannes enim utitur nominibus ex Ezechiele aliisque locis V. T. notis, ad designandas gentes in ultimis orbis regionibus habitantes. Iudaei etiam simile quid in traditione habent; statuunt enim magno consensu, Gogum et Magogum a Messia debellatum iri: per eos autem intelligunt omnes in uniuersum Dei hostes, aut LXX. nationes mundi, aut Romanos aut Turcas. *Targum Hierosol.* in Leuit. XXVI, 44. regnum Edom et dies Gog opponuntur. In Num. XI, 27. Eldad et Medad, ambo isti prophetarunt simul, et dixerunt: in fine extremitatis dierum, Gog et Magog et exercitus eorum ascendent Hierosolyma, et per manus Regis Messiae ipsi cadent, et VII. annos dierum ardebunt filii Israelis ex armis eorum. *Sanhedrin* f. 94. 1. Quaesuit Deus S. P. facere Ezechiam Messiam, et Senaheribum Gog et Magog. Plura habet Wetstenius. συναγαγεῖν — θαλάσσης) Ἐἰς πόλεμον, nempe contra pios Dei et Christi cultores. Cf. 2 Pet. III, 3. 2 Theff. II, 8. Exercitus autem eorum dicuntur fore sicut arena maris, i. e. ingentes; nam quod ingentis numeri est, comparatur arenae, ut Gen. XXII, 17. XXXII, 13.

9. καὶ ἀνέβησαν — ἠγαπημένη) Ἀνέβησαν, Praeteritum pro futuro, sed quasi praesenti. Ἡ παρεμβολὴ τῶν ἀγίων, castra Sanctorum. Intellige ecclesiam Christi in his terris; quae statim uocatur *urbs dilecta*, facta alius nomine ad Hierosolymorum urbem, sedem olim Sacrorum

et cultus diuini. Hanc Dei ecclesiam hostilibus armis aggredientur impii illi religionis et pietatis aduersarii. καὶ κατέβη — κατέφαγεν αὐτὸς) Sumtum ex Ezech. XXXVIII, 22. XXXIX, 6. Significatur improuifum auxilium, quod laturus est Deus Suis. Quum iam actum uifum fuerit de uerae religionis piis cultoribus, Deus mirabili modo coelitus quasi hostes pefiundabit, et pios tuebitur.

IO. καὶ ὁ διάβολος — ψευδοπροφήτης) Ὁ πλανῶν αὐτὸς, qui illos ueritatis et religionis hostes contra Christianos incitauerat. Ἐβλήθη εἰς τὴν λίμνην τοῦ πυρός καὶ θείας, conicietur in stagnum ignis et sulphuris. Praeteritum pro futuro. Non iam uinculis coërebitur eius potestas, sed plane auferetur, nullis manentibus reliquiis. Ὅπως καὶ τὸ θηρίον καὶ ὁ ψευδοπροφήτης, c. XIX, 20. Quo ministeria eius praecefferant, ibi ipse. καὶ βασανισθήσονται — αἰώνων) Poenas sentient perpetuas, aeternas. Sic irrisores Dei et legis aeterna senturos supplicia, aiunt Hebraei.

II. καὶ εἶδον — ἐπ' αὐτῶ) Θρόνον λευκὸν hic intellige thronum splendidum cum maiestate. Τὸν καθήμενον ἐπ' αὐτῶ, nempe *Christum*. Iudicium describitur extremum, u. II-15. phrasibus et figuris de more iudiciorum humanorum sumtis. Cf. Matth. XXV, 31. seq. ἡ ἀπὸ προσώπου — εὐρέθη αὐτοῖς) Abiit haec uetus rerum conditio. 2 Petr. III, 7.

12. καὶ εἶδον — ἐνώπιον τοῦ θρόνου) Indicandos nempe. Matth. XXV, 32. καὶ βιβλία ἠνεώχθησαν) Libri dictorum

rum et factorum cuiusque, ut patet ex iis quae sequuntur. Sumtum hoc ex Daniele VII, 10. Sicut reges commentarios habere solebant rerum gestarum, ita Christo iudici omnia hominum cogitata, dicta, facta plane sunt perspecta, quasi inscripta libris. καὶ βιβλίον ἄλλο — ἔργα αὐτῶν) *Liber uitae*, catalogus quasi eorum, qui felicitati aeternae sunt destinati, siue matricula ciuium regni coelestis, unde nomina legentur eorum, qui ad mortem usque in ea matricula scripti permanferint. Deletorum nulla habebitur ratio, quia ius quod habuerant, amifere. Ὁι νεκροί, qui mortui fuerant, nunc autem & mortuis resuscitati. Ἐκ τῶν γεγραμμένων ἐν τοῖς βιβλίοις, conuenienter illis, quae scripta erant in his libris; nam in iis dicta et facta hominum consignata erant.

13. καὶ ἔδωκεν — ἐν αὐτοῖς νεκροῖς) *Reddiderat enim mare mortuos, qui in eo fuerant* etc. Ἐδωκεν est Plusquamperfectum, ut ex ipso contextu patet. Omnes partes naturae sua deposita exhibebunt; nempe per προσωποποιίαν ostenduntur mare, mors, ἄδης, quasi debitores depositi. Ὁ θάνατος, qui morbo erant mortui. Ὁ ἄδης ceteros omnes mortuos complectitur, qui aut uiolento fato aut senectute obierint.

14. καὶ ὁ θάνατος — τῆ πυρός) Pertexit προσωποποιίαν, et significat, post iudicium extremum non amplius morituros homines iudicatos. Perfimilis locus est I Cor. XV, 54. 26.

15. καὶ εἴ τις — λίμνην τῆς πυρῆς) Cf. u. 12. Non sufficit fuisse aliquando Christianum; opus est ut perduremus ad finem uitae usque.

Caput XXI.


1. Καὶ εἶδον — καινὴν) Vide per similem locum 2 Petr. III, 13. Sedes beatorum in coelis variis imaginibus describitur, et ante lectorum oculos ponitur. Nam nec ordo, quo haec a Ioanne narrantur, nec res ipsa permittit, ut haec intelligamus de florenti conditione ecclesiae in his terris. δ. γὰρ πρῶτος — ἕκ ἑσιν ἔτι) Prior facies rerum plane fuit immutata. Παρῆλθε, *praeterierat, tranſierat.* Supra XX, 11.

2. καὶ τὴν πόλιν — ἑστὴν αὐτῆς) Eandem imaginem habes Hebr. XII, 22. ubi notata uide. Sed comparatur etiam hic ecclesia sponsae ad sponsum suum deductae, ob puritatem et innocentiam, qua splendebit. Descendentem e coelo eam uidit Ioannes, nempe ἐν ἑκάσται, animo repraesentatam.

3. ἴδὲ ἡ σικηνὴ — μετ' αὐτῶν) Ezech. XXXVII, 27. Familiarissima quasi consuetudine cum Deo fruuntur beati. Magnifica fuit Dei habitatio in tabernaculo per Moſen structo, Leuit. XXVI, 11. at multo haec magnificentior. Deus semper ipsis erit intime praesens. καὶ αὐτοὶ — θεοὶ αὐτῶν) Exod. XIX, 6. Erunt populus Dei peculiaris sensu eminentissimo, et Deus eos tutabitur.

4. καὶ ἐξαλείψει — ὀφθαλμῶν αὐτῶν) Supra VII, 17. Efficiet, ut prae felicitate illa facile obliuiscantur ueterum malorum. Ipse Deus eos nunc solabitur. καὶ ὁ θάνατος — ἀπῆλθον) *Mors ultra non erit*; nam coniecta fuit in stagnum ignis; supra XX, 14. Πένθος, *luctus* ob mortem eorum, qui nobis fuerunt cari. Κραυγῆς, *clamor dissidentium, seditio*. Πόνος, *dolor*. Τὰ πρῶτα ἀπῆλθον, transiere illa tempora calamitosa.

5. καὶ πάντα ποιῶ) Ies. XLIII, 19. ubi de populo agitur reduce ex Babylone. Plane alia erit rerum facies. γράψον — πισοί ἐίσι) Γράψον, ut supra XIX, 9. Res magna est, et bene retinenda. Dicuntur haec sincera fide, atque certissime ita euenient.

6. γέγονε) Tam uera haec sunt, ac si iam euenissent. ἐγὼ εἰμι — τέλος) Repetit dicta supra I, 8. *Aeternus ille*, qui promissa sua semper implere potest. ἐγὼ τῷ — δωρεάν) Τῷ διψῶντι, *sitienti*, i. e. auide cupienti felicitatem et uitam aeternam. Ἔδωρ τῆς ζωῆς, *aqua uiua*, , i. e. aqua perennis, significat h. l. uitam ipsam aeternam, quia nunquam definit. Δωρεάν, *gratis*. Nihil Deus pro maxima illa felicitate stipulabitur.

7. ὁ νικῶν κληρονομήσει ταῦτα) Ὁ νικῶν, qui nec metu nec uoluptate uinci se patietur. Supra II, 7. 11. 17. 26. Ταῦτα est constructio rem magis respiciens, quam uerba; quia in uita illa aeterna multa pariter intelliguntur bona. καὶ ἔσομαι — ὁ υἱὸς) *Ero illi Deus*,
i. e.

i. e. perpetuo ei benefaciam. Vid. Matth. XXII, 32. *Ipsē erit mihi filius*, i. e. filii loco eum diligam; uel ipse ut Patrem me coler.

8. τοῖς δὲ δειλοῖς — ὁ θάνατος ὁ δεύτερος) Δειλὸς proprie dicitur de milite timido, et stationem deferente; deinde transfertur ad omnem malum, qui officium non facit. Hic δειλοὶ sunt illi, qui incommodorum metu religionem christianam deseruerunt. Post ἀπίστοις addunt καὶ ἁμαρτωλοῖς nonnulli codices, quibus consentiunt nonnullae antiquae Versiones cum Patribus quibusdam. Ἐβδελυγμένοι, *abominabiles*, quales ἄρσενοκοῦται et μαλακοὶ I Cor. VI, 9. Graeci interpretes pro hebr. עֲזִיבִי הָבֵנִי habent ἐβδελυγμένοι, *execrabiles*. Φαρμακοὶ uocari solent non tantum uenefici, sed et qui magicas artes exercent. Τὸ μέρος αὐτῶν, i. e. τηρεῖται. Ad reliqua huius commatis confer dicta supra c. XIX, 20. II, II.

9. τὴν νόμφην τῆ ἀρῆς τὴν γυναῖκα) *Sponsam* aliquando *uxorem* dici, patet ex Matth. I, 20. et Gen. XXIX, 21. non quod uxor sit reuera, sed quod uxoris loco habeatur; unde qui rem habet cum tali, adulterium committit. Sic h. l. uocatur coetus beatorum in coelis, quorum habitatio mox ostenditur Ioanni sub forma urbis monti impositae, unde longe lateque conspici possit.

10. ἐπ' ὄρος μέγα καὶ ὑψηλόν) Nempe ut Ioannes urbem non eminus sed prope, non extra tantum, sed et intus

intus conspiceret. Conspiciebatur urbs in aequali montis planitie. καὶ ἑδραζε — ἀπὸ τοῦ Θεοῦ) Hebr. XII, 22. Urbem cuius conditor ipse Deus, Hebr. XI, 10.

11. τὴν δόξαν τοῦ Θεοῦ) כבוד יהוה, splendorem, quem Deus ei procurauerat, uice solis et lunae, infra u. 23. In arca foederis conspiciebatur gloria Dei. Sed multo illustrior conspicietur in urbe illa coelesti. ὁ φωστὴρ ἀυτῆς — κρυσταλλίζοντι) *Lumen eius (urbis) simile lapidi pretiosissimo, instar crystalli splendenti.* Pulcerrimum gratissimumque est lumen solis. Sed lumen illud coeleste splendore atque pulcritudine longissime superat lumen hoc solis, quod terrae nostrae lucet. Cumulantur in describenda regia illa coelesti omnia, quae ex opinione hominum sunt magnifica et sublimia, ut ostendatur, nihil in his terris comparari uel equiparari posse fedi beatorum angelorum et hominum.

12. ἔχουσιν τε τείχος — υἱῶν Ἰσραὴλ) Haec omnia pertinent ad magnitudinem et magnificentiam urbis describendam. Imago sumta ex Ezech. XLVIII, 31. sqq. Praeterea inexpugnabilem, et ab omnibus hostibus tutam fore urbem indicatur.

14. καὶ τὸ τείχος — τοῦ ἀρνίου) *Christi ciuitas erit, condita per Apostolos, quorum nomina inscripta lapidibus fundamenti loco positis.* Numerus *duodenarius* in tota hac descriptione saepe occurrens, respicit ad duodecim tribus Israelis.

15. κάλαμον χρυσοῦν) Est adpositio fensus : Habebat perticam auream, quae erat menforium instrumentum. Vide supra XI, 1. Ezech. XL, 3. Est praeterea κατάχρησις. Pertica enim illa calamus dicitur, quia plerumque perticae erant ex arundine.

16. καὶ ἡ πόλις τετράγωνος καίται) Figura quadrangularis perfectionem significat. Sic Roma a Romulo condita quadrata, et in Ezechielis structura multa quadrata. XII, 21. XLII, 20. XLIII, 16. 17. XLV, 2. Improprie haec omnia esse sumenda, dubio caret. Nonnisi Symbola sunt et imagines. ἐπὶ σαδέις δώδεκα χιλιάδων)

Sensus est, 12000 stadia singulorum esse laterum urbis, non totius circuitus. Nam ἐπὶ h. l. habet vim distributionem, ut in tacticis, ἐφ' ἑνὸς, ἐπὶ τεττάρων, ἐπ' ὀκτώ, *singuli, quaterni, octoni*. Stupenda itaque urbis magnitudo describitur. Alexandria XXX stadiorum longitudinem, non minus X stadiorum latitudinem habuisse dicitur apud Iosephum. Hierosolymorum circuitus apud eundem XXXIII stadiis; Thebarum apud Dicaearchum XLIII stadiis; Ninives apud Diodorum Siculum CCCC stadiis definitur. τὸ ὕψος αὐτῆς) Intellige non altitudinem aedificiorum, quae non erant altiora muro urbis, u. 17. sed distantiam urbis a terrae planitie.

17. καὶ ἐμέτρησε — ἀγγέλι) Τὸ τεῖχος, muri altitudinem. Numero 144000 respicitur aut ad duodecim tribus Israelis, aut ad numerum Apostolorum; nam duodecim sumta duodecies efficiunt 144. μέτρον ἀνθρώπου, ὃ ἐστὶν ἀγγέλι) Angelum nempe mensorem Ioannes ἀνθρώπει-

Ἐρωποειδῶς ἐθεώρησε, *humana specie uidit*, ut Andreas Caesàreenfis loquitur. Erat itaque illa pertica tanta, quanta erat forma staturae humanae, in qua angelus apparebat; ac proinde ad eum modum etiam cubiti.

18. καὶ ἦν — Ἰασπίς) Ἐνδόμεσις, quod fundamento superstructum est, *structura*. Ἡ ἐνδόμεσις τῶ τείχεος pro τὸ τείχεος. De Iaspide uide supra IV, 3. Erat inuisibile opus. καὶ ἡ πόλις — καθάρῳ) Color quidem auri, sed ipsa materia transparens ad modum uitri.

19. καὶ οἱ θεμέλιοι — κεκοσμημένοι) Παντὶ λίθῳ τιμίῳ, omnibus lapidum pretiosissimorum generibus, ut patet ex sequentibus. ὁ θεμέλιος — σμάραγδος) Pleraque haec lapidum nomina habes Exod. XXVIII, 17. 18 XXXIX, 10. sqq. et in pectorali pontificio. Cf. Ies. LIV, 12. Σάπφειρος, coelo concolor. *Arethas*: Σάπφειρος, ἕτος τὸ καλαῖνός χρώματος καλλυμένον, ὃ τινες βένετον φασί, τῷ ἑρμῆν ἀπεικάζεται χρώματι. Χαλκηδῶν, respondet ἀνθρακι in Exodo. Est enim species ἀνθρακος, quae reperiri solebat apud Chalcedonem; unde Chalcedonium hic dixit Latinus. Plinius Hist. Nat. XXXVII, 30. *orientibus arboribus similes*. De Smaragdo uide supra IV, 3.

20. σαρδόνιξ — ἀμέθυσος) Plinius Hist. Nat. XXXVII, 23. *Sardoniches olim, ut ex nomine ipso apparet, in-*
Tomus V. S s *tellige-*

telligebantur candore in Sarda, hoc est, uelut carnibus ungue hominis imposito et utroque translucido. Solinus 33. Superficies eius probatur, si meracius rubeat: arguitur, si fuerit faeculentior. Medietas circumitur limite candicante: optima est, si nec colorem suum spargat in proximum, nec ipse ex altero mutuetur: reliqua nigro finiuntur. De Sordio supra IV, 3. Βήρυλλος est glauci coloris. Dionysius III, 9. ἤπε βηρύλλε γλαύκην λίθον etc. Plinius H. N. XXXVII, 20. uiriditatem puri maris imitantur. Epiphanius: τοπάζιον, ἐρυθρὸς τῷ εἶδει ὑπὲρ τοῦ ἀνθρακᾶ γίνεται δὲ ἐν τοπάζῃ πόλει τῆς Ἰνδίας. Pfellus: ὑέλω παρεμφερής. Χρυσόπρασος est austeri coloris. Plinius XXXVII, 20. Vicinum genus huic (beryllo) est pallidius, et a quibusdam proprii generis existimatur, uocaturque chrysoprasus. ῥάκινθος, aërei coloris. Solinus 30. nitore caeruleo hyacinthus inuenitur, lapis pretiosus, siquidem inculpabilis inuenitur. De Amethysto Achilles Tatius II. ἀμέθυστος ἐπορφύρετο τῷ χρυσῷ πησίον. Priscianus: flauique coloris Amethystos.

21. καὶ οἱ δώδεκα — ἐνδὲ μαργαρίτῃς) Singulae portae erant ex singulis margaritis. Ἄνὰ εἰς, *singuli*; est enim ἀνὰ distributiuum. Ies. LIV, 12. καὶ ἡ πλατεῖα — ὕαλος διαυγῆς) Πλατεῖα, i. e. *plateae urbis*, *singu-*

singularis pro plurali. Erant plateae ex auro puro, fimiles uitro pellucido. Sunt haec omnia Symbola perpetuae durationis, pulcritudinis et splendoris.

22. καὶ καθὼν — τὸ ἄρνιον) Non amplius opus erit templo, quia Deus omnibus coelicolis intime erit praesens, magis quam iis qui frequentabant templum Hierosolymitanum. Beati non colent Deum externis ritibus; non opus erit iis doctore; ipsi perfectissime Deum cognoscent.

23. καὶ ἡ πόλις — τὸ ἄρνιον) Ex Ies. LX, 19. 20. XXIV, 23. Midras Tillin XXXVI, 2. Neque in mundo futuro necesse habebunt lumen solis interdiu, aut lunae noctu S. D. Ies. LX, 19.

24. καὶ περιπατήσῃσι τὰ ἔθνη διὰ τῆς φωτὸς αὐτῆς) Haec lectio, quam praeter codices multos exhibent plurimae uersiones antiquae et Patres haud pauci, praefenda est uulgari: τὰ ἔθνη τῶν σωζομένων ἐν τῷ φωτὶ αὐτῆς περιπατήσῃσι. Ex Ies. LX, 3. Διὰ τῆς φωτὸς idem, quod apud Iesaiam in Graeco: τῷ φωτὶ σε. Sensus est: Gentes huius felicitatis participes fieri cupient. καὶ οἱ βασιλεῖς — εἰς αὐτήν) Reges totius orbis inferent diuitias suas et dignitatem suam in illam. Sensus depromptus ex Ies. XLIX, 23. LX, 10. 16. Quicquid unquam cogitari

potuit splendidum et pulcrum, in urbe illa erit conspiciendum. Δόξα, hebr. כבוד saepe denotat *opes et diuitias*, ut patet ex Ief. LXI, 6. LXVI, 22. Gen. XXXI, 1. XLV, 13.

25. καὶ διὰ πύλων — ἕσχι ἐκεῖ) Ex Ief. LX, 11. Diem hic sume pro spatio horarum uiginti et quatuor. Nocte solent claudi urbium portae; in hac urbe nunquam nox est. Semper eo patebit aditus.

26. καὶ ὄσσει — εἰς αὐτήν) Καὶ h. l. ualet ut. *Vt inferre possint gentes* etc. Sensus idem, qui com. 24.

27. καὶ ἔμῃ — τῷ ἀρνίῳ) Illud ἔμῃ εἰσελάθῃ est modi δυνατικῶ. Non possunt intrare flagitiosi. Κοινοῦν et ποιῶν sunt neutra pro masculinis, siue communibus; quod frequens Ioanni. Ποιῶν βδέλυγμα eos denotat, qui idololatriam exercent; nam βδέλυγμα, ἴψω, modo est idolum, modo actus idololatrici. Per ποιῶν ψεῦδος intellige eos, qui in pactis et contractibus iniusti sunt. Ἐμῃ, non est excipientis h. l. sed aduerfantis. De libro uitae agni uide supra XIII, 8.

Caput XXII.

I. Καὶ ἔδειξε — τῷ ἀρνίῳ) Eximia et ineffabilis felicitas beatorum in coelo symbolice describitur. Ἰδατος ζωῆς, *aquae*

aquae perennis. Comparatur sedes beatorum paradiso. Hoc commate respicitur ad fluuios Paradisi Gen. II. et ad fluuium qui promanabat ex templo, Ezech. XLVII, I. 12. *Aqua uiua* est Symbolum refrigerii, et tranquillitatis post exantlatos labores, et perpeffas molestias.

2. ἐν μέσῳ — τῶν ἐθνῶν) Τῆς πλατείας, i. e. platearum eius, ut supra XXI, 21. Ἐν τεύθειν καὶ ἐν τεύθειν, ex utraque parte. Ἐύλον ζωῆς, Enallage sing. pro plur. Nam ex *utraque parte* plateae et fluminis arbores faisse dicuntur. *Arbor uitae* in Paradiso Gen. II, 9. sine dubio praedita erat ui conseruandae uitae humanae. Ad hanc arborem respicitur hoc loco. Vide supra II, 7. Καρπὸς δώδεκα, *fructus duodenis*. Hoc uult dicere: Duodecies in anno siue quotannis fructus feret. Secundum numerum duodecim tribuum. Ἐἰς θεραπείαν sc. conseruandam. Nunquam morientur beati.

3. καὶ πᾶν κατάθεμα ἢ ἐς αἰ. ἔτι) Κατάθεμα uera est lectio, non *κατανάθεμα*. Sic *καταθεματίζειν* legitur Matth. XXVI, 74. Κατάθεμα, *homo maledictus*, abstr. pro concreto. καὶ ὁ θρόνος — λατρεύουσιν αὐτῷ) Ἐς αἰ, semper scilicet, Non auferetur, ut alia imperia. Λατρεύουσιν αὐτῷ, nempe in illa urbe.

4. καὶ ἔφονται — αὐτῷ) Sunt ministri Dei, et quidem intimae admissionis, quos Deus consiliorum suorum

participes facit. 2 Reg. XXV, 19. καὶ τὸ ὄνομα — μετώπων αὐτῶν) Supra III, 12. XIV, 1. Tam aperte Deum agnoscent Dominum suum, quam serui, qui nomen herile in fronte scriptum gerant.

6. ὁ Θεὸς τῶν πνευμάτων τῶν προφητῶν) Legendum πνευμάτων τῶν pro eo quod alii habent ἀγίων. Deus, a quo omnia dona prophetica ortum habent. Proxime sequentia repetita sunt ex libri huius initio.

7. καὶ ἰδὲ — τέτις) Illud καὶ ante ἰδὲ addunt codices, uersiones, Andr. et Arethas. Ἐρχομαι ταχὺ, ueniam subito, ex improviso, nempe ad implenda promissa et liberandos pios. Sequentia uerba repetita sunt ex c. I, 3.

8. καὶ ἐγὼ Ἰωάννης, ὁ ἀκούων καὶ βλέπων ταῦτα) Ita legendum pro: βλέπων ταῦτα καὶ ἀκούων, ut alii habent. Subauditur *sum*, ut saepe apud Hebraeos: et Praefens pro Praeterito proximo.

9. καὶ ἀδελφῶν σε τῶν προφητῶν) Sc. *conseruus sum*, quod repetendum ἀπὸ κοινῆς ex praecedentibus. Eadem quae supra XIX, 10. nisi quod deest ibi τῶν προφητῶν, et pro τηρέντων τὰς λόγους τῆς βιβλίας τέτις est τῶν ἐχόντων τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ.

10. καὶ λέγει — ἐγγύς ἐσιν) λέγει, nempe Iesus, ut patet ex u. 12. et sequentibus. Sequitur dialogus inter Dominum Iesum et Ioannem, non adpositis personarum nominibus, sed quae facile ex uerbis subintelliguntur. Μὴ σφραγίσῃς etc. non reponas hunc librum in uase testaceo, ut Ieremias c. XXXII, 14. Dan. VIII, 26. XII, 9. Ὁ καιρὸς ἐγγύς ἐσιν, i. e. breui multa euenient, ut de rebus Iudaicis: ideoque in promptu debet esse liber, ut cum euentibus comparetur.

11. ὁ ἀδικῶν — βυπαρδὸς βυπαρευθήτω ἔτι) Sic enim legendum. Verba sunt non iubentis, sed finentis. Philippus in Sallustii fragmentis, contra Lepidum: *Quando talis es, maneat in sententia.* Arrianus IV, 19. ad improbum irreclamabilem: ποιεῖ ἃ ποιεῖς. Ὁ βυπαρδὸς βυπαρευθήτω ἔτι, *qui sordidus est, in sordibus iaceat suis.* Tale Christi Matth. XV, 14. illud: ἀφετε ἑαυτοῖς. Cf. I Cor. XIV, 38. καὶ ὁ δίκαιος — ἀγιασθήτω ἔτι) Pro δικαιωθήτω omnino legendum δικαιοσύνην ποιησάτω, Sic enim praeter codices multos habent uersiones nonnullae et multi Patres. Idem sensus Gal. VI, 9. et 2 Theff. III, 13.

12. ἔρχομαι — μετ' ἐμῶ) Ἐρχομαι ταχὺ, nempe tum ad liberandos Christianos, tum ad puniendos malos. Vide

supra u. 7. Ὁ μισθός μου μετ' ἐμεῦ, *mecum fero mercedem*. Ex Ies. XL, 10. et LXII, 11.

13. ἐγὼ — ἔσχατος) Supra I, 8. 18. XXI, 6.

14. μακάριοι — εἰς τὴν πόλιν) Τὰς ἐντολάς αὐτῶ, sc. Christi, uel etiam monita huius libri. *Nam ius habebunt fruendi arbore uitae, i. e. ius aeternae felicitatis*. Supra u. 2. Habent etiam tales *ius ciuitatis* in urbe illa coelesti.

15. ἔξω οἱ κύνες — ψεύδος) Κύνες h. l. eodem sensu sume, quo Matth. VII, 6. ubi dicta uide. Ἐξω, est: *Procul ite Profani*. Reliqua huius commatis repetita sunt ex iis, quae supra XXI, 8. *Qui amant et faciunt mendacia, sunt hoc quidem loco, iniusti, fraudulentis, praecipue in contractibus emendi et uendendi*.

16. ἐγὼ Ἰησοῦς — ὁ πρῶτος) Ἰωάνν, i. e. Ioanni, et per Ioannem aliis Christianis. Ἐπὶ ταῖς ἐκκλησίαις, *de ecclesiis, i. e. de fatis ecclesiarum*. Ἐπὶ hic sumitur ut Matth. XIII, 14. XVIII, 3. et aliis locis. In uerbis ἡ βίβλα καὶ τὸ γένος τοῦ Δαβὶδ illud καὶ est ἐξηγητικόν, qui genus ducit a Dauide. Vide supra V, 5. De uoce πρῶτος uide supra II, 28.

17. καὶ τὸ πνεῦμα — εἰπάτω ἔρχε) Τὸ πνεῦμα, *qui Spiritus dona habent, Prophetae et Apostoli*. Ἡ νόμφοι, i. e.

i. e. ecclesia. Ἔρχεσθε, nempe ad nos liberandos ab omnibus malis, et in coelestem patriam perducendos. Ὁ ἀκέων ἐπιάτω ἔρχεσθε, i. e. omnes qui per alios haec intelligent, precibus faueant. καὶ ὁ διδῶν ἐρχέσθω — δωρεάν) Ἔρχέσθω est legendum pro ἐλθέτω, sicut in praecedentibus ἔρχεσθε pro ἐλθε. Iam nunc ueniat et discipulus qui scientiae rerum diuinarum atque solatii est cupidus. Habet hic, quo sitim restinguat. Sicut nempe aqua perennis in aestu reficit uiatorem, ita haec propheta aestuantes sub aduersis.

18. μαρτυρῶ ἐγὼ — βιβλίῳ τούτῳ) Ἐάν τις ἐπιθῆ ἢ ἐπ' αὐτῶ, si quis temere addiderit illis, quae scripta sunt in hoc Apocalypseos libro: afficiet eum Deus poenis, quae dictatae sunt in hoc libro impiis. Intelligendum est hoc de minis et promissionibus. Si quis paululum uel addidisset uel abstulisset, poterat aut Christianos ad seditionem incitare, aut eos apud Principes ethnicos suspectos inuisosque reddere, aut Iudaeos irritare, aut saltem efficere, ut praedictio, qua ecclesia de imminentibus periculis monebatur, nulli esset usui. Iosephus c. Apion. I, 8. δῆλον δ' ἐστίν ἔργῳ, πῶς ἡμεῖς τοῖς ἰδίῳις γράμμασι πεπιστεύκαμεν· τούτους γὰρ αἰῶνος παραχρηκός ἔτε προσθεῖναι τις ἕδεν, ἔτε ἀφελεῖν, ἔτε μεταθεῖναι τετόλμηκεν.

19. ἀφελεῖ ὁ Θεός — βιβλίῳ τέτῳ) Faciet Deus, ne is particeps fiat felicitatis aeternae, ne sit cuius urbis illius coelestis, nec fruatur commodis, quae in hoc libro promissa sunt piis et fidelibus Christianis.

20. λέγει ὁ μαρτυρῶν — κύριε Ἰησοῦ) Ὁ μαρτυρῶν ταῦτα, Iesus, qui haec Ioannem docuit per angelos. Ἔρχομαι ταχὺ, breui haec implebo. Respondet Ioannes: ἔρχε, nempe ταχὺ, fac hoc quamprimum.

F I N I S.



E R R A T A.



Pagina	2	linea penult.	lege	καθώς	pro	καθώς.
—	3	— 10	—	μύθοι	—	μύδοι.
—	9	— antepenult.	—	τῆ	—	τῆ
—	ead.	— ead.	—	διδασκαλίᾳ	—	διδασκαλία
—	34	— 4	—	ἔση	—	ἔση
—	36	— 7	—	θεῶ	—	θεῶ
—	39	— 11	—	ἀγνείᾳ	—	ἀγνείᾳ
—	55	— 19	—	ῶ	—	ῶ
—	64	— 3	—	ἀγάπη	—	ἀγάπη
—	93	— penult.	—	ῆ	—	ῆ
—	114	— 13	—	εὐχαρισῶ	—	εὐχαριστῶ
—	123	— 19	post studuit dele	punctum		
—	125	— 3	lege	diurna	pro	diuerna
—	ead.	— 13	—	ἐλάλησεν	—	ἐλάλησι
—	131	— 12	—	βίβλω	—	βίβλω
—	181	— 17	—	μακροθυμία	—	μοκροθυμία
—	200	— 27	—	αὐτῆ	—	αὐτῆ
—	215	— 6	—	unico	—	uिनico
—	ibid.	— 23	—	quae	—	quod
—	225	— 13	—	παροξυσμὸς	—	παροξισμὸς
—	229	— 11	—	προσδεξασθε	—	προσδεξασθε
—	230	— 7	—	paruitatis	—	paritatis
—	—	— 11	deleatur	comma.		
—	—	— 25	lege	"Ἔστι	—	"Ἔστι

Errata.

Pagina	Linea	lege	pro
— 233	— 13	— Ἐνώχ	— ἐνώχ
— 234	— 21	— Matth.	— Marth.
— ibid.	— 26	— ὑπήκουσε	— ἰπήκουσε
— 238	— 22	— παραβολῆ	— παραβολῆ
— ibid.	— 26	— ἐλπίδα	— ἐλπίδα
— 239	— 23	— Φαράω	— Φαραώ
— 247	— 6	lege Maccabaeicorum	pro Maccabaicorum
— 259	— 27	post ἐξουσίαν	deleatur comma.
— 260	— 3	lege	fint pro sunt
— 266	— ult.	— adhortatur	— arhortatur
— 293	— 16	— Ἄνθρωπε	— ἄνθρωπε
— 327	— ult.	— ἐυθυμῆι	— ὕθυμῆι
— 377	— 17	— habebunt	— habebant
— 391	— 15	— copioſe	— cupioſe
— 393	— 14. 15.	— inculcanda	— inculcunda
— ibid.	— 22	— accepit	— accipit
— 402	— 7	— perpetuos	— propetuos.





